

# **Registres du Conseil de Genève**

Publiés par la Société d'histoire et  
d'archéologie de Genève  
Genève, 1900-1940

**T. 9: Du 3 juillet 1520 au 3 février 1525**

Numérisé par les  
Archives d'Etat de Genève  
en 2015

Registres  
du  
Conseil de Ge


PUBLIÉS PAR LA  
SOCIÉTÉ D'HISTOIRE & D'ARCHÉ  
DE GENÈVE

TOME IX

Du 3 juillet 1520 au 3 février 1525 (vol. 19 à 21).



GENÈVE  
AU SIÈGE DE LA SOCIÉTÉ, 12, RUE CALVIN  
1925



# Registres

du

## Conseil de Genève

PUBLIÉS PAR LA

SOCIÉTÉ D'HISTOIRE & D'ARCHÉOLOGIE  
DE GENÈVE

---

TOME IX

Du 3 juillet 1520 au 3 février 1525 (vol. 19 à 21).



GENÈVE  
AU SIÈGE DE LA SOCIÉTÉ, 12, RUE CALVIN

1925

---

REGISTRES

DU

CONSEIL

DE

GENÈVE

---

IX

1520-1525

---

GENÈVE

1925

---

REGISTRES  
DU  
CONSEIL DE GENÈVE

---

TOME NEUVIÈME

Publié par les soins  
de  
Émile RIVOIRE  
et  
Victor VAN BERCHEM.

# Registres du Conseil de Genève

PUBLIÉS PAR LA

SOCIÉTÉ D'HISTOIRE & D'ARCHÉOLOGIE  
DE GENÈVE

TOME IX

Du 3 juillet 1520 au 3 février 1525 (vol. 19 à 21).



GENÈVE  
AU SIÈGE DE LA SOCIÉTÉ, 12, RUE CALVIN  
1925

Afin de contrebalancer dans une certaine mesure l'élévation du coût de l'impression, une justification nouvelle a été adoptée, qui permettra, tout en conservant le même format et les mêmes caractères, d'augmenter la matière de chaque volume et d'achever en quatre tomes, après celui-ci, la publication des registres latins, qui s'arrêtent en mai 1536.

La période de l'histoire genevoise que ce tome IX embrasse a été traitée assez brièvement par les historiens. Elle mérite d'être mieux connue. L'échec de la combourgeoisie de 1519 avec Fribourg marque un temps d'arrêt dans l'émancipation politique de Genève. Cela tient en partie à l'attitude contraire qu'observent, dans cette question, les deux villes suisses auprès desquelles les partisans des libertés de Genève ont depuis longtemps cherché leur appui. Tandis que Fribourg refuse obstinément de renouer avec le duc Charles III et de sacrifier les Genevois qui ont trouvé un asile dans sa bourgeoisie, Berne ne se détache que lentement de l'alliance séculaire avec la Savoie.

Dans la petite cité, les chefs eidguenots sont tenus à l'écart des affaires publiques par la menace de la colère ducale; ils n'abandonnent pourtant pas la lutte. Conduits par Besançon Hugues, ils s'efforcent de faire respecter les vieilles Franchises et, dans ce but, ils cherchent à exercer leur influence sur Pierre de La Baume, devenu coadjuteur de Jean de Savoie en septembre 1520, puis évêque en février 1522. Mais le prélat grand seigneur décevra leur espoir. Certes, il entend bien maintenir les droits de son Église et de la cité. Mais ce n'est pas son unique ambition: il reste avant tout serviteur de l'empereur Charles-Quint, dont il est le sujet, et il n'ose pas rompre en visière au duc de Savoie.

Quant au parti qui détient le pouvoir dans les conseils depuis le mois d'août 1519, sa déférence excessive envers le duc compromet l'indépendance de la ville. A la suite d'un meurtre commis le jour des Rois 1521, les conseils sollicitent eux-mêmes l'intervention de Charles III, pour écraser leurs adversaires; au mois de mai suivant, ils l'invoquent comme arbitre dans un différend qu'ils ont avec le clergé, qui refuse de payer la gabelle du vin. Ils se flattent de gagner ses bonnes grâces en préparant à sa jeune épouse, Béatrice de Portugal, une réception magnifique (4 août 1523), et méconnaissent le danger du séjour prolongé que la cour de Savoie fait à Genève, de juillet 1523 à mars 1524.

Faut-il s'étonner si de tels magistrats se trouvent désarmés, le jour où Charles III affirme sa volonté de soumettre Genève à son pouvoir suprême et jette l'effroi dans la ville par l'exécution brutale d'Amé Lévrier (13 mars 1524)? Le duc est soutenu dans l'exécution de son dessein par l'action du conseil de Chambéry, qui non seulement entrave l'exercice de la juridiction ecclésiastique de l'évêque dans le diocèse, mais cite à tout propos à sa barre les citoyens genevois, afin de les amener à reconnaître sa compé-

tence. L'affaire du trésorier Boulet, que ses infidélités entraînent à s'enfuir sur terre ducale et à attaquer les syndics devant le tribunal de Chambéry (novembre 1524), est un cas typique de cette intrusion continuelle des fonctionnaires savoyards dans le domaine de l'Église de Genève.

A la même époque, apparaissent les premiers indices de la diffusion, dans la population genevoise, des idées de Martin Luther.

Puisse l'étude de ce nouveau volume des Registres du Conseil faire mieux comprendre l'histoire de notre ville pendant les années critiques qui ont précédé sa libération. C'est le vœu que forment les éditeurs.

*Genève, le 12 décembre 1924.*

Émile RIVOIRE. Victor VAN BERCHEM.

MANUSCRITS

*Registres du Conseil.* VOLUME 19. — Décrit ci-dessus, t. VIII, p. VII. — Le présent tome comprend les folios 209 à 286.

VOLUME 20. — Il comprend un premier feuillet non chiffré, où se trouve une note de J.-A. Galiffe, 226 feuillets chiffrés, 6 feuillets non chiffrés dont les premiers sont blancs et le sixième porte au verso les inscriptions que nous avons reproduites p. 362; puis 7 feuillets contenant des notes et un index alphabétique, le tout écrit au XVII<sup>e</sup> siècle. — Ce volume mesure 310 millimètres de hauteur sur 215 de largeur.

VOLUME 21. — Ce volume se compose de deux parties dont la première seule est ici décrite comme étant seule publiée dans le présent tome. Elle comprend: un cahier de 6 feuillets non chiffrés dont les trois premiers sont occupés par un index alphabétique du XVII<sup>e</sup> siècle pour cette première partie, et le cinquième, coupé par moitié en longueur, par une note relative au 25 février [1525], laquelle sera reproduite en son lieu dans le tome X; plus 106 feuillets chiffrés dont le 45<sup>e</sup> est resté blanc. — Cette première partie mesure 287 millimètres de hauteur sur 212 de largeur.

Ces deux volumes, écrits sur papier, ont reçu, au XIX<sup>e</sup> siècle, une reliure en parchemin plein.

ABRÉVIATIONS

- R. C. = *Registres du Conseil de Genève.*  
M. D. G. = *Mémoires et documents publiés par la Société d'histoire et d'archéologie de Genève.*  
E. A. = *Ämtliche Sammlung der ältern Eidgenössischen Abschiede.*  
P. H. = (Archives d'État de Genève), série des *Pièces historiques.*

VOL. XIX

(SUITE)

(209) *Martis 3<sup>a</sup> jullii* [1520]. — Leamon, Fernex, Danelli; — Orsieres, Cartellier, Curt, Bovier, Prepositi, Frojon, Emonyn, Navis, Magistri, Nergua, Fonte, Rosseti.

Fuit loquutum quod, ex quo sunt diminuta pondera et sublata due uncie, extat magna caristia in populo, et ad adhuc ipsi macellarii, saltem nonnulli, populum defraudant in eodem pondere; unde fuit conclusum quod fiant tria pondera ad rationem sexdecim unciarum, que reponantur videlicet unum in manibus alicujus probi ex eisdem tribus macellis, ut evitentur fraudes ipsorum macellariorum.

De fromageriis, observentur statuta et aule consuetudines.

De Nycodo de Villario, qui supplicavit ut detur sibi certa resta firme salis, conclusum [quod], si juret perdidisse, habeatur in hoc respectus.

De Losserii, macellario, qui moratur cum Jo. Tiollerii, quia perjurus in publico consilio juravit quod serviebat illi sub salario xxix ff., et tamen Tiollerii in ejus conspectu retulit quod erat ejus socius et eundem Losserii faciebat participem in medietate lucri sui banchi et carniarum inibi vendendarum.

*Veneris vj jullii.* — Leamon, Fernex, Danelli; — Orsieres, Cartellier, Curt, Lunes, Bovier, Prepositi, Fonte, Emonyn, Leta, Frojon, Rosseti. (*Burgensis.*) — Anthonius filius<sup>1</sup> Bernardi Luciani, de Querio, mercator, nunc parrochie Magdalenes, fuit admissus in burgensem mediantibus tribus scutis solis per eum ibidem manualiter thesaurario traditis.

Caucio introgii salis.

Cum die Sabacti ultima jugnii<sup>2</sup>, in claustro Sancti Petri Gebenn., per extinctum candele, fuerit expedita gabella salis Petro Rosseti, patisserio, parrochie Magdalenes, precio octo centum et quadraginta quinque florenorum, suo et Anthonii Damex, carpentatoris, parrochie Sancti Gervasii, [nominibus] promiseritque idem Rosseti ydonee cavere et hujusmodi admo-

<sup>1</sup> « Filz de feu Bernard » (*Bourgeoisie A*, n<sup>o</sup> 6, fol. 64 v<sup>o</sup>).

<sup>2</sup> Ci-dessus, t. VIII, p. 475.

diationem per eundem Anthonium ratificari facere, hinc est quod personaliter constituti dicti Petrus Rosseti et Anthonius Dames, tanquam principales, et ad eorum preces et requisitionem se constituunt fidejussores et principales, et quilibet ipsorum principaliter et in solidum promittunt dictam firmam more debitorum fiscalium solvere nobilibus sindicis (210) pro medietate, in manibus thesaurarii qui nunc est et pro tempore existenti[s], terminis assuetis, cum renunciacionibus et clausulis opportunis, et presertim renunciant fidejussores juri dicenti principalem prius fore conveniendum quam fidejussorem, epistole divi Adriani, nove constitutioni, cedendarumque et dividendarum actionum beneficio, et denique juri [dicenti] generalem renunciacionem non valere nisi precesserit specialis. Actum in aula Domus civitatis et in consilio ordinario, presentibus quibus supra.

Idem S. Biolesii, n.

(De *patisserio*.) — De patisserio, qui non sinit propulsare ut indulgeatur, actenta onustate liberorum, et jam extitit privatus tribus ebdomadis, et levatus panis ad summam xxviii solidorum et distributus in pios usus, restituitur in integrum et remittitur sibi illa privatio, et fuit illi comminatum quod si ulterius defectuosus in sua arte reperiatur, pugnietur sine misericordia.

De nobilibus de Noveriaco, qui propter quod alter ipsorum accepit unam ex filiabus domini Charmisiaci et ea causa asserunt esse burgenses Thononii, fuit conclusum quod faciant magis apparere de dicta burgensia et quod resident in villa Thononii, alias solvant introgium.

De fratribus Rippe et basterio, informant se nobiles syndici de veritate.

De equo domini Civini, tradantur eidem quatuor scuta auri solis, et inde custodiat aut vendat equum suum, et de illo ad suam voluntatem faciat.

De nobili sindico de Versonay, vadant domini syndici ad eum et faciant eidem remo[n]straciones quod, secundum consuetudinem patrie, eum oportet facere denunciacionem, et, illa facta, civitas illam prosequatur sump-tibus suis<sup>1</sup>.

*Martis decima jullii*. — Versonnex, Leamon, Fernex, Danelli; — Orsieres, Cartellier, Bovier, H. Fabri, Veteris, P. Taccon, Prepositi, Fonte, Pichon, Navis, Leta, Frojon, Magistri, Rosseti; — Servelli, Hostellerii.

De accerbis, fyant cride ne apportentur in civitate.

De visitoribus carniurn, dantur pro singulo anno cuilibet ipsorum pro eorum salario quinquaginta floreni, et dabuntur eis capitula que facient observari, et solvantur sallaria per tres terminos, videlicet in festo Magdalenes tercium, in festo Omnium Sanctorum aliud tercium, et residuum

<sup>1</sup> Sur l'attentat commis, à Lausanne, contre le syndic P. de Versonnex et son frère Antoine, voir t. VIII, p. 463 et suiv.

in fine cujuslibet anni; et fiat mandatum eisdem de duobus terminis, et promiserunt legaliter et probe servire.

(*Burgensis et vigil.*) — Admittitur in vigillum et burgensem Glaudius filius quondam Petri de Putheo, de Animassia<sup>1</sup>, parrochie Sancte Crucis, mediantibus octo ff.

(211 r<sup>o</sup>) *Veneris xiiij jullii*. — Versonnay, Leamon; — Orsieres, Fernex, Cartellier, P. Taccon, Curt, Lunes, Fonte, Leta, Magistri, Frojon, Rosseti.

Nichil fuit actum nec propositum in eodem consilio, nisi quod fiant capitula danda visitoribus carniurn.

(212 r<sup>o</sup>) *Sabacti xiiii jullii*<sup>2</sup>. — Versonnex, Leamon, Fernex, Danelli; — Orsieres, Fernex, Cartellier, Taccon, Curt, H. Fabri, Veteris, Prepositi, Fonte, Pichon, Donzelli, Leta, Magistri, Frojon, Rosseti.

Venit magnificus dominus Balleysonis et tradidit unam licteram missivam parte illustrissimi ducis Sabaudie missam, que erat credentie, que fuit quod prefatus illu. dominus dux vul[t] informari de differentiis existentibus inter certos particulares hujus civitatis, ex una, et dominum Pontisvitrey<sup>3</sup>; et, facta credentia, se retraxit. Et inde fuit conclusum quod, hora secunda post meridiem, ipsi domini syndici [vadant] ad ipsum dominum Balleysonis et faciant remerciaciones humilles de bono velle quod habet prelibatus illustrissimus dominus dux apud nos.

(211 r<sup>o</sup>) *Martis xvij jullii*. — Versonnex, Danelli, Leamon; — Orsieres, Cartellier, P. Taccon, Lunes, Veteris, Rosseti, Prepositi, Fonte, Pichon, Navis, Leta, Frojon.

Fuerunt lecti rotulli n. Guilliermi Danelli et remissi ad Veneris.

De filia que posuit unum suum liberum ante ecclesiam Magdalenes, que ita confessa fuit, ducatur ad castrum Insule et respondeat, et super respensionibus fiat justicia.

(211 v<sup>o</sup>) *Veneris xxma jullii*. — Versonnay, Leamon, Fernex, Danelli; — Orsieres, Cartellier, P. Taccon, Curt, Lunes, Veteris, Joly, Prepositi, Pichon, Navis, Leta, Magistri, Frojon, Rosseti.

De P. Gervasii qui ivit in Alemania<sup>4</sup>, dentur eidem, tam pro loquerio equi quam suis stipendiis, pro qualibet die sex solidi, et intretur ejus rotulus, dum juret.

De homine Thononii qui conquestus est contra P. Joly, eo quod eum

<sup>1</sup> Le volume coté *Bourgeoisie A*, n<sup>o</sup> 6, fol. 64 v<sup>o</sup>, le dit « d'Annessy, » mais la lettre de bourgeoisie (Portef. VI) porte « de Anmassia. »

<sup>2</sup> La séance du 14 est placée dans le registre après celles des 17 et 20 juillet.

<sup>3</sup> Ci-dessus, t. VIII, p. 461, 463 et 472.

<sup>4</sup> Ci-dessus, t. VIII, p. 475. Voyez aussi ci-après, à la date du 10 août, p. 6.

pignoravit sive arrestari fecit pro duobus bossetis vini, queratur conclusio acthenus super hoc facta, ad Martis.

De filio dicte Emeriaz detento in Insula, vadant domini syndici ad Insulam et videantur processus sui, et respondeat in manibus ipsorum; et inde ministretur justitia.

De quodam capitaneo regio qui est hospitatus in Cruce Alba prope conventum Rippe, vadant domini syndici ad dominum vicarium et requiratur quod eum venire faciant coram se et in presenciam ipsorum, et si sit parte ducali vel regia interrogetur, nec permittatur ei fieri in hac civitate congregacionem armigerorum.

De sindico Danelli, remictitur ad Martis.

(212 v<sup>o</sup>) *Martis xxiiiij jullii.* — Versonay, Leamon, Fernex, Danelli; — Orsieres, Lunes, Megex, Joly, Prepositi, Curt, Pichon, Navis, Leta, Magistri, Frojon, Rosseti.

Institetur apud dominum vicarium ut fiat justitia de Porterii.

De detento qui alias fuit bampnitus, remictitur ad primum consilium.

De alio detento qui se allegavit clericum, remictatur officariis episcopalibus.

Quoad Johannem Valleti, solvat incontinenti xxv florenos, in festo Nativitatis Domini xij ff. cum dimidio, et in festo Pasche duodecim cum dimidio, et sic singulis annis, usque ad complementum solutionis per eum debite quantitatis, citra tamen derogacionem primi instrumenti.

Prohibeatur patisseriis ne faciant panem album, et bollongeriis ne faciant panem nisi de sex denariis, uno solido, decem octo denariis, et duobus solidis, ad formam edicti facti per Roletum Nicolay et Johannem Bernardi; et super hoc fiant cride<sup>1</sup>.

(213) *Veneris xxvij jullii.* — Versonay, Leamon, Fernex, Danelli; — Orsieres, Curt, Lunes, H. Fabri, Megex, Joly, Leta, Jo. Bernardi, Jo. Hostellerii, Prepositi, Nergua, Fonte, Pichon, Navis, Magistri, Frojon, Rosseti, Cartellier.

De detento filio Emerice, maneat in castro Insule xv diebus cum pane et aqua, et inde relaxetur et maneat bampnitus.

Fiant cride ut in alio consilio fuit dictum, et addatur quod macellarii non occidant mutones nec alia animalia nisi in scoreatoria, et ipsa animalia non extrahant a dicta scoriatoria donec visitata et ponderata per visitatores<sup>1</sup>.

De liberis Johannis de Thonon, fiat mandatum de quinque scutis ad formam scripti.

<sup>1</sup> Voir la copie de diverses cries faites en 1520 et 1521, concernant notamment les bouchers et les pâtisseries (P. H., n<sup>o</sup> 922).

Quia fuit accusatus Jo. Bornant emisse certam quantitatem frumenti in mercatis pro revendendo, licet habeat ex suo excreto, idem comparuit et cum juramento respondit emisse dumtaxat duas cupas frumenti, sunt octo dies. Inhibeatur sibi ne emat pro revendendo.

*Martis ultima jullii.* — Versonay, Leamon, Fernex, Danelli; — Orsieres, Burdignin, Curt, Fernex, Veteris, Prepositi, Nergua, Pichon, Fonte, Leta, Magistri, Rosseti.

Quia quidam serviens consuetudinis Vaudi fecit certam exequucionem in hac civitate sine licteris placitoriis, fuit captus et ductus ad castrum Insule; respondeat quis eum misit et ad cujus instanciam, quia asseritur venisse ad instanciam Andree Guacti contra n. P. de Versonay; et de hac materia alloquantur domini syndici dominum vicarium, quod fiat de eo justitia.

De platea Mollaris, reparetur de navi Bessonnet, si haberi possit.

De pane venali, observentur cride.

De macellariis, ad idem, et deputentur duo qui ponderent carnes in exitu massellariorum.

De leprosis Quercus, prosequatur exequucio, non obstantibus inhibitionibus Vienne, quia lictere apostolice precedunt et subjiciuntur Vien[nenses] judicio apostolico.

(*Deputacio terminatorum.*) — Amedeus Chivilliardi, Stephanus Arnaudi et Humbertus Trenchent fuerunt admissi in terminatores prediorum existencium infra franchisesias, qui juraverunt in forma.

(214) *Veneris tercia augusti.* — Versonay, Leamon, Fernex, Danelli; — Orsieres, Cartellier, Lunes, Veteris, P. Taccon, Prepositi, Nergua, Pichon, Leta, Magistri, Navis, Rosseti.

(*Custos vinearum.*) — Petrus Tillieti fuit admissus custos vinearum de Frontoney, qui juravit in forma legaliter et probe officium exercere, neminem gravare et dampna revellare.

De Peclet, cui luppus occidit mutones, non ponderentur mutones per luppum vastati nec astringatur solvere gabellam.

De patisseriis non burgensibus, repellantur, nec eis panis fieri permittatur.

De salariis syndici Danelli, Fonte et Lunes, qui iverunt in ambassata ad illu. dominum episcopum et illustrissimum dominum ducem, solvatur cuilibet ipsorum, pro omnibus, ad rationem xvij solidorum pro quolibet die, excepto quod detrahantur tres solidi de quo Lunes, cui dentur quatuor scuta auri tam pro custodia ab adventu quam pro diminucione precii ipsius equi<sup>1</sup>.

<sup>1</sup> Le syndic G. Danel avait été envoyé à deux reprises auprès de l'évêque de Genève et du duc de Savoie, la première fois avec Antoine de la Fontaine, en mars 1520, la seconde fois avec François de Lompnes, en mai (ci-dessus, t. VIII, p. 438, 447, 467, et p. 468, 474). — Voir deux

De negotio Porterii, vadant domini syndici ad dominum judicem, et portent informationes per Bueti contra ipsum sumptas, et instent apud eum ut fiat justitia.

*Martis septima augusti.* — Leamon, Fernex, Danelli; — Orsieres, Cartellier, Curt, Veteris, Megex, P. Fernex, P. Taccon, Prepositi, Nergua, Pichon, Magistri, Leta, Navis, Rosseti.

Requirant domini syndici dominos de capitulo ut, pro prosperitate illustrissimi domini ducis, qui est corpore debilitatus, fiat processio generalis cras, et convocentur religiosi et presbiteri ecclesiarum ut intersint in illa, et dicatur rectori scholarum quod scolares inductos camisiis albis ad illam adducat.

De rubeo [vino] Thononii, quia primus venditor solvat gabellam et illam exigat ab illis quibus vendidit si ipsum vinum vendant, nec de ipso vino gabellerii exigant ab eisdem gabellam ipsius vini.

De hospitallerio et presbitero pestilen[cialium], maneant toto hoc mense in hospitali, ne scandallum oriatur.

De auditoribus computorum gabelle, faciant unum librum, et inde ille copietur in magno libro.

(215) De illis qui intulerunt minas r. domino predicatori Rippe de ipsum verberando et composuerunt carmina contra religiosos, alloquantur domini syndici r. dominum vicarium ut inde fiat justitia et ne tale delictum remaneat impunitum.

*Veneris decima augusti.* — Leamon, Fernex, Danelli; — Orsieres, Curt, Burdignin, Cartellier, Megex, Prepositi, Nergua, Pichon, Rosseti, de Ponte; — Hostellerii.

Venit in consilio Ludovicus Buctier et proposuit sicuti, instantibus vigilibus, fuit tractus in causam coram r. domino officiali pro certis injuriis per eum inadvertanter prolatis; paratum se obtulit stare ordinacioni nobilium syndicorum et consilii. Fuit resolutum quod petat veniam et faciat emendam, et solvat expensas in causa factas, de quibus per e. Fonte gracie tractetur.

De Petro Gervasii, dimictatur sibi pro ejus jornatis et loquerio equi duo scuta solis, que remanserunt ei ex suo voagio, et sic, actenta querimonia quam fecit reliquisse bucticam suam, pro tribus solidis pro qualibet die, quod illos lucratum fuisse in ejus domo sine aliquo periculo, adjunguntur prime resolucioni xiiij solidi.

mandats payés à Danel le 1<sup>er</sup> août, l'un de 162 fl. 10 s. 3 d., l'autre de 160 fl. 9 s. 4 d. et obole; — et un mandat de 14 fl. 4 s. (soit 4 écus), payé à F. de Lompnes le 3 août (*Finances M.*, n° 17, année 1520, fol. 30, art. 29 à 31). — Voir aussi ci-dessus, p. 2, où de Lompnes est désigné sous le nom de Civin.

(216) Admodiatio || tercie || medietatis partis [ponderis] bladi hujus civitatis.

Anno Domini millesimo quingentesimo vigesimo, indicione octava et die Sabacti undecima mensis augusti, in mis notarii etc., constituti personaliter nobiles Franciscus de Leamon et Petrus de Fernex junior, consindici hujus civitatis Gebenn., qui scientes etc., sindicario nomine tocius civitatis, admodiant et in admodiationem tradunt Glaudio de Cresto, epinguerio, burgensi Gebenn., parrochie Sancti Gervasii, presenti etc., pondus bladi, cum suis pertinentiis, pro parte communitati pertinente, per unum annum integrum, die decima septima hujus augusti incohandum et simili die finiendum, et hoc precio et nomine precii qua(te)ter viginti florenorum p. p., quolibet floreno valente duodecim solidos monete cursalis, — prius eadem parte sibi expedita in claustro ecclesie cathedralis ad extinctum candele more solito consumpte igne, factis prius tribus cridis per civitatem fieri solitis, — solvendorum terminis assuetis. Promictens etc. Submictens se etc. Renuncians etc. Actum in eodem claustro, presentibus ibidem nobili Petro de Orseriis, egregiis Glaudio Trocterii, sedis episcopalis secretario, Johanne Goyffonis, Johanne Tacconis, Glaudio Lyonardi, Humberto Trenche[n]t et Glaudio de Cresto, vigilibus, testibus.

S. Biolesii, n.

*Martis quatuordecima augusti.* — Leamon, Fernex, Danelli; — Orsieres, Cartellier, Megex, H. Fabri, Veteris, P. Taccon, Prepositi, Nerga, Pichon, Frojon, Rosseti, Navis.

(*Custos vinearum.*) — Johannes Quey, de Champello, filius Amedei Quey, fuit admissus in custodem vinearum Champelli, sub stipendiis assuetis, et promisit in forma, et cavit per dictum ejus patrem in forma.

(*De carronerio.*) — In hoc consilio comparuit carronerius Alemanus qui proposuit quod, tam per inundationem aquarum quam morbum pestilenciam, carroneria cessavit, et (carroni), propter tempus aquosum, fuerunt carroni sui fere perdit, unde peccit bonum respectum super hoc haberi et de sua firma deduci eadem ovallia. Conclusio facta quod illi detur medietas firme hujus anni.

De quarronis traditis Plonjon, illi intrentur super peccunia sibi debita ex mutuo per eum civitati facto<sup>1</sup>.

De bossetis, ponantur per portas civitatis gentes in vindemiis et advertatur de precio vini novi.

Querimonia facta per Guilliermum de Bolo, qui conquestus fuit de clausura platee sue, in qua solitus fuit apponere fimum suum prope portam; fuit conclusum ut vigilles ipsam clausuram disruant.

<sup>1</sup> Voir ce compte dans *Bourgeoisie A*, n° 2, fol. 47 v° et 48.

(217) *Veneris xvij augusti*, fuit consilium presens remissum ad horam secundam post meridiem, quod eadem hora fuit celebratum.

(*Consilium L.*) — Leamon, Fernex, Danelli; — Orsieres, Bovier, Megex, Taccon, Veteris, Prepositi, Nerguaz, Pichon, Navis, Magistri, Frojon, Fonte, Rosseti; — Tho. Monachi, Ja. Servelli, Reymondus de Ponte, Nycolaus Gigneti, P. Grassier, Aymo Jugliardi, Franciscus Suchardi, Ste. Bonevaux, Monetüs suctor, Ny. Gentilis, Mermetus de Ulmo, Peronetus Joly, Jo. Nycodi, G. Pensabini, P. Villiet, Bernardus Boulet, Ste. Macheret, Nycodus de Villario, P. de Cresto, Franciscus de Fosses, P. Poterelli, Jo. Colondaz, G. Pactry, P. de Casalibus, A. Reynaudi, Franciscus de Biolesio, P. Regis, Jo. Sept, Andreas Girardi, Anthonius Millanesii, Roletus de Nanto suctor.

Prefatus nobilis Leamon proposuit quod prioratus Sancti Victoris vacat ob mortem domini prioris de Monteron<sup>1</sup>, qui illius erat ultimus rector. Infra quem prioratum, pro illius custodia et possessione<sup>2</sup> in favorem illu. et reverendissimi domini nostri domini Jo. de Sabaudia, episcopi et principis Gebenn., est venerabilis dominus Ludovicus de Grieris, procurator fiscalis, et sic parte ipsius reverendissimi fuerunt petite<sup>3</sup> quatuor pecie artillierie, scilicet quatuor parvi fauconi, et una dosana lancearum sive picarum. Fuit resolutum quod tradantur ipsis officariis cum debito inventario, et dummodo quis promictat restituere.

Ibidem, quia dubitatur ne dominus Montistrocterii, qui conatur habere possessionem ipsius prioratus, et dicitur quod ex Foucigniaco adducet armigeros, fuit conclusum quod advertantur desinerii, qui suos de suis desineriis habeant advertere quod sint presto et parati si aliquid accideret quando petentur per nobiles syndicos.

De modo exigendi gabellam vini novi hinc ad festum Sancti Martini, committitur ordinario consilio.

(*Desinerius.*) — Jacobus Servelli fuit admissus in desinerium Mollaris superioris, loco H. Pollerii.

(*Desinerius.*) — Magister Stephanus Bonevaud fuit admissus in desinerium desinerie pontis Rodani usque ad domum Pavyaz.

<sup>1</sup> Jean Brisset de Laconnex, abbé du couvent cistercien de Montheron, près Lausanne, de 1508 à sa mort (1519 ou 1520); voir M. Reymond, *L'abbaye de Montheron*, dans M. D. R., 2<sup>me</sup> série, t. X, p. 71, 92-93 et *passim*. Bonivard a raconté lui-même comment, ayant quitté Genève le 5 avril 1519, jour de l'entrée du duc dans cette ville, il fut arrêté à Montheron par l'abbé de ce monastère et François Champion, seigneur de Vaulruz, auxquels il avait cru pouvoir se fier. Ceux-ci le livrèrent au duc de Savoie, après lui avoir extorqué, par des menaces, la renonciation à son bénéfice de Saint-Victor au profit de l'abbé de Montheron, qui ne jouit pas longtemps du fruit de sa trahison (*Chroniques*, t. II, p. 175, 203-204 et J.-J. Chaponnière, *Notice sur François Bonivard*, dans M. D. G., t. IV, p. 153 et suiv.).

<sup>2</sup> Sur les frais occasionnés par cette occupation, voir les comptes de Guillaume Solliet, receveur général de l'évêché de Genève (*Comptes de l'Évêché*, n° 5, fol. 7 v° à 9 v°).

<sup>3</sup> Le texte porte: fuit petita petite.

(218) *Martis xxj augusti*. — Versonex, Danelli; — Orsieres, Cartellier, Curt, Veteris, Bovier, Taccon, Pichon, Navis, Frojon, Magistri; — d. Sallagine.

(*De macellariis.*) — De macellariis, exigantur pene per officarios domini. De vero aliis rebus pollitice pertinentibus, remaneant syndicis. De vino et gabella, remictitur ad Veneris.

*Veneris xxiiij [xxiii] augusti*. — Versonex, Danelli; — Orsieres, Cartellier, Curt, Bovier, Megex, Veteris, P. Taccon, Prepositi, Pichon, Navis, Magistri, Leta, Frojon, Rosseti.

Quia dominus prior Pallacii exposuit quod eis debentur certe pecunie pro servicio confratrie Eucaristie Christi, remictitur priori ut concordet cum eo.

De Stephano de Mara qui peciit sibi satisfieri de mercede sui sindicatus, petatur ad Martis thesaurarius Lestelley.

De vino novo exigendo, nobiles syndici se congregent et conferant cum Guillermo Curt de modo tenendo circa exactionem ipsius gabelle hinc ad festum Sancti Martini, et ad Martis refferendum.

De verbis prolatis contra nobiles syndicos in publico, petatur<sup>1</sup> ad Martis et fiant ei remonstraciones opportune.

De Taccon, qui fecit protestacionem quod per eum non stat eligere arbitros pro sua parte et se submictere; peciit licentiam testimoniam in conspectu inertie sue adversarie [partis]-et heyraldi Berne; illa fiat in conspectu domini Sallagine, qui dixit quod non stabat per Taccon.

Caucio.

Glaudius de Cresto promisit in forma, firmam quote ponderis bladi per eum admodiatam solvere; et cavit per magistrum Michaellem Penneti, suctorem, parrochie Sancte Crucis, qui promisit in forma, cum renunciationibus opportunis, potissime juri dicenti principalem prius fore conveniendum quam fidejussorem.

(219) *Martis xxviiij augusti*. — Versonex, Danelli, Nerga loco P. de Fernex; — Fernex, Lestelley, Megex, Curt, P. Taccon, Magistri, Prepositi, Fonte, Pichon, Frojon, Rosseti, Navis, Leta.

(*Burgensis.*) — Franciscus Terrerii<sup>2</sup>, de Loex, parrochie ejusdem, nunc parrochie Sancti Gervasii, fuit admissus in burgensem, mediantibus octo ff.

(*Electio ad exhigendam gabellam.*) — Sunt subnom[in]ati electi pro colligendo gabellam vini hinc ad festum Sancti Martini:

<sup>1</sup> L'auteur des propos n'est pas nommé.

<sup>2</sup> Le ms. *Bourgeoisie* A, n° 6, fol. 64 v°, porte, après une correction opérée en surcharge: «Levrier», mais le ms. *Finances* M, n° 17, année 1520, fol. 10 v°, porte «Terrier».

Et primo in Sancto Gervasio, Glaudius de Miribello;  
 In porta Sancti Gervasii, Glaudius Vovrey;  
 In portibus, Michael de La Doey et Anthonius Millanesii;  
 In porta Rippe, Philibertus Pillosii;  
 In porta Sancti Anthonii, Johannes de Fosses et ejus filius;  
 Pro visitacione torcularum civitatis, Amedeus Chivilliardi;  
 In ponte Areris, Le Begoz et ejus filius.  
 Supra nominati petantur et cum illis tractent domini syndici de sallariis,  
 et refferant Veneris.

De macellariis magni macelli visitetur scoriatoria, si sit satis spaciosa ad  
 occidendum mutones in illa, et ad refferendum Martis.

*Veneris ultima augusti.* — Versonex, Danelli, Nergua loco Fernex.

Quia alter ipsorum Daguini cum dicto Folli comparuerunt et exhibue-  
 runt certas relaciones et conquesti eo quod Vienne fuerunt citati, vadant  
 domini syndici ad consilium episcopale et ad dominum vicarium, et faciant  
 remonstraciones quod lictere sunt nulliter et contra libertatem franchisesia-  
 rum impetrare, et eciam ad dominum judicem, et instetur illas revocari;  
 et si dicant se nolle aliquid super materia providere, vadant domini syndici  
 ad duos doctores neutros, et, habito consilio, provideatur secundum quod  
 justitia suadebit.

*(De reponendo peccunias gabelle in una archa.)* — De vino gabbellaque  
 illius, domini syndici eligant ydoneos et bone consciencie, et ad refferendum  
 Martis, et peccunie repona[n]tur separatim, vini gabelle et carnum, et  
 teneat rationem thesaurarius, junctis n. sindicis, et ponantur in hac domo,  
 in una archa tuta et segura tribus clavibus claudenda.

*Martis quarta septembris.* — Versonay, Danelli, Nergua loco P. Fernex; —  
 Orsieres, Lestelley, Megex, Cartellier, Veteris, Curt, P. Taccon, Prepositi,  
 Fonte, Pichon, Navis, Magistri, Frojon, Rosseti; — Hostellerii, Servelli.

Fuit remissus nepos Johannis Surdi ad Martis exhibiturus licteram  
 burgensie sui patris, et queratur super registro burgensium si fuerit ejus  
 pater creatus burgensis, et ad tunc refferendum.

(220) *(Burgensis.)* — Ludovicus filius quondam Anthonii de Bellucio<sup>1</sup>,  
 de Cornyex, comitatus Vallispergie, nunc parrochie Magdalenes, fuit  
 admissus in burgensem mediantibus tribus scutis auri cigni regis ad solem.

*(G. Lec.)* — Fuit expositum sicuti Georgius Lec, pro certis expensis  
 factis in ejus domo per nonnullos dominos Friburgi, pro quibus fecit arres-  
 tari certas mercancias cum equo hospitallerii Friburgi, et ulterius quod  
 idem Lec se jactavit quod, si de dicta summa contenta in suo rotulo non

<sup>1</sup> Il y a deux exemplaires de sa lettre de bourgeoisie dans le Portef. VI: l'un ajoute la pro-  
 fession « ferraterius » et porte au dos, après la date de 1520: « vacat et ne sed qui est. »; au  
 dos de l'autre, cette note du temps: « nepos Johannis Surdi moratur en à la Val ».

sibi satisfiat per nobiles syndicos modernos, quod ibit ad dominos Friburgi.  
 Fuit conclusum quod hodie domini syndici vadant ad r. dominum vicarium  
 et requirant eum ut liberentur equus et mercancie dicti hospitallerii, et  
 quod dictus Lec compellat illos qui responderunt illas expensas, et, solutis  
 illis per eos, cognoscatur summarie, via justicie, si moderni syndici et com-  
 munitas teneantur ad illarum solucionem vel ne, et similiter fiat de ceteris  
 non comprehensis in capitulis illu. d. ducis<sup>1</sup>.

*Veneris vij septembris.* — Versonay, Nergua loco Fernex, et Frojon loco  
 Danelli; — Orsieres, Cartellier, Curt, Veteris, Megex, Joly, P. Taccon,  
 Prepositi, Pichon, Navis, Leta, Rosseti, Fonte, Magistri; — Hostellerii.

Subsequuntur nomina deputatorum ad recipiendum gabellam vini novi  
 et visitandum torcularia:

Et primo, Glaudius de Strata, pro porta Sancti Anthonii, pro salario<sup>2</sup>...

Item Abagarus de Saxo, pro ponte Areris et torcularibus de Cota Ro,  
 sub salario vj denariorum pro singulo floreno, qui promisit servire;

Glaudius Bisardi, dictus Vovrey, pro porta Sancti Gervasii, pro simili  
 precio;

Glaudius de Miribello, pro porta de Cornavin, pro eodem precio;

Guilliermus Curt et Petrus Britillion, pro portibus, pro tribus denariis  
 pro singulo floreno.

— Omnes promiserunt servire, dempto dicto Strata.

N. syndici, recepta lictera missiva a magnificis dominis Bernensibus<sup>3</sup>,  
 vocari fecerunt nobilem Petrum Joly, cum concernat factum lib[er]orum  
 Jo. de Thononio, et Thomam Vaudi, qui agebat pro Johanne Tacconis,  
 qui Tacconis est avunculus filii prime uxoris dicti de Thononio, coram  
 quibus fuit lecta ipsa lictera missiva; quo tenore intellecto per dictum  
 Petrum Joly, ipse P. Joly se obtulit acquiescere sentencie late per r. domi-  
 num officialem, et pariter idem Vaudi se obtulit, nomine quorum supra,  
 acquiescere eidem sentencie, et sic fuit eis dictum quod capiant diem ad  
 quam appellent arbitros jam electos qui faciant divisionem.

*Martis undecima septembris.* — Versonex, Fernex, Frojonis loco Danelli;  
 — Orsieres, Veteris, Megex, Navis, Prepositi, Nerguaz, Pichon, Leta,  
 Magistri, Rosseti.

Fuit libratus unus solidus illi qui legit cridas.

<sup>1</sup> Sur cette affaire, voir t. VIII, p. 359 n. 1, 393, 396, 407, 429, 432. — G. Lec, marchand  
 et hôte, était l'un des Genevois reçus bourgeois de Fribourg le 7 janvier 1519 (*ibidem*, p. 290 n.).  
 Voir aussi l'article le concernant dans le compte de fournitures faites lors de l'occupation  
 de la ville par les troupes savoyardes (*Bourgeoisie A*, n° 2, fol. 37 v°; ci-dessus t. VIII,  
 p. 410 n.).

<sup>2</sup> Le chiffre n'est pas indiqué.

<sup>3</sup> Lettre datée du 30 août recommandant Jean de Thonon, à qui Pierre Joly refuse  
 sa part dans une succession (*Arch. de Berne, Lat. Misstvenbücher H*, fol. 436 v°).

Fiat crida quod nemo vendat vinum quym prius demonstret bossetas vini gabellerii[s] et cum eis concordet de gabella.

Item possint gabellerii et licitum sit sigillare bossetam vini venalis.

(*G. Lec.*) — De Georgio Lec, fiat responsio r. domino vicario quod olim syndici remoti non venerunt justificari super libro consilii vel alias sicuti fuerint response peccunie pro expensis illorum de Friburgo, ut in rotulo ejusdem Georgii Lec.

(*Recepit Magistri.*)

(221) *Veneris xiiij septembris.* — Fernex, Danelli; — Orsieres, Veteris, Bovier, Curt, Megex, H. Fabri, Lunes, Nergua, Pichon, Prepositi, Frojon, Navis, Magistri, Leta, Rosseti.

Quia ibidem fuit exhibita per no. Guiliermum Danelli copia salve gardie in favorem Johannis Porterii, fuit resolutum quod, eadem non obstante salva gardia, si venient aliqui facientes partem contra ipsum, quod ipsi syndici in eorum hora illum capiant et capere possint.

Quia in porta Aquarie deputatus [nolit] servire pro precio aliorum, deputetur alius loco illius.

Fuit dictum Nycodo Buffet, inquilino domus heredum Jacobi Paqueti, actenta relacione operariorum, quod faciat reparare latrinas hinc ad festum Nativitatis Domini, et si recusent reparare, ille cancellentur, et interim super illis non vadat donec mundatis et reparatis. Et ita pronunciatum summarie, consentientibus partibus. — (*Fuit levata pro d. Rodulpho.*)

*Martis xviiij septembris.* — Versonex, Fernex, Danelli; — Orsieres, Veteris, Joly, Curt, Prepositi, Nergaz, Leta, Pichon, Navis, Magistri, Frojon, Rosseti; — Hostellerii.

Recepta lictera missiva domini de Diesbach, qui rescripsit dum fecit fidejussionem pro communitate apud magnificos Elvecheos de summa parte communitatis acomodata, fuit sibi conventa una pecia velluti thanesii, quod illa mictatur, alioquin se eximet a dicta fidejussione<sup>1</sup>.

(*Conclusio.*) — Fuit conclusum quod rescribatur sibi et ad eum mictatur una lictera graciosa, in qua narretur et fiat sibi remonstraciones sicuti ipse bene intelligit que oporteat regimini villarum, et requiratur quod sit sibi de suo bene placito rescribere ipsis dominis sindicis illos qui sibi talem promissionem fecerunt, ut possint promissores compelli ad observandum promissa.

Quia retro nominatus Hostellerii retulit quemadmodum dictus Veyron, macellarius Longemalle, occidit duas vachas et quarum coreos vendidit uni de Sancto Jorio, et tamen non ponderavit nisi unam, et sic defraudavit

<sup>1</sup> Il s'agit sans doute du conseiller Sébastien de Diesbach, l'un des envoyés bernois arrivés à Genève le 6 avril 1519 pour rétablir la paix entre le duc de Savoie et Fribourg (ci-dessus, t. VIII, p. 315 n. 1).

civitatem de pondere unius vache; et adduxit rationem in medium de fraude, quia super bancho vidit Dominico duo panceros sive duas mulletas, et super bancho in quo uxor ipsius Veyron vendit omasa, eadem die Dominico vidit octo pedes mogiarum sive vacharum, qui satis declarant deceptionem et fraudem ipsius, et illos pedes vidit nobilis Guiliermus Danelli, consin dicus. Et cum ipsi Veyron dixisset dictus Hostellerii quod ipsum defraudaverat de pondere unius vache, nescivit dare aliam excusacionem quam dicere, prout dixit, quod in alia ebdomada mutuaverat dimidiam vacham cuidam macellario Longemalle. Item antea voluit ipsum fraudare idem Veyron de uno mutone, sed ex quo idem Hostellerii sibi dixit quod bene sciebat eundem Veyron ven[di]disse duos mutones, quod illum mutonem cum alio simili precio poneret, quod et fecit, et de quo sibi satisfecit.

(*Alia querela.*) — Item ibidem exposuit Jacobus Frojonis sicuti, die Sabacti novissime lapsa, providus Jacobus de Monte, ejus vicinus, qui est magna infirmitate detentus, mandavit filiam suam, ut ponderaret carnes per ipsam emptas a dicto Sermodo, macellario, [qui,] (eandem filiam,) secundum numerum librarum quem asserebat esse debere ipsa filia, eandem filiam defraudaverat de decem unciis; et reversa ipsa filia ad ipsum Sermod, sibi dixisset quod carnes fecerat ponderare per ipsum Frojon et quod de pondere deficiebat decem uncie. Tunc dictus Sermodi (222) cepit jurare sacro nomine Dei quod menciebatur idem Frojon et quod non erat nisi unus bavardus.

(*Conclusio.*) — Quibus auditis, fuit resolutum per consilium quod capiantur et ad castrum Insule ducantur, et instetur de eis debita ministrari justicia.

De vino novo, non apponatur precium.

Quia fuit apposita barra in prato civitatis sito prope carroneriam, nobiles syndici promiserunt juri stare, et caverunt per Prepositi et Nerga. Fiant lictere coram judice ad tollendum barram.

*Eadem die vesperorum.* — Fernex, Danelli; — Orsieres, Burdignin, Megex, Fonte, Magistri, Pichon, Frojon.

De detento, quia relapsus et jam fuit fustigatus apud Rochefort, iterum fustigetur et abscondatur illi auris dextera, et bampniatur perpetuis temporibus.

De barra apposita in prato civitatis, si possit amicabiliter concordari ut levetur barri<sup>1</sup>, si minus detur illi duplum licterarum, hoc medio tollat barram.

*Veneris xxj septembris.* — Versonnay, Fernex, Danelli; — Orsieres, Curt, Megex, Lunes, Cartellier, Bovier, Fornerat, P. Taccon, Prepositi, Nergua, Fonte, Pichon, Navis, Leta, Magistri, Frojon, Rosseti.

<sup>1</sup> *Lisez* : barra.

De muliere instante contra Porterii, que comparuit cum ejus viro et suo fratre, qui allegarunt et dixerunt, organo n. Francisci de Lunes, quod habebant oppinio[ne]s duorum doctorum quod, non instantibus<sup>1</sup> inhibitione curie metropolitane et eciam licteris salve gardie dominorum de consilio episcopali, poterat et potest ac debet ipse Porterii capi, fuit resolutum quod faciant ipsi apparere scripto per duos doctores et illorum dictamen quod debet capi, et tunc, verificatis eisdem allegacionibus, fiet justicia.

De prato civitatis in quo castellanus Gaii apponi fecit barram, monstretur eidem adhuc originale licterarum dacionis prati<sup>2</sup>, et si velit amovere barram, detur sibi copia ipsarum licterarum; si minus, prosequatur via justicie, et fiat per nobiles syndicos apud illustrissimum dominum ducem, cum de sua benignitate ipsum pratum dedit ad usum hospitalis pestilencialis, [querela] de hujusmodi impedimento, et quod hoc in casu provideat sic quod amodo nulla in ipso prato fiat perturbacio.

(De Lecz.) — De Georgio Lec, manea[n]t conclusiones jam facte quod civitas nichil solvat de contentis in illo rotulo; et vadant domini syndici ad dominum vicarium [ad exponendum] quod syndici remoti, occasione dicti rotuli, fuerunt petiti die Martis ut venirent in consilio et facerent apparere per librum consilii quod ita fuerat conclusum ut solveretur ipse rotulus ipsi Georgio; qui tamen non venerunt, nec eciam constat in registro de eodem rotulo, et ideo requirant ipsum dominum vicarium quod ministret justiciam de illis sindicis et faciat eidem Lec deffensiones (eidem Lec) ne vadat ad dominos Friburgi, sed compellat ipsos syndicos ut solvant. Et postmodum si justicia cognoscatur quod civitas debeat supportare expensas illius rotuli, faciet civitas quod justicia suadebit.

De dominis de capitulo qui volunt quod eorum abilitati, quos vocant suos vicarios, sint franchi et exempti a solucione introgii sive gabelle vini, fuit conclusum quod, ex quo ipsa gabella cum ceteris oneribus apposita fuit pro urgenti necessitate civitatis et pro satisfaciendo tam pro peccuniis mutuo acceptis a magnificis dominis Elvechiis, quod solvant ipsi abilitati.

(223) Fuit tradita Johanni Madardi quictancia facta per magnificos dominos Bernenses civitati, nomine cujusdam nobilis mulieris que unam partem ipsarum peccuniarum tradidit mutuo civitati, per ipsum tradenda ipsis magnificis dominis Berne eo quod ipsa mulier aliam fecit quictanciam<sup>3</sup>.

*Martis xxv septembris.* — Versonnay, Leamon, Fernex; — Orsieres, Curt, Lunes, Bovyer, Megex, Nergua, Navis, Magistri, Frojon.

(*Burgensis.*) — Johannes junior<sup>4</sup> filius quondam Thome Surdi, de

<sup>1</sup> Lisez : obstantibus.

<sup>2</sup> Acte du 26 mai 1508; ci-dessus, t. VII, p. 20 et n. 1.

<sup>3</sup> Il s'agit de l'emprunt conclu à Berne en août 1519 par l'entremise de Barthélemy May et dont la Ville venait de payer les intérêts. (Voy. t. VIII, p. 336, 337 et 475.)

<sup>4</sup> Profession: « ferraterius » (Ms. *Finances M*, n° 17, année 1520, fol. 10 v°).

Corniaco, Thaurinensis dyocesis, parrochie Sancti Gervasii, fuit admissus et receptus in burgensem hujus civitatis mediantibus quinque scutis auri solis.

De patisserio de Claret, remittitur ad Veneris.

De Florentinis, alloquatur Nycodus Valleti et gardianus Rippe.

De domino Grossi, solvat gabellam.

De vino n. P. de Rossillione, ex quo est transitus, nichil solvat.

De polleriis, solvant gabellam.

*Jovis xxvij septembris.* — Leamon, Fernex; — Orsieres, H. Fabri, Bovier, Prepositi, Nergua, Magistri, Frojon.

Quia statim et hodie illustrissimus dominus dux est applicaturus presentem civitatem, fuit advisatum et conclusum quod si possit reperi[ri] unum carlate malvatici fini et boni, detur loco doni soliti; si minus, fiat donum assuetum dragie, malvatici, meliciati et facium.

*Veneris xxviii septembris.* — Versonnay, Leamon, Fernex, Danelli; — Orsieres, Fernex, H. Fabri, Curt, Megex, Cartellier, Prepositi, Nergua, Navis, Donzelli, Magistri, Frojon, Leta.

(*Adeptio possessionis.*) — Fuit adepta possessio ecclesie Gebenn. per r. dominum Eustacium Chapuisii, officialem Gebenn., procuratorem substitutum per nobilem et potentem<sup>1</sup> dominum Pressiaci et magistrum hospicii illustrissimi domini ducis Sabaudie, procuratorem reverendissimi<sup>1</sup> de Bussi<sup>2</sup>, commendatarium Sancti Eugendi, qui dominus officialis jurat, procuratorio nomine dicti domini Sancti Eugendi, franchisesias, et pariter juravit dictus magister hospicii, procuratorio nomine ipsius domini Sancti Eugendi, quod ipse dominus, quamprimum accipiet possessionem ejusdem ecclesie, juravit<sup>3</sup> franchisesias, et juramenta presterunt super altari Sancte Catherine in manibus (224) nobilium syndicorum, presentibus ibidem nobilibus et potentibus Glaudio domino Balleysonis, Bertrando de Lucingio, r. domino Petro Grueti, Johannis de Charanczonay canonici Gebenn., n. Petri de Orseriis et plurimorum aliorum testium ad hec vocatorum.

Ante hujusmodi adeptam possessionem, domini syndici cum majori parte consillariorum (et) proposuerunt sicuti intellexerunt ipsos dominos de capitulo recepisse unum breve a summo pontifice, per quod s. d. noster papa mandat tradi possessionem hujus ecclesie r. domino Sancti Glaudii, et quod pocius eis pertinebat quam ipsis nobilibus sindicis, ex quo ipsi sunt secundum membrum hujus civitatis, unde rogaverunt ipsos dominos de cappitulo

<sup>1</sup> Un blanc.

<sup>2</sup> Il s'agit de Pierre de La Baume, abbé commendataire de St-Claude (St-Oyen-de-Joux) dès 1511 et dont la famille possédait la seigneurie de Bussy (Guichenon, *Hist. de Bresse et de Bugey*, III<sup>e</sup> partie, p. 39 et 40. — Voir t. VIII, p. 317 n. 1, et ci-après, p. 16 n. 1).

<sup>3</sup> Lisez : jurabit.

ut in ipso negotio bene adviderent et quod proposuerant insequi eorum oppinionem et voluntatem; quiquidem domini de capitulo dixerunt quod se retraherent et super hujusmodi materia consultarent, et inde refferrent. Tandem capitulariter fuit facta responsio quod parerent mandatis s. d. nostri pape, et sic remiserunt possessionem quibus supra<sup>1</sup>.

|| De rotulo Georgii Lec, vocetur consilium quinquagenarium ante quam r. d. officialis procedat ad aliquam ordinacionem. ||

De Georgio Lec, expectetur dominus officialis et dicatur Georgio Lec quod interim faciat rotulum suum, in quo annotet et describat dies, mensem et annum.

De Sermodo et dicto Veyron, macellariis, priventur per mensem.

De prato ville, portetur originale Thononi per nobilem Danelli, qui illac iturus, et demonstratur illustrissimo domino duci.

De rotulo nobilis sindici Leamon, fuit lecta conclusio enarratorum in illo, quod dominus Avulliacci et Jo. Testuti (et) satisfaciant ipsi.

*Martis secunda octobris.* — Versonnay, Leamon, Danelli; — Orsieres, Fernex, Cartellier, A. Versonay, Fornerat, Prepositi, Navis, Leta, Rosseti, Magistri.

(*Burgensis.*) — Bernardinus filius Jacobi Perreti, de Clavasio, Thaurinensis dyocesis, apothecarius, nunc parrochie Magdalenes, admittitur in burgensem mediantibus tribus scutis auri ad solem.

(*Burgensis.*) — Johannes filius quondam Johannis Charveti, conduerius, de Chamberiaco, parrochie Magdalenes, admittitur in burgensem mediantibus octo florenis.

<sup>1</sup> Pierre de La Baume avait été nommé administrateur et coadjuteur de l'évêché de Genève par l'évêque Jean de Savoie; voir ci-après, au 25 janvier 1521, et Bonivard, *Chroniques*, t. II, p. 205. — Voir aussi une lettre du 19 novembre 1520, écrite de Berne au nom des cantons de Berne, Lucerne, Fribourg et Soleure, et adressée au duc de Savoie. Les quatre villes ont appris que l'évêque de Genève a résigné son évêché en d'autres mains, sans se souvenir de la provision accordée à l'abbé de Bonmont pour l'amener à renoncer à ses prétentions lors de la dernière vacance du siège de Genève (ci-dessus, t. VII, p. 332 n. 2). Elles rappellent au duc cette promesse, insérée dans un accord conclu entre lui et le seigneur du Châtelard [François de Gingins, cousin d'Aimé, abbé de Bonmont], et l'invitent à l'observer (Arch. de Berne, *Lat. Missivenbücher* H, fol. 443 v<sup>o</sup>). — Le duc répondit en ces termes: « A noz treschers et tresespecialx amys, alliez et confederez les advoyers et conseilz de Berne, Lucerne, Fribourg et Salleurre. — Treschers, tresespecialx amys, alliez et confederez, nous avons receu vostre lettre. Et, touchant l'evesché de Geneve, c'est à nostre saint pere, qui est seigneur des benefices, d'en pourveoir à sa volenté. Et ce qu'il en a fait en faveur du prothonotaire de La Baume, abbé de Saint Glaude, nous a esté fort agreable, et ne voudrions point aller au contraire. Au regard de l'abbé de Bonmont, il scet bien la pension que luy avons fait avoir sus l'abbaye de Pinerol, dont il n'a cause soy douloir, ny vous importuner de telles materes. Si quelque aultre chose voulez que puissions, nous en advertissant, le ferons de tres bon cueur, aidant nostre Seigneur, qui vous doit, treschers, tresespecialx amys, alliez et confederez, ce que desirez. Escript à Thonon le xxv<sup>e</sup> jour de novembre [1520]. Le duc de Savoye: Charles. — Vulliet. » (Arch. de Berne, U. P. 57, n<sup>o</sup> 49). — Le paiement de deux termes de cette pension, soit 250 fl., le 2 avril 1521, figure en un compte de P. de La Baume (P. H., n<sup>o</sup> 925, p. 2).

Loquela facta de dominis de cappella domini cardinalis Ostiensis, matriculario Sancti Petri et vicedompno Conselli; solvant gabellam introgii, et mictatur Romam ad habendum provisionem ut solvant, et narretur causa quare fuerunt apposite gabelle.

De macellario magni macelli qui defraudavit in pondere filiam Jacobi de Monte, remictitur ei bampnimentum, dummodo Sabacti proxima pro illa die non vendat carnes, et illa lapsa vendat sicut antea.

De hospitallerio pestilenciali, reddat sorori deffuncti moranti prope fontem Sancti Leodegarii mobilia que habuit et habet.

(225) *Veneris quinta octobris.* — Versonnay, Leamon; — Orsieres, Cartellier, Versonnay, Fernex, Curt, Megex, Nergua, Pichon, Navis, Magistri, Frojon, Leta; — Hostellerii.

De Veyron et Johanne Tiollerii, remictitur eis bapnimentum et reabilitentur cum ceteris, cum cominacione quod si redeant in offensam, graviter pugnientur.

De lictera dominorum de cappella et de aliis presbiteris qui volunt eximi a gabella introgii vini, fuit conclusum quod fiat responsum domino Samoem quod, ex quo illu. et reverendissimus dominus episcopus concessit licteras in quibus nullum exemit<sup>1</sup>, actenta tam magna summa debita et eciam periculo in quo erant domini presbiteri sicut ceteri, solvant, insequendo conclusionem consiliorum ordinarii, quinquagenarii et generalis. Eciam allocatur dominus Bonimontis, cui fiant similes remonstraciones et causa propter quam fuerunt imposite gabelle, et quod si fuisset civitas annichillata, que in illo fuit periculo, plus perdidissent ipse et ceteri domini eciam presbiteri quam alii; et sic quod faciat illis remonstraciones et quod contribuant.

De sociiis, non fiant hinc ad festum Omnium Sanctorum.

*Martis nona octobris.* — Versonnay, Leamon, Fernex; — Orsieres, Curt Nergua, Taccon, Fornerat, Prepositi, Pichon, Navis, Leta, Magistri, Frojon.

Archerii, arbalesterii et collovrinerii reges solvant gabellam.

De indumentis et aliis mobilibus magni Johannis Marescalli, qui obiit in hospitali pestilenciali, preserventur per hospitallerium hinc ad Carnisprevium propter periculum.

Pro transitibus, non solvatur gabella introgii vini.

De paupere leprosa, admictatur cum aliis leprosis in malladeria Carrog[ii].

(*Recepit Magistri.*)

(226) *Veneris xij octobris.* — Versonnay, Leamon, Fernex, Danelli; — Orsieres, P. Taccon, Curt, Megex, Fornerat, Fernex, Bovier, Nergua, Fonte, Pichon, Navis, Leta, Magistri.

<sup>1</sup> Lettres patentes du 30 avril 1519 (P. H., n<sup>o</sup> 915), citées t. VIII, p. 326 et n. 2. — Voir aussi *ibidem*, p. 419, 432 et n. 2, 434-438, 447 n. 2.

(*Burgensis.*) — Franciscus de Platea, macellarius, de Fansonnex, nunc parrochie Magdalenes, admittitur in burgensem mediantibus viij ff.

(*Burgensis.*) — Johannes filius Andree Collombi, parrochie Magdalenes, macellarius, fuit admissus in burgensem mediantibus octo ff.

(*Burgensis.*) — Michael filius Glaudii Pouget, mugnerius, de Veygi, parrochie Viriaci, et nunc Sancti Gervasii, admittitur in burgensem, dummodo non efficiatur patisserius, quo in casu non gaudebit borgesia quoad artem patisserie, mediantibus viij ff.

De Johanne Tacconis, qui ultra admodiacionem factam dicto de Cresto per receptorem domini episcopi pro jure eidem pertinente, informetur quis se ingerit eodem pondere, et capiatur ille turbator, et petatur dominus Ludovicus de Cresto, qui vadat cum dominis sindicis ad dominum vicarium pro remedio apponendo.

De sisis, eciam de blasphemis et ludis publicis, fiant cride in bona forma<sup>1</sup>.

De ementibus, burgensibus, civibus et habitantibus, infra civitatem et bana ementibus carnes ab aliis quam macellariis hujus civitatis, ponatur unus vigil in ponte Areris, qui diebus Sabacti vigillet circa ementes, juncto Le Begoz cum eo; et similiter fiat in loco de Cornavini, et tales vigilles cum recuperantibus introgium vini habeant annotare ementes.

Quia Rosseti amplius noluit exercere officium ponderis carniū, eciam causante ejus infirmitate, loco illius ponatur Petrus Gervasii, sellerius.

De domino Sollieti, qui fecit adducere certum vinum quod asserit adduci fecisse pro provisione illustris et reverendissimi domini nostri, si juret ita esse, non solvat gabellam introgii.

De domino sindico Leamon, si possit haberi residuum quatuor scutorum a domino Avulliaci, satisfiat eidem domino sindico de contentis in illo rotulo; si minus, satisfiat eidem de peccuniis communitatis.

(227) *Martis xvj octobris.* — Versonnay, Leamon, Fernex, Danelli; — Orsieres, Burdignin, Curt, Megex, Prepositi, Pichon, Navis, Magistri, Frojon.

De privilegiis religiosorum Sancti Victoris, monstrentur r. domino officiali, nec incurrant censure.

De Tiollerii, solvat ad formam cridarum, et dominus procurator fiscalis contra eum interveniat.

Nobilis de Laconay venit [et] peciit prorogari diem citacionis, donec habeat instrumentum sue vendicionis; continuatur per xv dies.

*Veneris xix octobris.* — Versonnay, Leamon, Danelli, Fernex; — Orsieres, Burdignin, Fernex, Cartellier, Megex, Curt, Taccon, Prepositi, Pichon, Navis, Leta, Magistri, Frojon.

<sup>1</sup> Voir la copie de diverses cries de 1520, P. H., n° 922, p. 14.

(*Burgensis.*) — Gladius Vallens, alias Faverges, filius quondam Johannis de Vallens, de Challongio, barbitonsor, nunc parrochie Sancti Gervasii, fuit admissus in burgensem mediantibus octo ff.

Quia per reverendum dominum officialem<sup>1</sup> fuerunt, retroactis temporibus, multa obsequia prestita civitati et huic domui, de quibus nulla fuit illi facta remuneracio, fuit conclusum, ex quo servivit civitati et dietim servit, detur sibi una eygueria argenti, usque ad valorem viginti scutorum auri cugni regis ad solem.

De religiosis Sancti Victoris, solvant introgium vini.

De dicto Briganton, actento juramento, nichil ab eo petatur.

De vino novo, nichil fiat.

De patisserio qui intulit injurias nobilibus sindicis, peciit veniam flexis genibus; actenta requesta, fuit impartita.

*Dominico xxj octobris.* — iiij<sup>or</sup> sindici; — Orsieres, Fernex, Cartellier, Acquineaz, Frojon, Pichon, Burdignin, Leta.

Fuit interrogatus nobilis Gladius du Boex<sup>2</sup>, castellanus Gebenn., per nobiles syndicos, organo nobilis Petri de Versonex, consindici, numquid herina die per ipsos nobiles syndicos fuerit sibi remissus Guilliernus Couvaz, ut illum tute custodiret in cappella Domine Nostre pontis Rodani donec fuisset cognitum an gaudere debebat immunitate ecclesie, cum accusetur de sacrilegio perpetrato in ecclesia Sancti Germani, et pro tuciori custodia numquid fuerint eidem castellano dati duo ex vigilibus. Qui respondit quod sic. Item fuit interrogatus cur permisit eum ipsam ecclesiam exire. Qui respondit quod bene proposuerat illum custodire, sed de id faciendo fuit impeditus per nobiles de Gento, filium nobilis (228) de Sacconay, Henricum Dolens et quemdam monachum dictum Blanchet, quorum medio et adjutorio recessit. De quibus premissis, prefati nobiles sindici protestati fuerunt contra ipsum castellanum de repetendo eundem Couva et de plantum et querimoniam faciendo contra ipsum apud illustrem et reverendissimum dominum nostrum episcopum, et de premissis a me notario pecierunt testimoniales licteras.

Item fuit conclusum quod, pretextu dicti recessus, contra eundem castellanum apud r. dominos vicarium et consilium episcopale [recuratur].

Quia r. d. officialis est licteram destinaturus illustrissimo domino duci, conclusum fuit quod dominus officialis poterit rescribere prelibato illustrissimo domino duci de istis nobilibus perturbatoribus.

*Martis xxiiij octobris.* — Leamon, Fernex, Danelli; — Orsieres, Cartellier, Curt, Veteris, Aquineaz, Pichon, Navis, Leta, Prepositi, Magistri, Frojon.

<sup>1</sup> Eustache Chapuys. Voir t. VIII, p. 174 n.

<sup>2</sup> Claude Du Bois, châtelain et lieutenant du vidomne depuis juillet 1518 (ci-dessus, t. VIII, p. 245).

De assignacionibus factis Johanni Sept per officarios Galliard in hac civitate, vadant domini syndici ad reverendum dominum vicarium et episcopale consilium, et narrent hujusmodi invallidas exequuciones, que cedunt in enervacionem jurisdictionis episcopalis et enervacionem franchiseiarum, et requirant eos quod ministrent justiciam de illis, sic quod franchiseia enervata non remaneat.

De fratre Augustino, religioso Domine Nostre de Graciis, qui emit sutulares in domo dicti Tetaz, furto substractos marito dicte Crocabugnietaz, qui requisit ut sibi restituerentur peccunie sue. Ex quo illos emit quod sibi non incombebat, eciam non in publico, non compellatur suctor ad restituendum peccunias.

De dicto Bosson, qui fuit privatus, maneat privatio per nobiles syndicos facta.

De filio Petrimandi Bonivardi, venit novus maritus matris ipsius pupilli et ipsa, et proposuerunt se esse tutores ipsius filii, et nomine ipsius exercet artem patisserie; si ita sit, permictatur illi exercere artem patisserie nomine ipsius liberi.

De detentis, vadant domini syndici cum consulibus post prandium ad castrum Insule, et procedant contra ipsos ad formam ordinationis.

De blado quod pertinebat cuidam de patria Vaudi, levato tempore aciei, fiat responsum cuidam presbitero commoranti cum nobili Alibreto de Petra quod communitas est presto et parata respondere alicui ex creditoribus ejusdem hujus civitatis, ut ita alias contentus fuit ad mentem taxe de illo facte.

*Veneris xxvij octobris.* — Versonay, Leamon, Fernex, Danelli; — Orsieres, Fernex senior, Veteris, Cartellier, Lunes, Fornerat, Nergua, Pichon, Leta, Navis, Frojon, Magistri.

(*Burgensis.*) — Egregius Ambagarus Ruffi<sup>1</sup>, notarius, filius quondam Mermeti Ruffi, de Clusis, admittitur in burgensem mediantibus decem ff.

(229) De hospitallero hospitalis, faciant domini syndici evocari hospitallerium et informentur de juribus ejusdem.

Quia fuit magna querela facta per vicinos carrerie Verdane conquerentes de pluribus meretricibus in illa degentibus, quarum medio fiunt cothinocte insultus et clamores, instetur apud castellanum quod illas vacuare faciat et expellat ab eadem carreria, et ad publicum vadant lupanar.

De domino preceptore de Compesieres, qui instat sibi satisfieri de blado sui parte tradito tempore aciei, vadant domini syndici ad eum, aut aliquem ydoneum mictant, qui, dulcibus verbis sibi demonstrando civitatis necessitates, requirant ut adhuc per aliquod tempus velit expectare, donec civitati(s) sit possibilita(ti)s sibi solucionem impendere.

<sup>1</sup> « Abagarius Ruffi, parrochie Sancte Crucis Gebenn. », dans sa lettre de bourgeoisie (Portef. VI).

(*G. Fiendaz.*) — De Guilliermo Fiendaz, qui non erubuit ferocibus et inhonestis verbis in conspectu consilii minas inferre et mendacionem proferre, dicendo, prout et dixit, quod vigilles, presertim Maget, voluerat subagitare ejus ancillam, que iverat emptum carnes ultra pontem Areris, et constat, per dictam ejus ancillam et aliam filiam expinguerii, quomodo de precepto illius iverat emptum carnes, ut ita deposuit, et pariter subornavit aliam ut non diceret veritatem, que ita deposuit. Instetur apud dominum procuratorem fiscalem, ymo et dominum judicem excessuum, ut velint ministrare de eo justiciam et compellere ad solvendum penam cridatam pro qualibet transgressione cridarum<sup>1</sup>.

(*Commissio.*) — De Petro dicto Tetaz, detur sibi commissio de clausuris et nemoribus clausurarum que furto rappiuntur, eciam de euntibuse mptum carnes ultra pontem Areris, et pro hoc vadant domini syndici ad dominum vicarium, ut consenciat dicte commissioni.

(*Pro indulto.*) — De scripto r. domini officialis in favorem civitatis, mictatur Rome ad habendum rescriptum ei indultum.

(*Electio.*) — Fuit dictum quod eligatur aliquis ydoneus, qui vadat ad illu. dominum ducem ad illi faciendum remonstraciones de exequucione Sept et aliis precedentibus, eciam de illis qui impediverunt justiciam, sic quod idem Couva, complex furti reliquiarum Sancti Germani, evasit; et fuit electus Franciscus Cartellerii.

(*Expedicio alarum et platearum.*) — Die Sabacti xxvij octobris fuerunt expedite: ale tertia pars Guilliermo Curt, in claustro, ad extinctum candele, precio ij<sup>c</sup> xxx ff. et sex ff. pro gribello; item platea Fusterie, n. P. de Orseriis, pro sex ff.; item platea Burgi Foris, Johanni Vudon, precio iiiij<sup>or</sup> ff. et sex solidorum; platea Sancti Gervasii, P. Vulliodi, pro xxx grossis; item Jo. Lehex, platea ante pontem Rodani, pro xvj solidis. Per n. P. Versonex, Leamon et Fernex.

*Martis xxx octobris.* — Versonnay, Leamon, Danelli; — Orsieres, Cartellier, Aquineaz, Fornerat, Megex, Veteris, Prepositi, Pichon, Navis, Leta, Magistri.

De detentis, ex quo sunt sacrilegi, feratur in eos sententia capitis amputatoria in forma<sup>2</sup>.

Eligatur unus qui evigillet apud illos de civitate euntes ad emendum carnes in loco de Cornavin.

<sup>1</sup> A la suite de l'établissement de la gabelle de la chair, l'achat de la viande en dehors des franchises fut interdit: « Item plus que nuls citoyens, bourgeois, habitans de ceste cité ny des faubours ne des franchises d'ycelle soyent hosés ne sy hardy point allé acheté chers hors de ceste cité, sinon es bocheries acostumées et des bochiers d'ycelle, et ce sus la poyne de lx sol et de perdre la cher par ung chescun et une chescune foys » (Copie de cries faites en 1520, P. H., n° 922, p. 3).

<sup>2</sup> Pierre Michel, de Moudon, et Jacques Truffon, d'Alais, convaincus par des aveux volontaires de plusieurs larcins et sacrilèges, condamnés le 3 novembre 1520 à être décapités à Champel (*Procès criminels*, n° 200).

(*Laudimium.*) — De laudimio Hugonini Fabri, qui emit pratum Areniarum a dicto Malliet, fiat ei laudimium pro et mediantibus quinquaginta florenis, ita quod faciat reffici tornam econtra possessionem per ipsum emptam, pro qua super laudimio dantur quinque floreni, et sic mediantibus quadraginta quinque florenis fiat laudimium.

(*Admodiatio furni civitatis.*) — Fuit [facta] admodiatio furni ville cum habitacione, Petro Mariglerii, vigilli, precio assueto.

Teneatur consilium [quin]quagenarium quamprimum venerit Franciscus Cartellerii a sua ambassata Thononii.

(230) *Sabacti tertia novembris*, loco Veneris propter festum commemorationis Animarum. — Versonnay, Leamon, Fernex, Danelli; — Orsieres, Fernex senior, Curt, Lunes, Veteris, Fornerat, Aquineaz, A. Versonnay, Nergua, Fonte, Pichon, Donzelli, Burdignin, Joly, Magistri, Navis, Leta.

De Georgio Lec, cujus parte fuit mandata una lictera missiva, fiat illi responsio quod quamprimum venerint reverendus officialis et Cartellier a loco Thononii et auditis que refferent, providebitur ut fuerit conclusum et consultatum.

De ollerio Sancti Gervasii, qui fecit querimoniam quod Vulliodi non permittit quod coligat figmentum sive fientaz animalium, dixit quod non potest exercere artem suam sine illis; fuit conclusum quod maneat firma admodiacionis facta Vulliodi, et quod colligat fientaz ubi voluerit.

Admodiatio tercię partis alarum pertinentis communitati,  
facta honorabili Guilliermo Curt, et gribelli ejusdem.

Anno Domini millesimo quingentesimo vigesimo, indicione octava cum eodem anno sumpta, et die suprascripta tertia mensis novembris, in mis notarii etc. personaliter constituti nobiles Petrus de Versonnay, Franciscus de Leamon, Petrus de Fernex junior et Guilliermus Danelli, syndici hujus civitatis, ex una parte, et honorabilis Guilliermus Curt, burgensis (et mercator) Gebenn. et mercator hujus civitatis, ex alia parte. Dicti vero nobiles syndici, sindicario nomine dicte civitatis, admodiant et accensant et titulo admodiacionis et accensamenti tradunt dicto Guilliermo Curt, ibidem presenti etc., terciam partem alarum hujus civitatis Gebenn. eidem communitati pertinentem, cum honore et onere assuetis, eidem Guilliermo, tanquam plus offerenti, in claustro ecclesie cathedralis Sancti Petri Gebenn., ad extinctum candeles et voce cride more solito expeditam cum gribello earumdem. Et hoc, spacio et per tempus unius anni, proxima die festi Sanctorum Symonis et Jude nuper lapsi incohati, et simili die finiendi. Et hoc precio et nomine precii ac sub firma, quoad concernit alas, ducentum et triginta florenorum, et quoad gribellum, sex florenorum, per eundem Guilliermum, terminis assuetis, in manibus receptoris sive thesaurarii dicte

civitatis solvendorum. Et pro premissis adimplendis se constituit principalem et fidejussorem erga dictos nobiles syndicos et communitatem, ad requestam dicti Guilliermi Curt, videlicet nobilis Philippus de Ripa, civis Gebenn. Promictentes etc. Submictentes se etc. more denariorum fiscalium etc. Renunciantes etc., presertim fidejussor juri dicenti principalem prius fore conveniendum quam fidejussorem, epistole divi Adriani, nove constitutioni, cedendarumque et dividendarum actionum beneficio etc. Actum in aula Domus communis dicte civitatis et in consilio ejusdem, presentibus supra et retro nominatis etc.

S. Biolesii, n.

(231) (*Consilium L.*) — *Lune quinta novembris* fuit tentum consilium quinquagenarium. — Versonay, Leamon, Fernex junior, Danelli; — Orsieres, Burdignin, A. Versonay, Fornerat, Hugoninus Fabri, Nergua, Pichon, Navis, Leta, Frojon, Lestelley, Veteris, Megex, Curt, Prepositi, Fonte, Magistri, Jo. Donzelli, Cartellier, Fernex; — Tho. Monachi, Pensabini, A. Reynaudi, F. Suchardi, Jo. Set, G. Patrisii, F. de Fosses, dictus Pellouz, Aymo Julliardi, Ludovicus Curteti, P. Poterelli, Jo. de Pileo Rubeo, P. Villieti, Peronetus mugnerius, Jo. Nycodi, Andreas Girardi, P. Mathei, P. Fabri, P. Regis, G. Fabri, Jo. Hostellerii, P. Grassier, Jo. Migerandi, G. Carra, P. Berteti, M. de Ulmo, Ste. Macheret, Bernardus Boulet.

Anthonius Lanchemant, excofferius, recognovit cum juramento quatuor paria sutularium, quorum est unum par cingul[or]um, sibi fuisse furto abstracta et sibi pertinere, reperta pridem in domo Petri dicti Tetaz, que quatuor paria, actento juramento, fuerunt eidem remissa, sub pacto quod si aliquis veniret alius qui assereret dicta quatuor paria sutularium sibi spectare, ille teneretur in justitia respondere<sup>1</sup>.

De venda vini, fiat gicta, more assueto. De introgio bossetorum, an fiat illorum admodiatio vel colligatur per particulares nomine civitatis, fuit ad cras remissum in consilio ordinario.

De domino de Diesbach, remictitur ordinario consilio, ad cras.

(*De Georgio Lectz.*) — De Georgio Lec, requirantur per nobiles syndicos r. domini vicarius et officialis ut ministrent justiciam eidem Lec ad formam juris, et quod evocari faciant eundem Georgium et illos qui promiserunt; cui solvant hii qui promiserunt, et in hoc negocio provideant secundum bonam equitatem. Et satisfacto Georgio, si civitati<sup>2</sup> teneatur supportare solutionem illius rotuli, faciet civitas que justitia suadebit, et interim requirantur qui supra domini ut inhibeant officiariis suis, eciam vice-dompnatus, ne faciant aliquas assignaciones, barras sive arresta, in aliquem dominorum de Friburgo.

<sup>1</sup> Voir ci-dessus, p. 20.

<sup>2</sup> Lisez : civitas.

Quia hii qui mutuo tradiderunt pecunias in subvencionem onerum supportatorum pro appunctuamento cum dominis Friburgensibus, et aliis qui ministraverunt expensas, an illis fiat solucio ante quam dominis Elvechiis qui mutuo tradiderunt sommam notabilem, fuit remissum in consilio generali post festum Sancti Martini celebrando<sup>1</sup>.

De sallario auditorum computorum expensarum, committitur consilio ordinario ut illis satisfiat ut fuerit ordinatum per ipsum ordinarium consilium.

De dono fiendo r. domino officiali, detur illi una eygueria argentur<sup>2</sup> cum dimidia et solvatur factura ultra ipsas tres marchas cum dimidia.

(232) *Martis vij novembris.* — Versonnay, Leamon, Fernex junior; — Orsieres, Fernex senior, Taccon, Lestelley, Curt, Cartellier, Megex, Veteris, Nergua, Fonte, Pichon, Navis, Frojon, Leta.

De domino de Dyesbach, mandetur illi lictera graciosa, in qua rescribatur quod domini syndici fecerunt exactam diligenciam de reperiendo illum qui promisit, ut scripsit ipse, eidem unam peciam velluteam, sed nullum reperiunt, et fiant apud illum humiles recommendaciones et requisiciones ut velit habere civitatem et communitatem recommissam, et detur ejus uxori una vestis sactini.

De bossetis, cridetur more solito et hodie incipiantur cride.

De sallariis auditorum computorum, remittitur ad Veneris.

*Veneris nona novembris.* — Versonex, Leamon, Fernex; — Orsieres, Montyon, Lestelley, Versonex, Curt, Megex, Fornerat, Veteris, Fernex, Cartellier, Pichon, Frojon, Prepositi, Leta, Nergua, Navis, Magistri.

(*Burgensis.*) — E. Petrus Chappotany, dictus Passer, magister cantus, fuit admissus in burgensem, mediantibus octo ff.

Dentur Petro Gervasii, pro pena visitacionis piscium, cum aliis de quadagesima, ultra decem solidos jam sibi solutos, alii decem solidi.

De auditoribus computorum victualium, faciant petitionem verbo vel in tileto, et super illa consilium pronunciat de pena et sallariis eorundem.

De introgio bossetorum, admodietur introgium de vino excreto et nato, nec fiat admodiatio de vino excreto.

*Martis xiiij novembris.* — Versonnay, Leamon, Fernex junior; — Orsieres, Cartellier, Monthion, A. Versonnay, Lestelley, Curt, de Ponte, Fornerat, Megex, Nergua, Fonte, Pichon, Leta, Navis.

(*De Cartellier.*) — Quia heri honorabilis Franciscus Cartellerii exposuit se intelligere et ad intelligendum datum fuisse quod omnes debeant solvere introgium vini et nemo excludatur, ideo antequam prestet caucionem,

<sup>1</sup> Sur l'emprunt fait en Suisse et sur les sommes prêtées à la cité par les Genevois, voir t. VIII, p. 338 et 410 n.

<sup>2</sup> *Lisez* : « argenti trium marcharum. »

peciit fieri declaracionem. Fuit conclusio facta quod admodiatio fuit facta more solito, et quod fuerunt et sunt exempti domini canonici et septem curati, et oppinatum quod Mendicantes et religiosi Sancti Victoris sunt exempti. Fuit eidem dictum quod exigat a presbiteris et aliis ecclesiasticis, demptis septem curatis et canonicis ac Mendicantibus et religiosis Sancti Victoris, et si alii presbiteri contradicant, retineatur vinum, et interim veniet rescriptum et pro[vi]debitur secundum indultum apostolicum.

(233) (*De sallario auditorum computorum.*) — De sallario auditorum computorum, fuit conclusum quod dentur cuilibet ipsorum auditorum pro stipendiis suis septem floreni, et commendabili Michaeli Nerga, ultra illos septem florenos, dentur illi decem floreni pro libro rationis per eum facto et scripto<sup>1</sup>.

(*Expedicio introgii bossetorum*<sup>2</sup>.)

*Veneris xvij novembris.* — Versonnay, Leamon, Fernay; — Orsieres, Cartellier, Taccon, de Ponte, Megex, Lunes, A. Versonay, Fornerat, Nergua, Pichon, Navis, de Leta, Fonte, Lestelley, Magistri.

De fratribus Pallacii, alloquatur prior [confratrie] Sancti Yvonis et, si sint pecunie, fiat illis elemosina in subvencionem ipsorum et orgarum.

De domino de Dyebasch, scribatur eidem graciose et mictantur duodecim ulne satini tanesii, pro una veste nobilis sue consortis.

De injuriis illatis per Johannem Tacconis [eg]r. Francisco Leamon, consindico, sumantur informaciones, et inde ille monstrentur consilio episcopali et instetur de eo ministrari justiciam.

De modulis civitatis existentibus penes relictam Bertellerii, allocatur magister Jacobus et subtili medio ab ea extrahantur<sup>3</sup>.

De consilio generali, cridetur more solito, et non fiat mencio nisi de venta vini, et vigilles maneant in porta et non permictant quem intrare defferentem gladios.

(*Consilium generale.*) — *Dominico decima octava novembris*, fuit celebratum generale consilium, more solito, voce tube et cride ac ad sonum grossi cymballi. In quo interfuerunt reverendi domini Johannes Ronserii et<sup>4</sup> [Ludovicus] Salterii, canonici Gebenn., deputati parte venerabilis capituli, et subscripti cum multis aliis: Versonnay, Leamon, Fernex junior et Pichon loco Danelli; — Orsieres, Fernex senior, Nergua, Leta, Megex, P. Pote-

<sup>1</sup> Les comptes de la communauté pour 1519, établis par le trésorier Louis de Lestelley, ont été contrôlés et signés par les auditeurs des comptes, le 14 novembre 1520 (*Finances M*, n° 17).

— Ces paiements figurent dans les comptes du trésorier Pierre Gay, 6 février 1520 à 5 mars [février] 1521 (*ibidem*, fol. 29 et v°, mandats n°s 17 et 21).

<sup>2</sup> Cette adjudication se retrouve plus complète ci-après, p. 26; c'est pourquoi nous la supprimons ici.

<sup>3</sup> Voir t. VIII, p. 464.

<sup>4</sup> Prénom en blanc.

relli, Ja. Servelli, Amedeus Reynaudi, Aymo Juliardi, F. Lunes, G. Marchiandi, Jo. Pucthodi, Nycodus Martini, Jo. Malliardi, P. de Malodumo, Lestelley, Jaquetus Bert, Jo. Panissodi, (234) Franciscus Suchardi, Nycodus Carrerii, Glaudius Monachi, G. Ballieti, P. Buclini, Ja. Mullaterii, Hugoninus Pilliodi, Pantellionus Boucer, P. Mistralis, Anthonius Chapuisii, P. Fabri, G. China, Jo. Surdi junior, Roletus patisserius, P. Novelli, P. Guigneti, H. de Insula, G. Pensabini, Jo. du Boys, P. Musserii, Ste. Chinuti, G. Bovet, Nycodus Paccocci, Ste. Tissocci, Michael Dorsini, Nycodus suctor, G. Barmes, Jo. Goermoz, Ste. de Mara, Jo. Philippi, Aymo Balleti, P. Gervasii, G. Perreti, Geor. Marchiandi, Ja. Paviocci, Jo. Goudon, G. Excofferii, G. Pactri, P. Villieti, G. de Planis, G. Troctier, F. Roseti, U[r]banus Laurey, Ste. Fabri, Andreas Nigri, P. de Biolesio, Bec[sanzonus] de Muro, G. Mathei, Jo. Gallatini, Jo. Frochet, Ludovicus de Bolo, Robertus Vandelli, Ja. Gerdilis, Nantermetus Tissocci, An. Nigri dictus Rojoz, Jo. Nicolay.

Fuit gictata venta vini ad xvij grossos et sex denarios.

Admodiatio facta egregio et honorabili Francisco Quartellerii  
de introgio bossetorum.

Anno domini millesimo quingentesimo vigesimo, indicione octava, et die decima mensis novembris, coram me notario et testibus subscriptis personaliter consituti nobiles P. de Versonay, Franciscus de Leamon et Petrus de Fernex junior, consindici civitatis Gebenn., ex una, et honorabilis Franciscus Cartellerii, burgensis et mercator Gebenn. Dicti vero nobiles sindici, et eo nomine, admodia[n]t et titulo admodiacionis tradunt dicto nobili Francisco Quartellerii, ibidem presenti et de introgio vini plus offerenti, dictum introgium vini, cum honore et onere assuetis, — incluso in eodem introgio vino nato excreto, et non excreto et nato, — spacio et per tempus unius anni, die crastina incohendi et simili die finiendi, hodie et in claustro ad extinctum candelle more solito expeditum, sub firma sex centum ff. auri p.p., quolibet floreno valente duodecim solidos monete cursalis, per eum solvendum terminis assuetis, et quos solvere promittit ut supra et cavere infra diem Martis, cum promissionibus et submissionibus opportunis. Actum in claustro ecclesie cathedralis Sancti Petri Gebenn, presentibus ibidem egregiis Guigone Prepositi, Petro de Orseriis, Guilliermo Megex, Henrico Pichon, Petro Joly, Jacobo Servelli et presentibus aliis testibus etc.

S. Biolesii, n.

(235) *Martis xx<sup>ma</sup> novembris.* — Versonnay, Fernex; — Orsieres, Montion, A. Versonay, Megex, Lestelley, Taccon, Curt, Veteris, Prepositi, Nergua, Pichon, Leta, Fonte, Navis.

Quia fuit relatum quod quidam Nycolaus, hospes, ultra cridas emit certas carnes, fuit cum juramento interrogatus. Juravit nullas emisse carnes,

preterquam a macellariis hujus civitatis, et casu quo de contrario constet, pugniatur ad formam cridarum.

De computo Petri Cornaz, occasione hospitalis pestilencialis, et dummodo veniet, fiet illi quod suadet equitas bona.

De domino de Diesbach, rescribatur eidem quod mictentur pro ejus uxore duodecim ulne pagni ciricei.

De illo qui reperitur accusatus per quemdam plexum, pro quo intercedit dominus Cresti ut elimi[n]etur ille accusatus a processu, fiat responsio quod domini sindici et consules non possunt sic facere, sed oportet quod obtineat gratiam apud illu. et reverendissimum dominum episcopum.

De emynys mugneriorum, remittitur in consilio quinquagenario.

De vino, ad Veneris et ad tunc vocetur consilium quinquagenarium.

(*Consilium quinquagenarium.*) — *Veneris xxiiij novembris.* — Versonnay, Leamon, Fernex, Danelli; — Orsieres, Montion, Lestelley, Versonay, Curt, de Ponte, Megex, Prepositi, Fonte, Pichon, Donzelli, Leta, Navis, Nergua, Fornerat, Lunes, Veteris, Frojon; — Ja. Servelli, de Ulmo, P. Grassier, A. Reynaudi, F. Suchardi, Jo. Sept, Humbertus Bernardi, A. Millanesii, G. Pactri, Ny. Gigneti, Ste. Bonevaux, Jo. Migerandi, Roletus suctor, Monetus Mistralis, Glaudius Fabri, Ste. Macheret, Girardus Carra, Peronetus mugnerius, Ny. Gentilis, Andreas Girardi, P. Fabri, P. Poterelli, Jo. Nycodi, Jo. de Pileo Rubeo, G. Pitardi, Jo. Lullini, Jo. du Banc, Jo. Hostellerii, Jo. Regis, F. de Fosses, Jo. Olivier, Johannes Garin.

(*De e. Fonte.*) — E. Anthonius Fonte fecit queremoniam contra Jo. Taccon, et proposuit sicuti erina die, eo exeunte circa diei cripsculum ante ejus domum sitam in carreria Civitatis, nemini verbo vel facto injuriam faciente, venit Jo. Tacconis ex impresia qui, evaginato ense suo sive raperia, temptavit eum ex ipso letaliter vulnerare, associatis duobus; et de facto eum interfecisset, nisi levi passu suam domum intrasset; petit illum capi et detineri, paratum se offerendo cavere. Fuit conclusum quod vadant domini sindici cum eo ad dominum vicarium et consilium [episcopale], apud quos inste[n]t eidem Fonte justiciam ministrari.

(236) (*De debitis.*) — De debitis, fuit conclusum quod, cessantibus aliis debitis, satisfiat dominis Alamanie de peccuniis per civitatem illis debitis. Et reperiat modus recipiendi ab illis qui nichil mutuarunt, quod fiat mutuum civitati(s), et minores mutuo dent quilibet unum scutum, mediocres quilibet duo, et ditiores quilibet tres scutos auri; et fuit commissum et remissum consilio ordinario quod super premissis elaborent.

(*De domino de Diesbach.*) — De domino de Diesbach, detur ejus uxori una vestis, scilicet velluctum unius vestis coloris tanesii.

(*De excessibus.*) — De excessibus, requiratur r. d. vicarius quod Lune proxima velit congregare consilium episcopale, et coram ipso domini sindici, associati consilio ordinario, exponant excessus factos, tam in per-

sonam nobilis syndici Leamon, Fonte et aliorum, et requirantur quod ministrent bonam justiciam, et petantur testimoniales de requisicione.

De vino, loquantur eciam domini syndici et exponant caristiam quam super illo imponunt venditores et potissime hospites.

De revenditoribus et revenditricibus, observentur cride.

*Lune xxvj novembris.* — iij<sup>or</sup> syndici; — Orsieres, H. Fabri, de Ponte, Megex, Veteris, Nergua, Pichon, Navis, Donzelli, Magistri, Frojon.

Vadant domini syndici ad consilium episcopale et instent ministrari justiciam de dictis excessibus.

*Martis xxvij novembris.* — Versonnex, Leamon, Fernex, Danelli; — Orsieres, Montion, Lestelley, A. Versonex, Curt, Bovier, de Ponte, Veteris, Megex, Fernex, Cartellier, Taccon, Nergua, Fonte, Pichon, Navis, Donzelli, Leta, Magistri, Fornerat, Prepositi, Frojon.

De coverterio Neyret et dicto Tetaz, qui asseruntur inquietari per castellanum, videantur cride et ille observentur, et mite illos tractet.

Tradantur hospitallerio sive rectori hospitalis Trinitatis duodecim centum carronorum<sup>1</sup> pro reparacione ejusdem, et illos in contentis solvat.

De pauperibus quibus debentur peccunie, qui sine intermissione veniunt ad ha[n]c Domum, thesaurarius de peccuniis gabelle accipiat ducentum ff., et ex illis subveniatur, et accipiant mutuo ab eo.

De peccuniis mutuo accipiendis, petantur desinerii a quibus sciant, et ipsi desinerii refferant, respective ex suis desineriis, habentes potestatem peccunias mutuo dandi civitati de illis tribus summis<sup>2</sup>.

(*Revisio computorum Lestelley.*) — De revisione computorum Lestelley, reveideatur et adjunguntur cum aliis n. P. de Versonay et n. Ludovicus Montion.

(237) De factura instrumenti introgii salis admodiati Nycodo de Villario, nichil petat idem Porrallis nisi quantum dare voluerit idem de Villario, consilio ordinario et nobili Montion olim secretario refferentibus sic fuisse usitatum.

(*Consilium quinquagenarium, junctis pluribus aliis loco consilii generalis.*) — *Veneris ultima novembris.* — Versonay, Leamon, Fernex, Danelli; — Orsieres, Fernex, Cartellier, Montion, A. Versonex, Curt, Fornerat, H. Fabri, de Ponte, Megex, Leta, Prepositi, Nergua, Pichon, Donzelli, Magistri, Frojon, Bovier, Veteris, Navis; — Jo. Leveti, Jo. Chappellet, Andreas Bertecti, Andreas Chabodi, S. Bonet, G. Bessonnet, Ny. Gentilis, G. Pitardi, Andreas Girardi, P. Villieti, Jo. Boyson, Philippus Regis, Jaco. Servelli, Jo. Migerandi, Do. Salla, Tho. Monachi, Reymondus de Ponte, P. Pote-

<sup>1</sup> *Lisez* : carronorum.

<sup>2</sup> Voir ci-dessus, p. 27.

relli, Anthonius Millaney, Jo. Panissodi, Mermetus de Ulmo, G. Pactry, Jo. Hostellerii, Jo. Gando, Gl. Vincencii, Jo. Vyngerii, Humbertus de Insula, G. Matollet, Jo. Puthodi, P. Amyaudi, Nycodus Vachodi, Ste. Arnaudi, P. Fabri, Jo. Blando, P. Lamberti, Nycolaus Myn, Aymonetus Mistralis, Roletus de Nanto, Ste. Badelli, Jo. Bues, Mermetus Mossuti, Perrinus Tombeti, F. de Fosses, Jo. de Puthéo, Aymo Medici, Gabriel Fuserii, Amedeus Chivilliardi, Matheus Galleii, Nycolaus Alliodi, P. Coppeti, Amedeus Pactesii, Roletus Bonnaz, Jo. Chevelluti, Ste. Curt, G. de Subtus Crestum, Amedeus Gervasii, P. Gerdi, P. Magnini, dictus Farconet, Falco Vachonis, (P. Magnini,) Girardus Carra, Ste. de Villa, P. Guigniet, Ludovicus Curteti, Jo. Lullini, G. Braseti, P. Mathei, P. Servent, Nycodus suctor, commissarius Serex, Jullianus Bergerat, Peronetus Joly, P. Bouloz, Jo. Garini, Jo. catellerius, Glaudius cinturerius, Philibertus Gallet, Dyonisius Dadaz, G. Furjodi, Glaudius Vonet, Jo. Ballon sartor, P. Oliverii, P. Chabelli, P. Navillii, Jo. Balli, Andreas Nigri, Jo. de Pileo Rubeo, Plantallex, Ste. Bonevaux, A. Reynaudi, Nantermetus Tissocti.

(*De domino de Diesbach et de solucione fienda hiis qui mutuarunt et victualia ministrarunt.*) — Quia ibidem fuit expositum per nobilem P. de Versonay, consindicum, sicuti pauperes, qui victualia ministrarunt dum illustrissimus d. dux ibidem fuit cum suis subdictis, querimonias faciunt cothidie lamentosas de consequendo eorum solucionem. Et eciam magnificus dominus de Diesbach rescripsit se velle eximi a fide[jussione] per eum facta, et quod in consilio fuerat conclusum, si bonum videretur, illi dari unam vestem velluteam coloris thanesii. Super quibus fuit resolutum quod daretur illi pro una veste pro ejus uxore velluti tanesii, et fiant apud illum regraciones de serviciis per eum civitati illatis, et requiratur quod velit civitatem recomendatam suscipere. Quoad solucionem peccuniarum debitarum in Alamania, faciant diligenciam per desinerios convocari illos suos desinerios, et fiant apud illos requeste ut mutuent civitati, scilicet quilibet ex majoribus et dictioribus tria scuta, mediocres duo et inferiores unum, et si possint comperiri peccunie ad illis satisfaciendum, illis satisfiat; si minus, solvatur interesse, donec possint haberi peccunie ex gabella. Ceteris vero hujus civitatis qui mutuarunt, eciam qui ministrarunt victualia, satisfiat illis ut decreverit ordinarium consilium, cui datur potestas concludendi ut eis visum fuerit, et illis satisfiat primo pauperibus qui victualia ministrarunt<sup>1</sup>.

(238) (*Solvant ecclesiastici.*) — Item magis exposuit idem nobilis Versonay sicuti illu. dominus noster episcopus destinavit unam licteram, que ibidem lecta fuit, in qua continetur quod prelibatus dominus episcopus non intendit quod ecclesiastici comprehendantur in gabellis<sup>2</sup>. Fuit resolutum quod domini

<sup>1</sup> Voir ci-dessus, p. 27.

<sup>2</sup> Lettre datée de Pignerol le 15 novembre (P. H., n° 886).

sindici vadant ad consilium episcopale et demonstracionem faciant ut rescribatur illi quod, si scandalum evenisset, non minus fuissent exempti ecclesiastici quam ceteri et plus perdidissent quam alii. Et sic fuit conclusum quod solvant et stent lictere donec habita provisione a sede apostolica.

*Martis iii<sup>ia</sup> decembris.* — Versonnay, Leamon, Fernay, Danelli; — Montion, Lestelley, A. Versonex, Fonte, Pichon, Prepositi, Navis, Leta, Magistri.

(*De lapidibus de Crosa.*) — De lapidibus petitis per de Crosa, in numero sex, consistentibus extra portam Sancti Leodegarii et civitati pertinentibus, dentur illi in mutuum in presencia contorolatorum, mediante promissione de illos restituendo infra quindecim dies.

De pauperibus qui victualia ministrarunt, observetur conclusio supradicti consilii.

(*De clavariis piscium.*) — De clavariis piscium, dentur cuilibet ipsorum triginta solidi.

De lictera ex Alamania missa Porrallis, remittitur ad alium consilium.

*Veneris vij decembris.* — Versonnay, Leamon, Danelli; — Cartellier, Lestelley, Versonnex, Curt, Orseries, Fernex, Nergua, Pichon, Frojon, Leta, Magistri, Fonte, Navis.

De collovris que vise fuerunt portari subtus vestem per Malbosson et Arlo et servitorem Malbosson, sumantur informaciones et vadant ad r. d. vicarium, et fiat apud illum querimonia quemadmodum illi visi fuerunt portare collovris subtus vestes, contra formam cridarum<sup>1</sup>, et quod hoc in negocia<sup>2</sup> justici]a provideat.

(*De macellariis.*) — De macellariis, non vendant hinc ad festum Nativitatis Domini mutonem nisi ad septem denarios pro qualibet libra, et de ceteris carnibus bovinalibus, non excedant nec vendant libram nisi tribus fortibus, nisi essent carnes bovinales pingues, que taxentur more solito antequam vendantur.

Quia sunt alii ex dominis Alamanie qui propter aliqua servicia volunt recompensari, rescribatur illis et fiant recommendaciones opportune quod contententur quilibet pro una disploide velluti.

Rescribatur illu. domino episcopo de occurrentibus et vadant domini syndici ad consilium episcopale, et interim eligatur unus ad illac eundum.

(239) *Martis xj decembris.* — Versonnex, Leamon, Fernex, Danelli; — Fernex senior, Cartellier, Lestelley, A. Versonex, Veteris, Lyonardus de Ponte, Nergua, Pichon, Navis, Frojon, Magistri.

<sup>1</sup> Voir t. VIII, p. 394 n. 2.

<sup>2</sup> Lisez : negocio.

De hospitallerio Friburgi, fiat responsio et observetur capitulum.

De Savoex, alloquatur r. d. vicarius quod ministret justiciam<sup>1</sup>.

Fuit electus nobilis Petrus Veteris pro eundo ad illu. et reverendissimum dominum episcopum, et illi dentur instructiones opportune.

De Benedicto de Bona, alter dominorum sindicorum illum gracie allocatur.

*Veneris xiiij decembris.* — iij<sup>or</sup> syndici suprascripti; — Orseries, Fernex senior, Lestelley, de Ponte, Cartellier, Curt, A. Versonex, Nergua, Pichon, Leta, Megex, Navis.

Fuit loquutum de Thoma Monachi; propter anniversarium P. Gay, remittitur ad alium consilium.

*Martis xvij decembris.* — Versonnay, Leamon, Fernex, Nerga loco Danelli; — Orseries, Fernex, Lestelley, Megex, Cartellier, Fonte, Prepositi, Pichon, Navis, A. Versonnay, Curt, Lunes, Leta, de Ponte, Magistri.

Venit Ludovicus Darbey, qui fecerat petitionem ij<sup>c</sup> iij ff. et iij grossorum; nunc juravit sibi deberi sexaginta florenos per communitatem, quos quietat pro xxx<sup>ta</sup> ff.<sup>2</sup>

Amedeus Girardi tradidit rotulum velluti expediti per eum ad mandatum nobilium sindicorum pro portando dominis fidejussoribus scutorum habitorum in Almania pro civitate, quod ascendit ad ducentum xvij ff. ix d. Mandatur thesaurario quod solvat. — (*Levatur.*)

N. P. de Fernex senior peciit sibi solvi, in deducionem eidem debite, quinquaginta scutos solis, cui mandatur solvi per thesaurarium<sup>3</sup>. — (*Levatur.*)

Super differentiis Jacobi Gerdy et Peronete uxoris Petri Braseti, partes se compromiserunt in Anthonium Rosseti et Glaudium Bellexert, et juraverunt adimplere ordinanda per eos, et fuit eidem inhibitum ne actemptet.

(240) N. Petrus Gay proposuit quod habet franchisesiam de omnibus gabellis impositis; exhibuit duo instrumenta privilegiorum, ut informentur domini consilii et ipsum consilium. Fuit conclusum quod ipse Gay exhibeat jura sua, maxime originales licteras concessionis privilegii, in manibus egregiorum Ludovici Montion, Guigonis Prepositi et Anthonii de Fonte. Quibus visis, habebunt refferre in consilio.

De vino Burgondie in feullietis, solvant pro qualibet fullieta juxta solitum et ad instar gabelle, agendo tamen mite cum forensibus.

De pauperibus hospitalium et ipsis hospitalibus, vocentur illorum rectores coram r. domino vicario et fiant illis remonstraciones ad discretionem

<sup>1</sup> Par lettre datée de Thonon le 3 décembre 1520 et reçue à Genève le 11, le duc demande aux syndics de faire restituer à son héraut d'armes, nommé Savoye, « quelques bagues et meubles » pris dans la maison de celui-ci en son absence » (P. H., n° 888).

<sup>2</sup> Sur ce rabais consenti par Darbey, voir le ms. *Bourgeoisie* A, n° 2, fol. 76 v°.

<sup>3</sup> *Ibidem*, fol. 37 v° et 38.

sindicorum, et committitur duobus vigilibus quod, singulis noctibus, ipsa visitent hospitalia et vadant per vias, et pauperes ululantes et gementes faciant reduci ad eorum domos vel hospitalia.

*Veneris xxj decembris.* — Versonnay, Leamon, Fernex, Danelli; — Orsieres, Lunes, Bovier, A. Versonnex, Megex, Curt, de Ponte, Nerguaz, Pichon, Prepositi, Navis, Leta, Fonte.

De peccuniis confratrie Sancti Yvonis, alloquatur prior et queratur ab eo quid retulerunt consiliarii, et inde ibi fiat relatio quante in ea sunt peccunie.

(*Distribuantur peccunie pauperibus qui sepe hic venerunt.*) — De Benedicto de Bona, de Archa et Gando<sup>1</sup>, videantur peccunie que sunt in archa, et secundum numerum distribuantur peccunie, usque ad numerum tercentum vel ducentum ff., pauperibus qui hic venerunt, quibus merito est compaciendum.

Ibidem n. P. de Fernex, consindicus, peccit sibi fieri mandatum saltem de summa quinquaginta scutorum, et illa sibi de illis peccuniis in archa existentibus tradantur. Fuit resolutum quod nullum fiat mandatum donec visis et numeratis peccuniis, et quod satisfiat pauperibus de illis peccuniis ad formam et conclusionem consilii quinquagenarii.

*Lune xxiii decembris* fuit vigilla Nativitatis Domini; nullum fuit tentum consilium.

*Martis xxv decembris* fuit festum Nativitatis Domini; nullum fuit tentum consilium.

*Veneris xxviii decembris.* — Versonay, Fernex, Danelli; — Orsieres, Cartellier, Lestelley, A. Versonex, Curt, de Ponte, Megex, Lunes, Prepositi, Nerguaz, Pichon, Navis, Leta, Frojon; — Hostellerii, Servelli, de Ulmo.

Fuit conclusum quod ipsi gabellarii faciant tilletos et respective illos tradant macellariis de carnibus venditis et vendendis.

(241) *Lune, loco Martis, ultima decembris.* — Versonnay, Leamon, Fernex, Danelli; — Orsieres, Versonnay, Megex, Frojon, Fonte, Pichon.

Exposuit in eodem consilio Glaudius, novus vigil, se non posse et ejus uxorem alimentare ex pignoribus sive salariis sui officii, et ea causa peccit se ab eodem officio eximi, dixitque idem Glaudius reperisse unum magistrum Romam euntem. Unde requisit aliunde sibi dari actestacionem qua appareat non desiisse officium propter aliqua forefacta, sed suadentibus rationibus predictis. Datur ei congenium et serviat donec fu[er]it de alio in suum locum provisum.

<sup>1</sup> Sur les sommes dues ou payées par la Ville à ces trois créanciers, pour les fournitures faites aux gens d'armes du duc de Savoie, voir *Bourgeoisie* A, n° 2, fol. 50 v° et 51, 66 v° et 67, 68 v° et 69.

ANNI MUTATIO DE ANNO MILLESIMO [V<sup>o</sup>] XX<sup>o</sup> IN ANNUM MILLESIMUM V<sup>o</sup> XXI.

*Veneris quarta januarii.* — Versonnay, Leamon, Danelli, Nergua loco Fernex; — Orsieres, Fernex, Cartellier, A. Versonex, Curt, Lunes, H. Fabri, Bovier, Ponte, Megex, Joly, Fonte, Pichon, Leta, Frojon, Prepositi, Navis, Lestelley; — Ja. Servelli.

(*Burgensis.*) — Johannes filius quondam Johannis Cochet, mugnerius, oriundus de Grignier, nunc parrochie Santi Gervasii, admittitur in burgensem mediantibus octo florenis.

(*Juramentum locumtenentis vicedompni.*) — Nobilis Bertrandus Tromberti, dominus Terrallium, locumtenens magnifici domini vicedompni Gebenn., juravit observare franchisesias.

Fuit resolutum quod non adhuc mandetur Thononii ad illustrissimum dominum ducem, sed expectetur usque ad Martis.

De porcho levato dicto Jo. Albi, cujus medietas asseritur pertinere cuidam ex parentibus Lyonardi de Ponte, si juret medietatem illam spectare sibi, illa sibi tradatur, et ei prohibeatur ne apportet exinde, donec alio edito facto; si vero nolit jurare et spectet ipse porchus eidem Jo. Albi, confiscetur, et una pars vigilibus pro eorum pena distribuatur, residuum in pios usus erogetur et distribuatur.

*Dominico sexta januarii*, qua fuit festum Epiphaniæ Domini. — Versonex, Leamon, Fernex, Danelli; — Orseries, Fernex senior, Cartellier, Lestelley, Bovier, Fornerat, P. Taconis, Nergua, H. Fabri, Fonte, Pichon, Leta, Navis, Magistri.

(*De morte Goudiez, videatur. — Conclusio.*) — Fuit expositum scandallum eventum hodie et homicidium perpetratum in personam Johannis (242) Goudier<sup>1</sup>, de Bona, per dominum Marlii et ejus complices. Quo sic exposito scandallo per nobilem P. de Versonex, consindicum, fuit conclusum quod

<sup>1</sup> Bonivard a raconté, à la date erronée de 1520, le meurtre de Jean Goudier, de Bonne, par M. de Marlioz, fils du seigneur de Confignon, à la suite d'une dispute qu'ils avaient eue ensemble lors de l'occupation de Genève par les troupes savoyardes, en avril 1519 (*Chroniques*, t. II, p. 198-200). Le duc a rapporté, de son côté, cet incident dans une lettre datée de Genève le premier février et adressée aux Bernois, imprimée ci-après, p. 39 n. 3. — Dès le 6 janvier, il avait adressé aux syndics de Genève la lettre suivante : « Treschiers, bien amez et feaulx, nous avons esté adverty de l'homicide qui a esté fait à Geneve, dont sumes tresdeplaisant. Sy escripvons à nostre vidompne qu'il en face prendre les informations, à celle fin que puissons fere poursuyvre en justice les coupables du cas là où ilz se sont retirez. Car nous n'avons point deslibéré de laisser ung tel exces impugny. Dont vous avons bien voulu advertyr. Treschiers, bien amez et feaulx, nostre Seigneur vous ait en sa garde. Escript à Thonon le vj<sup>e</sup> jour de janvyer. — Charles. — Vulliet. » (P. H., n° 888.) — Voir aussi les procès de Benoît Toquet et de François Cartelier, dans Galiffe, *Matériaux*, t. II, p. 156 et 243.

mictatur ad illu. dominum ducem in loco Thononii, in quo nunc est, et fiat querela sive exponatur insultum<sup>1</sup> qui ita fuit maliciose et ex impresia factum et homicidium perpetratum. Et fuit electus e. A. de Fonte.

*Martis viij januarii.* — Versonnex, Leamon, Fernex, Danelli; — Orsieres, Lestelley, A. Versonnex, Megex, Curt, Lunes, Cartellier, Fernex, H. Fabri, Bovier, de Ponte, Nergua, Fonte, Pichon, Magistri, Navis, Frojon, Leta, P. Taccon; — Jacobus Servelli.

Reffert Jacobus Servelli quod P. de Casalibus, dictus Rosset, licet teneat cum eo computum, nullas pecunias de gabella carniū sibi tradidit, et sibi dixit quod Glaudius Servandi sibi dixerat quod domini syndici sibi de Casalibus convenerant quod nichil solveret de gabella, dummodo incitaret alios macellarios ad vendendum ad pondus sexdecim unciarum et solvendum gabellam. Fuit conclusum quod eum compellat ad solvendum.

Vocetur post prandium unus bonus numerus gencium in hac Domo civitatis, non tamen suspectarum, et illis exponantur exposita per magnificos dominos ambassiatores Bernenses, qui dixerunt quod de cetero omnes isti susurrones et debitorum promotores cessent exindeque pacifice vivant. Alioquin si illu. d. episcopus eciam illustrissimus dominus dux tales justitia non coherceant et non sint satis fortes, illos, inquirent[es] confederac[iones] quas cum eo habent, fortes facerent; et ita fuit expositum per nobilem syndicum P. de Versonnex; eciam per eum expositus tenor licerarum confederacionum pridem inhitarum cum ipsis dominis Bernensibus et dominis Friburgi per prelibatum illustrissimum ducem, in quibus continetur inter cetera quod dicti domini Friburgenses et Bernenses se astrinxerunt extunc nec exnunc recipere aliquos in eorum burgensiam episcopatum Gebenn., Lausanen. et Sedunen., et eorum propriis expensis servire ipsi illustrissimo domino duci. Eciam cavetur in illis licteris quod nullus ipsorum dominorum Berne et Friburgi teneatur accipere aliquas actiones contra aliquos dictorum trium episcopatum. Que lictere fuerunt lecte in conspectu ipsorum nobilium syndicorum et plurium consillariorum, in domo magnifici domini Alibreti de Petra, que lictere sigillantur sigillis ducali, Bernensi et Friburgensi<sup>2</sup>.

*Burgensis.* — Johannes Cloye<sup>3</sup>, filius quondam Aymonis Cloye, fuit admissus in burgensem mediantibus octo ff., parrochie Sancte Crucis, et inde fuit in vigille[m] receptus et admissus.

(243) (*Mandatum.*) — Fiat mandatum nobili Petro Joly, gabellerio gabelle

<sup>1</sup> *Lisez* : insultus... factus.

<sup>2</sup> Les derniers traités conclus entre le duc et les villes de Berne et de Fribourg sont ceux du 27 mars 1498 et du 19 mars 1509 (E. A., t. III 1, p. 564; t. III 2, p. 1324; — R. C., t. VIII, p. 298 n. 2.) — Sur les négociations qui venaient d'avoir lieu à Thonon pour le rétablissement de la paix entre la Savoie et Fribourg, voir E. A., t. IV 1, p. 1-2, et la note complémentaire à la fin du présent volume.

<sup>3</sup> « Cordanier », *Bourgeoisie A*, n° 6, fol. 64 v°.

vini, quod super ultimo termino sue firme eveniendo in mense may, solvat nobili Petro de Fernex seniori quinquaginta scutos auri cugni regis ad solem, per eum civitati mutuo traditos in secunda vice et qui fuerant sibi solvere promissi illico et de primis peccuniis civitati debitis<sup>1</sup>. — (*Levatur.*)

(*Mandatum.*) — Fiat equidem mandatum Guillierno Curt, magistro alarum, quod solvat nobili Petro de Fernex juniori quinquaginta scutos auri cugni regis ad solem, per ipsum ultimo civitati mutuo traditos et qui pariter fuerant sibi solvi et restitui promissi illico et de primis peccuniis eidem civitati debitis<sup>2</sup>. — (*Levatur.*)

(*Ambassiatores.*) — Fuerunt electi ad eundum Thononium ad illu. d. ducem n. P. de Versonnex, Guilliernus Danelli, Petrus Joly et A. de Fonte.

particularibus hujus civitatis nuper fuisse exequutam quandam citacionem auctoritate illustrissimi domini ducis, tam in loco de Cornavin quam in ponte Areris, contra nonnullos in pede ejusdem citacionis nominatos, occasione homicidii die festi Trium Regum novissime decursa perpetrati in hac civitate in personam Johannis Goudier, que citacio cedit in prejudicium et enervationem jurisdictionis illu. et reverendissimi domini nostri episcopi Gebenn. et libertatum et franchiesiarum. Unde precepit bene hujusmodi negocium consultari et advisamentum fieri de modo tenendo illius occasione apud prelibatum illustrissimum dominum ducem, ad quem, ut dixit, dante Domino, pretendit de proximo suos gressus dirigere. Habita matura deliberacione, fuit conclusum quod dicta citacio non fuit decreta in enervationem jurisdictionis episcopalis et franchiesiarum, et quando aliqui citantur comparituri in Chamberiaco et ducali consilio, soliti sunt illac ire et intellecto negocio, si pro ac[t]ione personali, non prorogatur jurisdictione, nisi in actione reali.

De illo qui in hac civitate commisit homicidium in personam filii Jacobi Regis, et extractus ab Insula et ductus apud Gayum et inde ibidem illi amputatum caput, videantur instructiones fiende et mandande parte domini Sancti Glaudii, et similes mictantur parte civitatis, cum uno eligendo ex hoc consilio<sup>1</sup>.

(258) De sententia lata in dictum Bossuti, que non habuit exequucionem, sed corpus positum in cimisterio, precipiente domino duce, similiter fiat ut proxime<sup>2</sup>.

De thesaurario, Boulet admictitur in thesaurarium ad triennium, dummodo caveat ydonee.

De dicendis missis, celebrentur in quolibet conventu quatuor conventuum Rippe, Sancti Dominici, Sancte Clare et Domine Nostre de Graciis, et faciat quilibet conventus processionem et dentur cuilibet ipsorum duodecim solidi.

*Martis quinta marcii.* — Montyon, Lestelley; — P. Versonnay, Orsieres, Bovier, Fornerat, A. Versonnay, Fernex senior, Leamon, Pichon, Magistri, Navis, Leta, Megex, Fonte, Prepositi, Frojon.

(*Burgensis, gratis.*) — Spectabilis dominus Bernardinus de Vallispergia, condominus Candie, Yporgiensis dyocesis, medicus, parrochie Beate Marie Nove, fuit admissus in burgensem gratis.

(*Thesaurarius.*) — Fuit admissus in thesaurarium hujus communitatis egregius Bernardus Boulet, civis Gebenn., notarius et curie spiritualis Gebenn. juratus, ad tempus trium annorum hodie incohendorum et simili die finiendorum, sub stipendiis, honoribus et oneribus assuetis; et promisit

<sup>1</sup> Sur cette affaire, voyez les détails qui se trouvent dans le procès de Cartelier, dont Galiffe a publié des extraits (*Matériaux*, t. II, p. 250).

<sup>2</sup> Voir ci-dessus, p. 38, n. 1.

in forma eciam cavere et ulterius computum reddere secretario, tocians quociens sindicorum fuerit voluntatis et eorum consilii, et ad id requisitus fuerit, sine contradicione, etc.<sup>1</sup>

De Petro Rosseti, vocetur consilium quinquagenarium.

De doya quam peciit claudi n. Versonay, communicando clavem desinerio, conclusum fuit quod maneat in statu quo nunc est.

(*De Petro Gay.*) — De veteri thesaurario<sup>2</sup>, qui peciit se recompensari de laboribus extraordinariis, reddat computum suum, et reddito, satisfiet sibi ut decreverit consilium ordinarium.

De relicta n. Glaudii Gavit et Anthonia filia quondam Jordani Regis, dentur cuilibet ipsarum, amore Dei, tres quarti frumenti sive eorum valor.

De Guillermo Bessonet, veniat jurare contenta in rotulo fore vera, face ascensa, et satisfiet de petitis, sublatis aliis rotulis nemorum et fustarum combustarum.

(*Deputacio custodis pontis Areris.*) — De peste, deputetur unus in ponte et citra pontem Areris, qui custodiat ne aliqui infecti a loco de Veyrier [accedant], et hinc ad Veneris advideatur super omnibus.

*Veneris octava marcii.* — Montyon, Lestelley; — n. P. Versonnex, Danelli, Orsieres, Curt, Leamon, Prepositi, Nergua, Fonte, Pichon, Leta, Navis, Magistri, Megex, Fernex junior.

De domo de Crosa, pretextu edificii facti in domo et ante domum suam porte Castri, fuit interrogatus si velit promictere stare ordinacioni dominorum sindicorum super relacione quam facient operarii; dicit quod bene consentit quod deputentur operarii ad visitandum edificia, tamen nullam submissionem voluit facere, dicens quod si similia scanna edificata in Riparia tollantur, paratus est tollere sua, saltem illa abbassiare. Fuit dictum quod operarii visitent et refferant; et dentur eisdem ix solidi, et ita precipitur thesaurario ut solvat.

(259) De pauperibus, remictitur ad Martis in consilio ordinario.

De domina Chivalleria, ut supra.

De bancho n. P. de Versonay quod instatur tolli parte domini Brandici, domini sindici vadant et visitent ipsum banchum.

De Bessonet, veniat juraturus quoad concernit rotulum fuste librate; de combusta, nichil intretur.

De macellariis, petantur ad Lune.

De consilio quinquagenario, petatur ad Martis.

De contollatore, satisfiat de stipendiis suis, more solito.

Fiat mandatum Petro Mariglerii de summa v ff. vij grossorum et novem denariorum. — (*Levatur.*)

<sup>1</sup> Les comptes du trésorier Boulet pour les années 1521 à 1524 se trouvent aux Archives (*Finances M*, n° 18).

<sup>2</sup> Pierre Gay avait été nommé trésorier, pour trois ans, le 17 février 1520.

(*Consilium L.*) — *Martis xij marcii.* — Montyon, Lestelley; — P. Versonnay, Danelli, Curt, Megex, Joly, Orsieres, A. Versonnay, Leamon, Pichon, Nergua, Fonte, Leta, Prepositi, Navis, Frojon, Magistri; — Mermetus de Ulmo, Jo. de Poste, Nyco. Gentilis, A. Reynaudi, Jo. Boysson, Jo. de Pileo Rubeo, Ja. Servelli, P. Fabri, Girardinus de Rippa, G. Pactry, P. Berteracti, Jo. Ballard, Jo. de Mara, Jo. Migerandi, Bar. de Crosa, Humbertus Bernard, Ste. Peccollat, Michael de La Doey, Ludovicus Curteti, Jo. Ruffi, G. Pensabini, P. Villiet, A. Girardi, Jo. Lullini, P. Mathei, Jo. Fabri, G. Perrini, Jo. Sept, Petrus Rosset, P. Regis, Anthonius Millaesii, Nantermetus Tissocci, P. Poterelli, Franciscus Testuti, P. Chatel, P. Garde.

(*Conclusio super debitis his qui victualia ministrarunt.*) — Exposuit nobilis Ludovicus Montyonis, consindicus, sicuti multi ex illis qui ministrarunt expensas armigeris, existente illustrissimo domino duce in hac civitate, multas incessanter fecerunt lamentaciones, veniendo ad hanc Domum, tam pro sequenda solucione suorum debitorum quam pro solvenda gabella vini, qui supplicarunt aliquas peccunias, ut possint eorum inopiis succurrere, sibi elargiri in diminutionem horum que sibi debentur, eciam quia compelluntur per gabellerios ad solvendum gabellam vini per eos respective illis debitam. Fuit conclusum quod gabellerii intrent hiis qui sibi debent gabellam vini ea que sibi per eosdem pauperes debentur, recipiendo quictanciam ab eis. Item magis fuit conclusum quod super gabella vini et carniū solventur ante omnia vj<sup>xxii</sup> scuti, qui debentur in Alemania pro interesse duorum millium et quater centum scutorum auri ad solem, qui veniunt solvendi de proxime, et detractis illis sex viginti scutis, satisfiat pauperibus quibus debentur peccunie, discretionem dominorum sindicorum et consilii ordinarii, secundum quod exigentur ipse gabelle, et pro futuro solventur illi vj<sup>xxii</sup> scuti.

De macellariis, solvant ad formam licterarum reverendissimi domini nostri episcopi, et vadant domini sindici ad r. dominum Sancti Glaudii et eum requirant ut coherceat eosdem macellarios ad serviendum ad formam ipsarum licterarum, alioquin priventur ipsi macellarii ad illarum formam.

De negocio nobilis Petri de Versonnay, remictitur et commictitur acceleracio consilio ordinario.

De auditoribus computorum Petri Gay, thesaurarii, fuerunt electi Michael Nergua, Anthonius de Fonte, Girardinus de Rippa et Johannes Migerandi.

(260 r°) (*Caucio.*) — E. Bernardus Boulet promisit servire in forma et computum reddere, cum reliquorum restitutione, et officium thesaurarie legaliter exercere, et cavit per Ludovicum Curteti et Philippum Regis, et quemlibet insolidum, qui promiserunt in forma et renunciarunt juri dicenti principalem prius fore conveniendum quam fidejussorem, epistole divi Adriani, etc. Quos idem Boulet promisit servare indemnes in vallida forma.

— (*Registratur ad plenum.*)

(260 v<sup>o</sup>) *Mercurii xiiij marcii*<sup>1</sup>. — Orsieres, Fernex, A. Versonnex, Lunes, Fornerat, Fonte, Pichon, Megex, Curt.

De filia dicti Fefer, visitetur per hospitallerium de nocte, et si reperiatur percussa peste, defferatur ad hospitale.

De banchis Versonnay, de Crosa et Bolardi, remittitur ad Veneris.  
Ponantur custodes in portis.

(260 r<sup>o</sup>) *Veneris quindecima marcii*. — Montyon, Lestelley; — P. Versonnay, Danelli, Orsieres, Fernex senior, A. Versonnay, Curt, Lunes, Bovier, Nergua, Joly, Leamon, Prepositi, Pichon, Leta, Navis, Megex, Frojon, Fonte, Magistri.

De macellariis, petantur desinerii.

De mandando Chamberiacum, fuit electus n. P. de Versonnay qui associabit r. d. Sancti Glaudii.

De peste, ponantur custodes in ponte Areris, et alibi ubi fu[er]it opus.

De Manget, vigille, dentur sibi octo solidi pro quolibet die novem dierum quibus vacavit eundo Chamberiacum et redeundo, et fiat sibi mandatum. — (*Levatur.*)

Dentur boellerio qui extraxit terram extra portam Baudet tres solidi, et ita mandatur thesaurario.

(260 v<sup>o</sup>) *Eadem die Veneris, hora septima post meridiem*. — Montyon, Lestelley; — Fernex senior, Curt, Lunes, Fernes junior, Navis, Danelli, Leamon, Nergua, Fonte, Leta, Megex, Frojon, Pichon.

Frater Humbertus Alberti, religiosus conventus Gebenn., exposuit quod quidam religiosus, compositor orguanarum, fecit cum religiosis dicti conventus [pactionem] de componendo eorum orguanas certo precio inter eos appreciato, de quo fuit ei satisfactum; et tamen, non perfectis illis, vult locum absentare. Supplicavit illum detineri et eciam ejus bona arrestari. Fuit conclusum quod, si religiosi prestant cautionem ydoneam de dampnis, injuria et interesse et expensis partis, ille religiosus detineatur.

(261) *Martis xix marcii*. — Montyon, Lestelley; — P. Versonnay, Danelli, Bovier, Curt, Pichon, Fernex, A. Versonnay, Joly, Orsieres, Leamon, Prepositi, Fonte, Navis, Megex, Magistri, Corna, Nerguaz.

(*G. Lec.*) — De Georgio Lec, insequendo alias conclusiones, nichil solvatur nec ei nec aliis, sed servetur conclusio consilii.

De Petro Vulliodi, actenta relacione informacionis per Fonte facta, expellatur ab officio, et inde procedatur contra eum via justicie.

De hospitali pestilenciali, prior provideat eidem hospitali, et fiat mandatum ij<sup>c</sup> ff. super firma salis.

<sup>1</sup> La séance du 13 mars est placée dans le registre après celle du 15.

De lusoribus hystorie, detur illis unus burgensis usque ad summam vij ff., ita quod non ludant sine licencia dominorum sindicorum.

De macellariis, petantur ad cras desinerii, et quilibet ipsorum cras mane adducat sex de sua desineria magis apparentes.

De relictis Johannis Coste et Petro Poyen, vadant ad thesaurarium et concordent cum eo.

De paupere serralliono guydono pestilenciali remoto, qui debet de sua borgesia duos ff.; contemplacione dicti Corna qui retulit ipsum serviisse opportune, dantur illi duo ff.

*Mercurii xx marcii*. — (*Consilium in quo fuerunt petiti desinerii.*) — Montyon, Lestelley; — P. Versonnay, Fernex senior, Bovier, Fabri, Fornerat, Orsieres, Curt, Lunes, Leamon, Donzelli, Magistri, Pichon, Megex, Leta, Fonte, Navis, Nerguaz; — Mi. Plantallex, Nantermetus Tissocti, A. Comitibus, An. Chabodi, G. Pactry, P. Materii, P. Mathei, Angelinus de Privanis, Jo. de Puthéo, Jo. Mistralis, Jo. Migerandi, Roletus de Nanto, Jo. Levet, Jo. Blandini, A. Millanesii, P. Rosseti, P. de Becio, Ja. Servelli, Ny. Gentilis, Jo. Panissodi, Jo. Catellier, Franciscus Suchardi, Aymo Bonnaz, P. Brasier, Jo. furbissorius, G. Molliez, P. Davaux, Jo. Marchiandi, P. Rigot, Roletus de Retro, Michael de La Doey, P. Vindret, P. Gallouz, Bernardus Beguini, A. Reynaudi, Jo. Chapeau Roge, Ste. Falqueti, Ste. Arnaudi, G. Furjodi, P. Navilliez, Ja. de Cresto, P. Thome, G. Somaretaz, Ny. Mouxy, Nycolaus Myouz, G. Vincencii, Abagarus de Saxo, Ludovicus du Marterey, Ste. Pecollat, An. Berterat, Jo. Boysson, Jo. Vudon, Jo. Reymondi, G. Nepotis, A. Pillisson, P. Jacobi, Jo. de Poste, Glaudius Vulliermoz, G. Carerii, Bar. Bramereili, Jo. Meygnierii, P. Rages, Ja. de Gerdili, P. Chatel, G. Vovrey, P. Oliverii, G. Carra, Peronetus Joly, Andreas Girardi, P. Dymerii, Aymonetus Champelli, P. Jaquier, Jo. Lullini, P. Poterelli, P. Gardet, Robertus Fore, Jo. Garini, G. Bochuti, Philibertus Gallesii, Ste. Curti, Jo. Mercerii, Ny. Alliodi, P. Guignieti, Jo. Perrothon, Philibertus Matellon, Ja. Brognie, P. Rachey, G. de Comba, P. Magnini aurifaber, (262) Petrus Gardet, Glaudius de Ponte, P. Borsacti, dictus Bellexert.

Exposuit nobilis Ludovicus Montyonis, consindicus hujus civitatis, sicuti ibidem, et in consilio ordinario et extra consilium, fuerunt more solito petiti macellarii hujus civitatis trium macellorum, et illis dictum ut servirent ad formam licterarum decretarum per illu. et reverendissimum dominum nostrum episcopum et principem Gebenn.<sup>1</sup>, ad sexdecim uncias et precium appositum, ut jam fecerunt a mense maii novissime decurso huc usque. Quiquidem macellarii responderunt quod exinde non servirent ad pondus sexdecim unciarum, et quod illud pondus est sibi multum prejudiciabile,

<sup>1</sup> Lettres patentes du 30 mars 1520, P. H., n<sup>o</sup> 921. Voir ci-dessus, t. VIII, p. 447 n. 2 et 459-462.

quoniam acthenus, dum esset pondus decemocto unciarum, omnes villagiorum circumvicinorum civitatis, eciam et nobiles, veniebant ad hanc civitatem et ab eis emebant carnes, qui depost, propter diminutionem ponderum, cessaverunt ad hanc venire civitatem et carnes ab eis emere, sic quod plures carnes putrefacte sunt sibi; unde petebant ipsi macellarii ipsum pondus xvj unciarum aboliri et pondera xvij unciarum in suum pristinum statum reduci et tallias imponi. Item magis exposuit ipse nobilis Ludovicus quod sunt nonnulli dicentes quod breviori et utiliori comodo civitatis erit facere tallias quam substinere gabellas. Aliqui vero in oppositum dicunt quod impositio tallie non potest nec debet fieri, quoniam sunt plures nobiles habentes domos in hac civitate qui recusabunt solvere tallias, dicentes quod non fuerunt causa talium dissencionum et onerum supportandorum. Eciam domini doctores et ecclesiastici recusabunt solvere tallias et illis contribuere.

Pariter fuit per ipsum nobilem sindicum expositum quod sunt plures, ex potencioribus hujus civitatis, qui in copioso numero mutuo tradiderant quantitates auri et argenti, qui similiter recusabunt contribuere tall[i]e. Aliunde, licet civitas sit satis populata, tamen major pars degencium in ea et suburbiis ejusdem sunt egeni et pauperes, non habentes unde vivere, et sic non poterunt tallie contribuere, neque levas solvere, quandoquidem restat et stat maxima summa ascendens ad viginti mille florenos, salvo pluri. Sunt eciam aliqui dicentes quod gabella vini et carniuum noviter apposita erit sufficiens ad extinguendum talia onera infra quinque annos. Sunt pariter aliqui dicentes quod dicte lictere non possunt revocari, nisi de consensu principis, eciam non potest imponi tallia sine illius consensu; et lictere a casu constarent ducentum scutos. Rem ob quam fuit consilium retro scriptum congregatum, quos requisit quod super omnibus superius propositis mature deliberarent, ut concludatur hoc in negotio ad utilitatem rei publice. Quibus sic gestis, more solito fuit seriatim oppinatum et advisatum quod gabelle cedunt in minori dampno et sunt magis comode quam apponere tallias, et quod macellarii non sunt deputati ad serviendum extraneis nisi civitati; et sic fuit conclusum quod gabelle vini et carniuum remaneant ut stabilite fuerunt, et serviant macellarii. Alioquin expellantur et de novis provideatur, ad formam licterarum decretarum.

*Veneris xxij marcii.* — Montyon, Cartellier, Lestelley; — P. Versonnay, Danelli, Orseries, Fernex senior, A. Versonnex, Curt, Lunes, Bovier, Joly, H. Fabri, Leamon, Nergua, Pichon, Navis, Megex, Magistri, Leta, Fernex junior, Prepositi.

(*Electio.*) — Super differencia existente inter dominum de Brandy et n. P. de Fernex<sup>1</sup>, occasione banchi per ipsum Versonnay noviter edificati,

<sup>1</sup> *Lisez*: n. P. de Versonnay.

eligit et adjungit pro se idem Versonay Jo. Tissocti et Nycolaum Martellet, lathomos.

(263) Remictitur negocium Buctier et vigillum ad Martis post Pascha.

Exposuit n. Ludovicus Montionis sicut heri, in consilio episcopali, r. d. Sancti Glaudii dixit eidem nobili Ludovico ut crastina die faceret evocari designerios, et sex magis apparentes peterentur in qualibet disena et ducerentur ad domum episcopalem; super qua proposita, fuit conclusum quod vigilles dicerent cuilibet desinerio quod crastina die, hora meridiei, in domo episcopali audituros quid eis exponeretur pro parte ipsius r. domini Sancti Glaudii peterent, et ibidem interessent nobiles sindici unacum consilio ordinario et quinquagenario, quod ita factum fuit.

*Sabacti xxij marcii.* — Montyon, Lestelley; — P. Versonnay, Leamon, Fernex, Danelli, Nergua, Pichon, H. Fabri, Jo. Donzelli, Bovier, Fornerat, Fernex senior, Lunes, Curt, A. Versonay.

Venit ille qui posuerat bladum suum in domo Luquini de Pane; fuit illi dictum quod ex quo bladum suum licet esset nullius aut pauci valoris, satisfiet sibi ad taxam aliorum meliorum bladum tunc levatorum pro acie illustrissimi domini ducis, et videbitur super libro; idem peciit sibi terminum ad respondendum super premissis.

*Martis xxvj marcii.* — Danel, Orseries, Lunes, Versonney, Leta, Fonte, Leamon, Fernex, Prepositi, Pichon, Navis, Megex, Magistri, Frojon.

De rotulo Georgii Lec, conclusum quod nichil solvatur.

De monicione generali, currat et fiant ulteriores, et audiantur revellantes.

De macellariis, serviant ut decrevit d. Sancti Glaudii modo novissime assueto usque ad ejus adventum<sup>1</sup>.

Proposuit Petrus de Casalibus, dictus Rosset, quod esset bonum pro unione civitatis ut reperiretur aliquis modus quo tollatur gabella carniuum et reducatur pondus ad xvij uncias; eciam emanavit quedam generalis monicio, pretextu dicte gabelle, qua nonnulli possent animas suas oneratas dimictere; unde rogavit ut talis monicio revocetur. Super qua nichil fuit conclusum.

<sup>1</sup> Pierre de La Baume, abbé de Saint-Claude, partit de Genève pour Chambéry le 26 mars 1521, d'après le compte de ses dépenses tenu par le trésorier épiscopal Pierre Gay du 26 mars 1521 au 22 avril 1522 (P. H., n° 925). Nous relevons aussi dans ce compte les articles suivants, relatifs au séjour de Pierre de La Baume à Genève : « Item plus livré, le dernier de mars 1521, à la relaysie de Claude Levet, potier, pour le loage de la veselle et ung plact perdu et ung fondu, pour le terme de deux moex, comme il se comste pour la quitance recue pour Berterat, ff. v s. v. ». — « Item plus livré à maystre Jaques Mychié, gouvernour dex mulles, pour la garde de ungne petite mulle que mond. rev. seigneur luys avoit fait ballié pour sont maystre d'otel pour aprendre à passé, et led. maystre la garda vj semenne et luys livré deux escu soleil, comme se comste pour la quitance, ff. vij s. ij. ». — Voir aussi (*Finances P*, n° 3) deux reçus et cinq mandats signés par P. de La Baume, pour les dépenses de son hôtel, les 25 et 26 mars 1521; il résulte d'un de ces mandats que le coadjuteur était à Genève dès le 23 janvier.

(*Mandatum.*) — Georgius, vigil, peccit sibi solvi, tam pro suis jornatis quam loquerio sui equi trium dierum, quando ivit Thononium cum nobilibus P. de Versonay et Guillermo Danelli. Fiat mandatum.

(*Vigil.*) — Admictitur in vigillum Nycodus Berodi, de Luysino.

(264) *Jovis sancta, loco Veneris, xxviiij marci.* — Orsieres, Cornaz, Fernex senior, Bovier, Leamon, Nerga, Pichon, Frojon.

De exactoribus gabelle carniun, satisfiat eis ad ratam temporis.

De Corna, detur illi admodiatio salis.

De Servelli, fiat ei mandatum xxx solidorum de visitacione piscium.

De officiariis hospitalis, pro presente non detur barbitonsori ancilla nec servitor.

De debitoribus carniun, scilicet P. Pryn et relicta Jo. Coste, fiat illis consensus per mensem, dummodo dent pignus aut se obligent de solvendo per eos ad causam gabelle respective debita.

De certis bobus quos dominus Magdalenes se jactavit mactari facere, vacent vigilles et sciant qui tales boves occident et scoriabunt; et illi qui illos vendent solvant gabellam et ad solvendum compellantur.

(*Mandatum.*) — Fiat mandatum nobili Petro Corna, thesaurario, quod ille solvat ducentos ff. — (*Levatum.*)

*Martis 2<sup>a</sup> aprilis.* — Montyon, Cartellier, Lestelley; — Danelli, Orseries, Fonte, Megex, Magistri, de Ponte, Nergua, Pichon, Navis, Frojon.

(*De macellariis.*) — Astiterunt in consilio: P. Rosseti, Glaudius de Ponte, dictus Galloz, P. Gardet, dictus Veyron, Germanus Vuy, Petrus Borsacti, Jullianus Rycoz, P. Jacobi, P. Prini, dictus Gerdy, Jacobus Comitit et Jacobus Bergerat. Pro quibus exposuit dictus P. Rosseti quod, ad causam diminucionis ponderis, nulli extranei veniunt ad hanc civitatem ad capiendum carnes et emendum, sicuti antea faciebant ante dictam ponderis diminucionem; unde dixit quod esset bonum respicere et calculare quantum valuit gabella, et detur bonus ordo, quantum dabunt de ea pro uno anno, et erunt contenti vendere ad pondus xviiij unciarum, et, dando sibi bonum terminum ad satisfaciendum, erunt contenti ipsam admovere gabellam et anichillari pondus xvj unciarum. Super quo fuit conclusum quod non derogetur licteris gabelle, sed solvant, ut proxime fecerunt, usque ad adventum d. Sancti Glaudii, et interim (265) fient cride, dummodo r. d. vicarius velit illas signare, quod nulli extranei exinde apportent in hac civitate carnes mortuas<sup>1</sup>.

Remictuntur macellarii ad horam primam post meridiem.

<sup>1</sup> P. H., n° 922, p. 6: « L'on vous faist ascavoir à toutes manieres de gens, de la part etc., que nul, de quelque qualité et condicion qu'il soyent, ne soyent hosés ne sy hardy d'apporter en ceste cité ny les limictes et franchises d'ycelle aulcunes cheres mortes pour vendre, et ce sus la poyne, ung chescun et une chescune foys faisant du contraire, de soysante sol et de perdre la cher, sans grace avoir. — Vidi: P. Grueti, vicarius. — Crid[ate] decima aprilis millesimo v° xxj°.»

*Veneris v aprilis.* — Montyon, Cartellier, Lestelley; — Danel, Orseries, Fernex senior, A. Versonnay, Lunes, Joly, H. Fabri, Leamon, Fernex junior, Pichon, Magistri, Frojon, Nergua, Navis.

De(n)tur Petro Dimierii, custodi pontis Areris, ne intrent infecti epidemie civitatem, unus florenus.

Dentur porter[io] porte Sancti Leodegarii duo floreni.

Fiat mandatum Johanni Vallet et Guillermo Nepotis, custodibus piscium, de quinque florenis. — (*Levatum.*)

De domino Jo. Franqueti, qui peccit sallarium visitacionis piscium sui fratris Andree, de anno Domini millesimo quingentesimo xx<sup>mo</sup>, videatur registrum Porraris<sup>1</sup>, et si reperiatur deputatus, fiat mandatum.

Hector Rages proposuit quod pridem per tunc nobiles syndicos et consilium fuit data una pertica sive planta quercus archeriis, ad elevandum citacum in Plano Palacio, quam cepit carpentator ville et illam implicuit pro civitate, quare requisit aliam dari, qui Guyocti sic retulit; fuit conclusum, [quod] detur una alia.

(*Electio.*) — Super differentiis vigillum et Leodegarii<sup>2</sup> Buctier, idem Buctier eligit pro se n. P. de Fernex seniore et P. Joly, et vigilles omnes litis consortes elegerunt n. Franciscum de Leamon et P. de Fernex juniorem; et juraverunt partes in forma rata habere que pronunciabunt.

De detento, vadant nobiles syndici et consilium post prandium et ipsum repetant, et inde faciant justiciam.

De cabareto, detur cuidam mullieri dicte Thybauda<sup>3</sup>, pro duobus ff. annualibus.

*Sabacti vj aprilis.* — Montyon, Cartellier, Lestelley; — P. Versonay, Danel, Orseries, Fernex senior, A. Versonnay, Joly, H. Fabri, Leamon, Pichon, Navis, Frojon, Nergua, Magistri.

Venit prefatus n. P. de Versonex ab ambassata sua Chamberiaci facta illustrissimo domino duci, et ibidem exhibuit unam licteram missivam per illu. dominum ducem mandatam et aliam per r. dominum Sancti Glaudii<sup>4</sup>.

(266) *Martis nona aprilis.* — Montyon, Cartellier, Lestelley, Aqueneaz; — P. Versonnay, Danelli, Fernex senior, A. Versonnay, Curt, Orseries, de

<sup>1</sup> T. VIII, p. 300.

<sup>2</sup> *Lisez*: Ludovici. Voir p. 6.

<sup>3</sup> Uxori Benedicti Blanchodi. Voir p. 61.

<sup>4</sup> Cette ambassade avait été décidée le 15 mars (ci-dessus, p. 54). — La lettre du duc n'est pas conservée. Celle de Pierre de La Baume est ainsi conçue: « Mess<sup>rs</sup> les scindiques, je me recommande à vous de bien bon coeur. J'ay parler à monseigneur tant des privileges de mons<sup>r</sup> de Geneve que des franchises de la ville et n'en ay point heu de responce resolutive. Et pource que je ne puis actendre icy, ains m'en fault party aujourduy, j'ay laisser Versonay et Hacquenee, qu'ilz sollicitent envers mond. seigneur et croys qu'ilz ne vous empourteront que toute bonne responce. Atant, Mess<sup>rs</sup> les scindiques, je prie à nostre Seigneur vous donner voz desirs. Escript à Chambéry ce 3<sup>e</sup> jour d'avril. — Le tout vostre Pierre de La Baume, coadjuteur de Genève. » (Arch. de Genève, P. H., n° 930.)

Ponte, Joly, H. Fabri, Leamon, Fernex junior, Nergua, Pichon, Navis, Frojon, Fonte, Magistri, Leta.

Fiat mandatum e. Fonte pro salario sue procure anni preteriti. — (*Levatur.*)

(*Mandatum.*) — Fiat mandatum Bertheto archerio, regi archeriorum hujus anni, de tresdecim ff. — (*Levatur.*)

De domo dicti Bauges, temptur<sup>1</sup> de precio illius.

(*Jolyti.*) — De Jolyti et suis sociis, det hinc ad Sabacti xxxvj ff.; et si det fidejussorem hinc ad Sabacti de residuo, prolongetur terminus solutionis usque ad festum Sancti Johannis Baptiste.

De detento Perria, rescribatur officiariis Nyviduni et de Orba, et mandetur unus vigil, et rogentur dari processus et indicia. Fuit mandatus Manget.

(*De lictera Berne.*) — De lictera mandanda in Berna, sciatur si idem d. de Melunes reciperit vellutum, et inde rescribatur ipsi filio et ejus matri quod mandabuntur peccunie et re<sup>ta</sup> domino de Mellunes.

De acceto, solvant gabellam si venditur plus de uno barrali.

(*Mandatum.*) — Fiat mandatum nobili Hugonino Fabri de peccuniis sibi debitis occasione bladi illius de Yverdone, usque ad summam in quicquid contentam. — (*Levatur.*)

xij aprilis.

(*Admodiatio platee Mollaris.*) — Fuit admodiata platea Mollaris ad extinctam candelam, more solito, pro presenti anno, precio quindecim florenorum, quos solvere promisit<sup>2</sup> nunc medietatem et aliam in fine anni.

(*Admodiatio platee Longemale.*) — Fuit expedita Johanni Ruffi platea Longemale, precio trium ff.

Actum in claustro, presentibus n. P. Joly, Humberto Trenche[n]t et Fonte, ac pluribus aliis.

*Veneris xij aprilis.* — Montyon, Cartellier, Lestelley, Aquineaz; — Danelli, A. Versonnay, Lunes, Fornerat, Orseres, Joly, Leamon, Prepositi, Fonte, Pichon, Navis, Magistri, Frojon.

De dominis de cappitulo petentibus sibi satisfieri, respondeatur pro eis cui voluerunt quinquaginta ff., vel solvantur et fiat mandatum<sup>3</sup>.

(267) De Dolens, videantur processus et informaciones, et constito eum esse criminis, capiatur.

De nobilis P. de Versonnay negocio, ad Martis.

De domino Coudree, dicatur domino Coudree quod ministret jura et

<sup>1</sup> Lisez: tentetur.

<sup>2</sup> L'adjudicataire, dont Biolley a omis le nom, était « Petrus Joly, apothecarius ». (*Finances M*, n° 18, fol. 54 v°.)

<sup>3</sup> *Finances M*, n° 18, année 1521, fol. 26 bis v°, mandat n° 12.

eligat duos pro se arbitros, et similis qualitatis eligent duos parte civitatis nobiles syndici, qui videant jura.

De hiis qui tenent pratum civitatis et volunt quod intrentur ea que debent pro illius salario super sibi debitis per civitatem occasione victualium, fuit conclusum quod solvant salariaria per eos debita et quod non intratur super debitis que petant, et sic solvant hospitali pestilenciali.

De domo de Bauges, supersedeatur emptio illius, donec videatur quo precio appreciabitur.

De Velluti et dicto Polliens, qui verberaverunt illam filiam commorantem in Corraterra, petantur sumi informaciones per vicedompnum et requiratur quod ministret justiciam.

(*Admodiatio cabareti existentis subtus alam.*) — Fuit admodiatus cabaretus existens subtus alam civitatis Theobalde, uxori Benedicti Blanchodi, parrochie Magdalenes, spacio unius anni hodie incohandi et simili die finiendi, precio duorum florenorum, quos solvere promisit, incontinenti medietatem et aliam medietatem in fine anni.

*Martis xv [xvj] aprilis.* — Montyon, Cartellier, Aquineaz; — P. Versonay, Danelli, A. Versonnay, Lunes, Joly, Fernex, Curt, de Ponte, H. Fabri, Leamon, Prepositi, Fonte, Pichon, Magistri, Frojon, Orseres, Leta.

De blado domini preceptoris, respondeatur alicui precium sibi debitum, alicui ejus nomine, et graciosia<sup>1</sup> requiratur de id faciendo, cum non sint in civitate peccunie.

De differentiis domini Coudree, requiratur r. dominus officialis ut sit arbiter pro civitate.

De negotio nobilis P. de Versonay, eligat duos quos voluerit, et [consilium] civitatis postmodum eliget duos [similis] qualitatis per eum eligendorum.

De custode pontis Areris, conveniatur graciose cum eo de salario, donec retineatur de mense in mensem.

De Bessonnet, juret super sacro canone, face incensa, super debitis.

De detento Perral<sup>2</sup>, vadant domini syndici cum consulibus ad Insulam post prandium, et repetatur et inde ministretur justicia.

(268) *Veneris xviii [xix] aprilis, in conventu Minorum.* — Montion, Cartellier, Orseres pro Aquineaz; — P. de Versonay, Danelli, Fernex senior, Leamon, Fonte, Pichon, A. Versonex, Joly, Navis, Magistri, Frojon, Leta.

De domino Coudree, Fonte et Prepositi vacent in negotio et allocantur r. d. officialem.

<sup>1</sup> Lisez: graciose.

<sup>2</sup> Procès de Pierre Perriard, d'Orbe, se disant « chirurgicus exercens artem chirurgie, est que evellans testicularum », et condamné à trois ans de bannissement pour querelles et violences, en avril 1521 (*Procès criminels*, n° 206). Voir ci-dessus, p. 60.

Orsieres [roget] nobilem P. Cornaz, hospitallerius<sup>1</sup>, ut serviat.

Fiant cride ne infecti veniant ad civitatem stranei, et claudantur porte Tartasse et Sancti Christofori durantibus flabris epidemie.

De garda pontis Areris, tradantur sibi quatuor floreni pro singulo mense et serviat eo precio.

Custodiantur porte Rippe et Sancti Anthonii, videlicet illa Rippe prope grangiam Jo. Ludovici Ramelli, et illa Sancti Anthonii prope domum dicte Goctrousa.

(*De acceto.*) — Quia n. P. Joly dixit quod sunt nonnulli apportantes acetum in hac civitate in magna multitudine in barralibus, a quibus petit gabellam, qui tamen recusant solvere, fuit resolutum [quod] si apportent in doleis acceptum, solvant gabellam, et si non apportent nisi in barralibus, non solva[n]t gabellam.

*Martis xxvij aprilis.* — Montyon, Cartellier, Lestelley, Orseries loco Aquineaz; — P. Versonay, G. Danelli, A. Versonay, de Ponte, de Fonte, Pichon, Leta, Curt, Fornerat, Fernex junior, Fernex senior, Prepositi, Navis, Nergua, Magistri, Frojon, Rosseti.

Fiat mandatum illi qui composuit sex selioctos, de summa decem florenorum. — (*Levatum.*)

De hospitali pestilenciali, faciat diligenciam thesaurarius de exigendo a debitoribus, et dentur Corna centum ff.

De Buctier, veniat Veneris, face incensa, et petat veniam illu. domino episcopo de offensa sibi facta in personam vigillum, et eciam nobilibus sindicis.

De macellariis, solvant, et videatur pena in libro.

De paupere Boudyn, dentur illi sex solidi.

(269) (*De stuphis Bertellier.*) — De stuphis Bertellier, cancelletur porta parva a parte parve carriere Pallacii et allocatur r. d. vicarius pro hoc faciendo, actenta querimonia per religiosos Palacii facta; et magistri stupharum expellant a stuphis filias, et calefaciant stuphas, alio non apparente.

De porta Tartassie, apperiatur.

*Veneris xxvj aprilis.* — Montyon, Cartellier, Lestelley, Orseries substitutus Aquineaz; — Fernex senior, Lunes, Nergua, Fernex junior, P. Versonnay, Leamon, Prepositi, Fornerat, Pichon, Navis, Leta, Joly, Frojon, A. Versonnay, Rosseti, Fonte, Magistri, P. Gay.

De dominis de capitullo, quantum concernit licteras appostolicas pretextu gabelle, vadant domini sindici, associati sex vel octo consillariis, ad ipsos dominos de cappitulo et illo[s] exortentur ne litigent contra commune.

<sup>1</sup> Lisez: hospitallerium.

De Philiberto Veteris, allocatur r. dominus vicarius et fiant illi remonstraciones quod lictere sunt contra franchisesiam obtente.

De macellariis, compellantur ad observandum promissa.

De domo emenda, remictatur ad Martis.

De visitoribus carnum, serviant per totum mensem maii.

De Dolens<sup>1</sup>, fiat justitia.

(*Burgensis.*) — Jacobus filius quondam Petri Mermeti, de Chenex, excofferius, nunc parrochie Beate Marie Nove, fuit admissus in burgensem mediantibus octo ff.

(*Recepit Magistri.*)

*Sabacti xxvij aprilis.* — Montyon, Lestelley; — Fernex junior, Danelli, Lunes, Fonte, Leta, Navis, Frojon, Magistri.

De Dolens, fuit conclusum, visis processu et aliis, fore liberandum a carceribus, et alias ut in ordinacione lata etc., mediante submissione de se representando tociens quociens, et de non invadendo sive aggrediendo quempiam in hac civitate nec alibi, sub pena delicti confessati.

(270) *Martis ultima aprilis.* — Montyon, Cartellier, Lestelley, Orseries substitutus Aquineaz; — P. Versonex, A. Versonay, Joly, Prepositi, de Ponte, Nergua, Danel, Fernex senior, Rosseti, Leamon, Fernex junior, Fonte, Pichon, Magistri, Leta, Navis.

Venit Ludovicus de Nanto, dictus Buctier, et, genibus flexis et capite discoperto, peccit veniam illu. domino nostro et nobilibus sindicis de injuria ipsis illata in personam vigillum, quibus equidem veniam postulavit. Actenta requisicione, fuit sibi indultum et remissa injuria, hoc medio quod det quatuor vigilibus offensis iij<sup>or</sup> testonos, et quia sibi debentur in hac Domo, mandatur thesaurario quod illos expediat vigilibus, de quibus faciat quictanciam idem de Nanto, et idem de Nanto solvat scripturas, et illum tractet graciose Fonte.

De Caddo, domini sindici vadant ad dominum judicem excessuum, apud quem emictant preces quod observentur ipsi Caddo franchisesie et fiat justitia.

De citacione appostolica, interponatur appellacio coram auctentica persona, et inde vadant domini sindici ad capitulum cras et illi enarrent quod, si non supersedeant, opus erit cras tenere generale consilium et omnia populo communicare<sup>2</sup>.

(*Electio.*) — De nobili P. de Versonnay et differencia quam pretendit habere contra communitatem pretextu molendinorum, eliguntur pro parte civitatis r. d. officialis, et deffectu illius, dominus Petrus Fabri et commissarius Nycolaus Fabri.

<sup>1</sup> Henri Dolens était impliqué dans la procédure ouverte contre Perriard (ci-dessus, p. 61 n. 2).

<sup>2</sup> Sur cet épisode du conflit entre la ville et les ecclésiastiques qui refusaient de payer la gabelle du vin, voir Bonivard, *Chroniques*, t. II, p. 206.

|| Admodiatio gabelle vini venalis.

Anno Domini millesimo quingentesimo xxj, indicione nona cum eodem anno sumpta, et die ultima mensis aprilis, in mis notarii etc. personaliter constituti nobiles Ludovicus Montyonis, Franciscus Cartellerii et Ludovicus de Lestelley, consindici Gebenn., et nobilis Petrus de Orseres, substitutus nobilis Guilliermi Aquinea, ex una, et commendabilis Anthonius Millanesii, ex alia parte; prefati vero nobiles syndici sindicarioque nominibus communitatis hujus civitatis, qui scientes etc., sindicario nomine premissis, pro se et suis in eodem officio successoribus, admodiant et accensant et titulo admodiacionis tradunt prefato Anthonio Millanesii, apothecario, presenti et stipulanti pro se et suis, gabellam vini vendendi, tam in hac civitate quam suburbiis ejusdem, cum tamen honore et onere assuetis, sibi per extinctum candele, tanquam plus offerenti, expedita. Et hoc spacio et per tempus unius anni integri, hodie inchoandi et simili die finiendi, anno prius revoluto; et hoc precio et nomine precii duorum millium quatercentum et sexaginta florenorum auri p.p., quolibet floreno valente duodecim solidos monete cursalis, solvendorum per eundem Anthonium Millanesii, vel suos, in manibus receptoris et (271) thesaurarii communitatis hujus civitatis, more denariorum fiscalium, de mense in mensem, omni exceptione cessante. Promictentes dicte partes juramentis suis etc., videlicet dictus Millanesii dictam summam modo premissis solvere et ydonee cavere hinc ad octo dies proximos, et prefati nobiles syndici dictam gabellam sindicario nomine premissis eidem Anthonio manumtenere etc. Submictentes se etc. Renunciantes etc. Actum in claustro ecclesie cathedralis Sancti Petri Gebenn., presentibus ibidem nobilibus et honorabilibus Francisco de Leamon, Guilliermo Danelli, Guigone Prepositi, Johanne de Mara, Petro Magistri, Anthonio de Fonte, Amedeo Medici, presentibusque aliis ad premissa testibus adstantibus etc.

Idem S. Biolesii n. ||

*Veneris tercia maii.* — Montion, Cartellier, Lestelley, Orseries substitutus; — Fernex junior, Leamon, P. Versonay, Fernex senior, A. Versonnay, Lunes, Bovier, Fornerat, Nergua, Fonte, Pichon, Leta, Navis, Magistri, Danel, Rosseti.

Quia fuit bina vice exequuta citacio apostolica, ejusdem substencie et tenoris, et prima vice exequuta contra nobiles syndicos nominatim et cognominatim, et alia hodie in valvis ecclesie cathedralis per dominum Samoem, qui dixit quod faciet apponere exequucioni, fuit conclusum quod nunc vadant nobiles syndici ad dominos de capitulo in vesperis, et illis dicant quod eligant duos et civitas eliget duos, qui ibunt hostiatim, qui describant nomina et cognomina civium et burgensium ac habitatorum, et describent quantum quilibet contribuere voluerit ut auferantur gabelle; et interim

mandetur Lausane et mictatur procurator ad comparandum citra consensum indebitum. Et si conten[ten]tur eligere, requirantur quod supersedeant per unum mensem, et premissa neominus notificentur illustrissimo domino duci, et eliguntur ambassatores n. P. de Versonay, Michael Nergua et Lyonardus de Ponte.

S. Biolesii n.

(273) *Consilium L<sup>um</sup>, junctis aliis apparentibus.* — Sabacti quarta maii<sup>1</sup>. — Montyon, Cartellier, Lestelley, Orsieres pro Aquineaz; — P. Versonnay, Fernex, Bovier, Fornerat, Leamon, Fernex junior, Danel, Nergua, Fonte, Pichon, Navis, Leta, Megex, Magistri; — Ludovicus Plonjon, Tho. Monachi, F. Testuti, Ny. Gigneti, Ja. Servelli, Mermetus de Ulmo, Jo. Sept, (Jo. Bovier,) Benedictus de Bona, F. de Fossex, Monetus cinturerius, Ste. Peccolat, Jo. Bernardi, Robertus Fore, Jo. Frochet, Roletus de Nanto sutor, Jo. Garini, Christinus Tombeti, G. Quiblet, P. Fabri, F. de Lunes, Lyonardus de Ponte, Girardinus de Rippa, Nycolaus Gentilis, Anthonius Comititis, Jo. Testuti, Jo. Migerandi, Philippus Regis, Michael de La Doey, Jo. Cerguat, Guilliermus Pensabini, Mermetus Tissocti, Ste. Bonevaux, Jo. Goddet, P. Mathei, G. Bochet, G. Savoex, Jo. Rupphi, Johannetus Cardinaux, Matheus Carrerii, G. Bessonet, P. de Casalibus, Jo. Gardet, Ny. Cortagier, Georgius Dentant, Lambertus Cusini, Jo. de Croso, Ludovicus de Bolo, Ludovicus de Sales, Reymondus de Cusinens, Ludovicus Prola, G. Mollerii, Jo. Marchiandi, Jo. Mercerii, Monetus Mistralis, Amedeus Magnini, Jo. Reymondi, Bartholomeus Bramereilli, P. Joly, dictus Pellouz hospes, Ny. de Villario, G. Pitardi, Ny. Fabri, Michael Morelli, Humbertus Bernardi, Anthonius Ferrati, Ludovicus de Comba, Jo. Fabri, Ludovicus Chabodi, Stephanus Crudi, Guilliermus Vouterii, Luquinus de Pane, Ja. de Cresto, Ste. Valletaz, G. Lamberti, P. Reclani, Franciscus<sup>2</sup>, Jo. de Pileo Rubeo, Jo. Boysson, Jo. Pilliodi, Percivalus Mercerii, Falco Vachon, Michael Chappallaz, Jo. Panissodi, Jo. Nycodi, A. Tornerii, Andreas Nigri, Ja. Viougier, Ludovicus Curteti, Jo. de Fontana, Jo. Girbelli, Jo. Bosseneti, H. Neyret, Andreas Roget, Jo. Fuserii, Jo. de Bellicio, dictus Fuguet, P. Tacconis, G. Perrini, Ja. Bergerat, A. Reynaudi, dictus Matollet, Jo. Ballon saltor.

Exposuit nobilis Ludovicus Montion, consindicus, sicuti ipse et ceteri nobiles syndici, interveniente precepto consilii ordinarii, se transtulerunt ad venerabile capitulum Gebenn., et ex quo ipsi capitulum et clerus querunt quod aboliatur gabella vini, et dicunt quod si deputentur aliqui probi et apparentes qui vadant hostiatim, de facili reperientur peccunie pro solvendis (274) debitis tam [in] Alemania quam in hac civitate, et si ita fiat, eru[n]t

<sup>1</sup> Les séances des 4 et 5 mai sont placées dans le registre après celles du 7 et du 10 mai.

<sup>2</sup> Nom en blanc.

contenti ipsi capitulum et clerus facere unum donum graciousum, ut ipsa gabella vini et carniū aboliatur. Super quibus idem Montyonis rogavit adstantes ut omnes hic adstantes velint mature hoc in negotio advertanciam habere, et si sit possibile lites evicte[n]tur. Fuit super premissis conclusum quod, pro satisfaciendo voto ipsius capituli et cleri, quod eligantur in hac Domo parte civitate<sup>1</sup> duo, dummodo capitulum et clerus velint eorum parte alios duos eligere, qui similiter et invicem vadant hostiatim, tam ad ecclesiasticos quam ad alios non ecclesiasticos, ad petendum quantum volunt dare pro abolicione ipsarum gabellarum vini aut carniū. Et si noluerint eligere, dent potestatem consilio ordinario eorum parte duos eligendi ad premissa peragendum; et premissa notificent domini sindici ipsi venerabili cappitulo; eciam quod suspendatur citacio, et casu quo recusaverint, prosequatur causa contra ipsos, et vadant ad illu. dominum nostrum duce[m], qui sibi reservavit sedacionem contentorum in pronuncia-cione per eum facta, n. P. de Versonay et Dyonisius Dadaz, et convocetur ad cras generale consilium, cui refferatur que fuerint responsa per ipsum capitulum. Et si a casu fuerint contenti eligere, ipsi capitulum et clerus velint eligere; quod eligendi, tam eorum parte quam civitatis, jurent non revellare quicquam de agendis per eos, donec facto discursu per totam civitatem, suburbia et franchisesias.

*Dominico quinta maii*, fuit celebratum in claustro ecclesie cathedralis Sancti Petri Gebenn. generale consilium, ad sonum magni cimbali, precedente voce tube. — Montyon, Lestelley, Cartellier, Orseres substitutus Aquineaz; — Girardinus de Rippa, P. Magnini, Jo. Comitiss, Bernardus Probi, Ste. Tissocci, Andreas Charavelli, G. Gubei, G. Vuillelmi, G. Boulet, Colinus Chautemps, Humbertus Cagniodi, Franciscus de Ponte, Christoforus Piperis, Jo. Charles, Robertus Fore, Philibertus Fontane, Jacobus Maniglerii, Andreas Nygri, Ste. Joly, Ludovicus Darbey, Ste. Falqueti, P. Mathei, Jo. de Poste, Tho. Monachi, Aymo Julliardi, P. Navis, Ja. Servelli, P. Fabri, G. Chena, Jo. Tissocci, Ste. de Villa, Nycolaus Gignetii, Jo. Nycodi, Jo. Ballon, Jo. Sept, Jo. Marchiandi, Glaudius Coctet, Ste. Charvet, Aymo Tacconis, P. Paqueti, Mermetus de Cappella, G. de Strata, Jo. Benedicti, Hugoninus Quey, Tho. Ferracti, Jo. Furjodi, Jo. Rillieti, P. Grassier, Johannes Regis, Jo. de Pi[leo] Rubeo, P. de Fernex, Ny. Fabri, P. de Cresto, H<sup>ius</sup> Rolini, Nycodus Mauricii, P. Augier, Jo. de Prato, G. de Prato, G. Jacandi, Jo. Fabri, Guilliermus Nepotis, P. Balli, G. Pictardi, Nycolinus de Cresto, Ja. Curt, Anthonius Comitiss, P. Vindret, Ja. Symonis, Henricus de Insula, Jo. Leveti, Ste. Valletaz, P. de Fernex, P. de Versonay, G. Danelli, de Fonte, A. Versonnay, Jo. Bovier, (275) F. de Lunes, Dy. Dadaz, F. Testuti, Jo. Boysson, P. Joly, P. Magistri, F. Fornerat, Ludovicus Plonjon, P. Gardet,

<sup>1</sup> Lisez: civitatis.

H. Somaretaz, Benedictus Bona, Jo. Migerandi, G. Fiendaz, Jo. Panissodi, Ja. de Gerdili, Jo. Ruffi, P. Thorens, Jo. de Planchia, Ja. Messerii, G. Salterii, Jo. de Muro, (Gyrardinus de Rippa,) Bernardus Boulet, (P. Paquet,) Jo. de Palude, (P. de Fernex,) Ste. Buctier, Jo. Reynaudi, Jo. Bocardi, Jo. de Putheo, Aymo Pitardi, Nycolaus de Nanto, P. Morelli, P. de Salis, Jo. Spatule, Jo. Levet, Matheus Canalis, G. Perrini, Humbertus Martini, (P. de Fernex,) Lambertus Excofferii, P. Durandi, Jo. Russins, Ja. Bergerat, Perri-nus Villieti, Nycodus Mistralis, P. Guignieti, Paulus Balli, Jo. Girbelli, Jo. Fabri, G. Chenevalis, Falco Vachonis, Jo. Mantillion, Gaspardus de Verrucis, P. de Becio, Ja. Barberii, Michael Pigneti, Jo. Barberii, P. Rosseti, Jo. Nycolay, Philibertus Pillosii, Jo. Bertheracti, (Jo. Panissodi,) Monetus Mistralis, Jo. Corajodi, Nycodus Ruffi, Glaudius Somareti, (P. Vindret,) (Anthonius Comitiss,) (Jo. Girbelli,) Glaudius de Ponte, P. Borsacti, Franciscus Biot, G. Patrisii, Jo. Puthodi, Jaco. Bocardi, Franciscus Hugonini, Jo. de Nanto, Jo. Chenevalis, Jordanus Ruffi, P. Farodi, Nantermetus Tissocci, Andreas Pillosii, Jo. Vuarrerii, Germanus Vuy, Felicius de Furno, Richardus Velluti, Ste. Chynuti, G. Furjodi, Nycodus de Buffeto, Ja. Alardi, Jo. Vudon, Andreas Girardi, G. Mercerii, Amedeus Tornerii, Jo. Pillisson, Ste. Jolyti, Jo. Buctini, Jo. Gallatini, P. Palliardi, P. Tacconis, G. de Planis, Jo. Richelli, G. Fabri, Gabriel Fuserii, Humbertus Bernardi, Andreas Girbelli, Matheus Luciani, Michael de Pane, Reymondus de Ponte, Ja. Bordonis, Andreas Michallon, P. Cergat, Jo. Surdi, Ludovicus Curteti, Lyonardus de Ponte, Bernardus Standi, Ny. Partuti, Jo. Testuti, Jo. de Costa, Jo. Malliardi junior, Michael Sept, Matheus Regis, Ludovicus Chavanelli, Nycodus Jacobi, Humbertus Pilliodi, Jo. Joly, Aymo Panchaudi, Trophimus Girbelli, Nycodus Cortagerii, Anthonius de Cabana, Michael Plantallex, Jo. Meynens, G. de Bosco, G. Jandodi, Ludovicus de Martereto, P. Angellin, Jo. Noblet, Jo. Gentillis, Ste. Bachodi, Ja. Fabri, P. Brassardi, Andreas Regis, Matheus Carrerii, Jo. Garin, A. Chivilliardi, Ja. Comitiss, Jo. Vuy, P. Saubra, Amedeus de Pileo Rubeo, Ste. Arnaudi, Georgius Let, Ja. Malic, Peronetus Joly, G. Lamberti.

Exposuit nobilis Ludovicus Montyonis, consindicus, sicuti venerabile cappitulum ecclesie Gebenn., juncto sibi clero hujus civitatis, a sede apposto-lica obtinuerunt unum rescriptum contra syndicos et communitatem hujus civitatis, asserentes se et dictum clerum exemptos ab impositione gabellarum, introgiorum et diminucionis ponderis, et causam obtinuerunt commicti domino officiali Lausane, a quo obtinuerunt citacionem, cujus vigore fecerunt ipsos syndicos personaliter citari coram dicto asserto judice apposto-lico, coram quo pendet dieta, ad Veneris<sup>1</sup> que erit in crastinum Ascen-cionis Domini; et tandem eandem citacionem fecerunt exequi contra com-munitatem in valvis dicte ecclesie, cujus dieta pendet ad dictam diem

<sup>1</sup> 10 mai.

venerunt<sup>1</sup>; a cujus citacionis decreto et nullitate fuit appellatum coram auctentica persona, unde opus est constituere procuratorem in dicta curia, tam ad declinandum forum quam generaliter ad comparandum, metu censurarum, aut ipsos exemptos tenere a premissa gabella introgii vini.

Fuit conclusum quod fiat procurator, et omnes unanimiter constituerunt procuratorem ad comparandum tam citra indebitum consensum quam alias, ratificando gesta per n. syndicos et Fonte, et semper prosequatur causa contra ipsos; et contulerunt potestatem consilio ordinario, junctis duobus pro qualibet disena, providendi et ordinandi super hujusmodi negocio et concludendi, et quod omnia exinde per ipsum ordinarium consilium gerenda et concludenda, junctis duobus pro qualibet desineria, habeat locum ac si fierent et conclusa forent in consilio generali, et semper manuteneatur possessio exigendi tam a capitullo quam alias gabellam introgii vini et bossetarum. Et notificetur hujusmodi citacio illu. domino duci et illu. et reverendissimo domino nostro episcopo ac domino Sancti Glaudii.

(276) *Eadem die Dominico, vesperorum.* — Montion, Cartellier, Lestelley et Orseries locumtenens; — P. Versonnay, Danelli, de Ponte, Joly, Bovier, Leamon, Nergua, Lunes, Magistri.

Fuit conclusum quod dicti Versonex, Nerga et de Ponte vadant ad illustrissimum dominum ducem, cui omnia demonstrent<sup>2</sup>.

(271 v<sup>o</sup>) *Martis vij maii.* — Montion, Cartellier, Orseries; — Fernex senior, Fernex junior, Prepositi, Fonte, Frojon, Leamon, Pichon, Navis, Leta, Magistri.

Caucio prestita per Anthonium Millanesii.

(*Caucio.*) — Cum nobiles syndici, sindicario nomine etc., admodiaverunt honorabili Anthonio Millanesii, tunc presenti et tanquam plus offerenti, gabellam vini vendendi in hac civitate et franc[h]esiis ejusdem, ad tempus unius anni, precio duorum millium iiii<sup>c</sup> et lx ff., promiseritque cavere (272) et dictam firmam solvere, ut constat instrumento admodiacionis per

<sup>1</sup> Lisez: Veneris.

<sup>2</sup> Les instructions données à ces députés sont conservées en original, signé par Biolley et scellé, aux Archives de Genève, P. H. Supplément, n<sup>o</sup> 73 : Les députés prieront le duc de rétablir la paix dans la cité, en décidant de quelle manière les emprunts contractés en 1519 devront être remboursés. Ils lui rappelleront la concession faite par l'évêque, pour le paiement de ces dettes, de droits de gabelle dont Messieurs du chapitre étaient seuls exemptés. Cependant, en dernier lieu, le clergé s'est joint au chapitre pour obtenir un rescrit apostolique, en affirmant que les ecclésiastiques ne devaient pas être imposés pour les affaires de la ville; ils ont fait citer les syndics devant l'official de Lausanne, « juge à ce desputé et à eulx favorable, de quoy terriblement et non sans cause est troublé tout le common et populard ». Les députés prieront le duc d'exhorter le chapitre à retirer la citation « et bien vivre avec la cité, commant ont heu de bonne coustume par le passé ».

me notarium subscriptum recepto, hinc est quod ad preces et requisicionem dicti Millanesii se dant et constituunt fidejussores, quilibet ipsorum principaliter et insolidum, Nycodus Cortagerii, Andreas Girardi, sellerius, parrochie Magdalenes, et Gladius Bovet, qui promiserunt in forma premissa per eundem Millanesii adimplere omnibus juribus cum renunciacionibus, presertim juri dicenti principalem prius fore conveniendum quam fidejussorem, epistole divi Adriani etc. Actum in aula Domus civitatis, presentibus quibus supra.

Ibidem Nycodus Cortagerii et Andreas Gerardi promictunt eundem Gladium Bovet, sub obligacione omnium bonorum suorum, indempnem servare, cum renunciacionibus opportunis.

De sindico Lestelley et de Foresta, aportent ad aliud consilium computa et tunc facilius de mercede eorum judicabitur. Vadat Johannes Abraham Lausanam incontinenti [portando] duplum procuratoriorum dominorum de capitulo et cleri, et detur procuratori dimidius scutus auri.

(*Laudimium.*) — Fuit factum laudimium Petro Pouterii, coverterio, super instrumento vendicionis sibi facte per Hugoninum Milliet de quadam pecia prati empta, constante instrumento per Ludovicum Mistralis, mediantribus xxxij ff. et duobus solidis.

*Veneris decima maii.* — Montion, Cartellier, Lestelley; — P. Versonay, Fernex senior, Lunes, H. Fabri, Joly, de Ponte, Prepositi, Navis, Rosseti, Leamon, Fernex junior, Nergua, Fonte, Pichon, Leta, Megex, Frojon, Magistri.

Venerunt n. P. de Versonay, Michael Nergua et Lyonardus de Ponte, ambassiatores missi ad illu. dominum ducem, qui eorum onus dixerunt et inter cetera suspendatur dieta et jornata dominorum de capitulo et cleri ad vj instantis jugnii.

Venit quidam ambaciator imperialis et apportavit missivam parte serenissimi imperatoris<sup>1</sup>.

Venit magister stupharum Bertellier, cui fuit preceptum quod cancellet illico portam stupharum a parte parve carriere qua itur ad conventum Palacii.

De uxore de Archa, satisfacto de interesse Alamanie, solvatur de archa.

De de Ulmo, qui peiit sibi dari locum opportunum pro facienda una cabana pro ejus filia, relicta Davaux qui peste decessit; conclusio quod advideat locum sibi propicium, citra tamen prejudicium communitatis, et faciat fieri cabanam.

<sup>1</sup> Lettre de l'empereur Charles V, datée de Worms, 15 avril 1521 [veille de l'arrivée de Luther dans cette ville où siégeait la diète], et adressée : « Honorabilibus nostris et sacri Imperii fidelibus nobis dilectis sindicis et communitati civitatis Gebennensis », par laquelle il communique les mesures de rigueur qu'il a prises contre les Valaisans et invite les Genevois à s'y associer. — Original sur papier avec signature autographe et sceau (P. H., n<sup>o</sup> 926). — L'empereur agissait à l'instigation du cardinal Schinner. Voir E. A., t. IV 1, p. 43c et 45.

Vadant domini syndici ad dominos de cappitulo, et queratur ab eis si velint supersedere in causa contra communitatem usque ad vj instantis [jugnii], ut decrevit illustrissimus d. dux.

Fiat crida quod nemo vendat vinum insciis novis gabelleriis et donec vino gabellato.

De lictera serenissimi imperatoris, vadant domini syndici ad dominum vicarium et petant ab eo quod faciat congregare consilium episcopale, metu censurarum.

N. Ludovicus Montionis, Ludovicus de Lestelley et Petrus de Orseriis, consyndici, retulerunt et exposuerunt quod fuerunt ad dominum vicarium et eum requisierunt quod convocare faceret consilium episcopale, pro resolutione fienda super licteris a prefato serenissimo imperatore emanatis, et quod idem r. dominus vicarius dixit quod unam similem receperat licteram, et portitor ab eo peciit testimoniales, et actestacionem sibi nullam daret, quia non erat opus.

(273<sup>ro</sup>) *Eadem die, hora quarta post meridiem.* — Montion, Lestelley, Orsieres; — P. Versonex, Fernex senior, Fonte, Navis, Nergua, Pichon, Magistri, Fernex junior.

De licteris imperialibus, conclusum fuit quod nulla detur actestatio de presentacione, cum non sit consuetudo dare actestacionem, et dentur illi pro ejus vino tres testoni.

(276) *Martis xiiii maii.* — Montion, Cartellier, Lestelley, Orsieres; — Fernex senior, Joly, Leta, Leamon, Magistri, Rosseti, Prepositi, Nergua, Pichon, Fonte, Frojon, Megex.

De ministro ordinis Sancti Francisci, vada[n]t ad eum domini syndici et fiant illi recommendaciones opportune et illi dentur due amphore malvatici.

De relicta Rosseti, solvat gabellam et queratur conclusio facta.

De differentiis capituli et civitatis, dicant domini syndici domino vicario quod dicat ipsis d. de cappitulo quod deputent eorum parte quatuor, et civitas equidem faciet et temptetur si possint reperiri peccunie et amovere gabellam.

De processione, illa fiat cras generalis.

De servientibus qui fuerunt in domo n. P. de Fernex et colloquiis injuriosis, petantur sumi informaciones et inde instetur ministrari justiciam.

*Eadem die Martis xiiii maii, vesperorum.* — Montion, Orsieres, Lestelley; — Versonnex, Leamon, Fernex senior, Fernex junior, Fornerat, Dadaz, Prepositi, Nergua, Pichon, Frojon.

Recepta lictera ab illustrissimo domino duce quod ex quo est completum matrimonium fiant foci publici. Petantur sodales trium regum et detur

illis ad bibendum, et ponatur una mensa propre Dominam pontis Rodani, super qua apponatur panis et vinum<sup>1</sup>.

*Veneris xvij maii.* — Montion, Cartellier, Lestelley, Orsieres; — Fernex senior, Lunes, Fonte, Leta, Fernex junior, Leamon, Nergua, Pichon, Megex, Magistri, Prepositi, Rosseti.

(277) Proposuit commendabilis Hurricus Embler sicuti Stephanus Joly et Johannes Buctini sibi responderunt nomine civitatis triginta sex scutos auri cugni regis, et illos sibi promiserunt solvere certo termino jam diu est elapso, quod tamen non fecerunt, ymo adhuc sibi debent decem octo, a quibus non potest consequi justiciam, unde peciit illos compelli mandari ad solvendum. Cui dictum fuit quod adhuc petat sibi satisfieri, et domini syndici instabant u[t] consequatur solucio, et si recusent satisfacere, incarcerationentur.

De artillieria, mundetur.

De custodibus deputatis ne veniant infecti ad civitatem, omnes exinde expellantur, demto illo pontis Areris, qui maneat donec expellatur.

Fuit factum laudimium nobili Francisco de Laconay pro precio xvj ff. iij gr.

<sup>1</sup> Le duc de Savoie Charles III annonce aux Genevois son mariage avec Béatrice de Portugal, en ces termes : « Le duc de Savoye. Treschers, bien amez et feaulx, pource qu'avons heu nouvelles de noz ambassadeurs de Portugal touchant nostre mariage qui est conclud et arresté, à ceste cause vous en avons bien voulu advertir comme de chose dont sumes assurez estes grandement desireulx. Treschers, bien amez et feaulx, nostre Seigneur vous ait en sa garde. Escript Annessy, le xiiii<sup>e</sup> jour de may. — Charles. — Vulliet; » et sur un petit papier collé à la lettre : « Vous nous ferés plaisir de fere le feu de joye et aultres demonstracions de rejouissance en tel cas neccessaires, comme vous dira messire Loys du Crest present porteur. » (P. H., n<sup>o</sup> 888.) — Les Genevois mirent de l'empressement à contenter le duc, ainsi qu'il résulte de la crie suivante : « L'on voz fait à scavoier à toutes manieres de gens que chescung soit tenu de serré les buctiques à trois heures || appres mydy ||, sus la poyenne de trois solz pour ung chescung faisant du contraire, pour faire joye et feste à cause des bonnes nouvelles du mariage de nostre tresredoubté seigneur mons<sup>r</sup> le duc. Item que tous les compagnions archiers, arbellestiers et collovrenyers se doigent trouver le myeulx empoient qu'il leur sera possible, avec leurs ensegnies et leurs roys, en l'esglise de Pallais à six heures. » (P. H. Suppl., n<sup>o</sup> 75.) — Voir Bonivard, *Chroniques*, t. II, p. 207.

Le 18 mai, le duc écrivait d'Annecy aux syndics : « Par ce porteur nous avons esté adverty du rejouissement qu'avés fait et de la sorte comme vous y estes acquitté, ce que desja avyons entendu par nostre secretaire Monaton et par d'autres, de quoy vous scavons tresbon gré. Et perseverant en ceste bonne volenté et devotion, vivant au surplus en bonne paix et obeissance, vous nous donnerés occasion de continuer au bon vouloir qu'avons à vous et de vous avoir tousjours pour recommandez en voz affectz. Sy n'y vueillés faillir... » (P. H., n<sup>o</sup> 888.) — A la même date du 13 mai, le duc annonce la conclusion de son mariage aux avoyer et conseil de Berne en ajoutant ceci : « Ensuyvant les bons advys et persuasions que vous, avecques les ambaisseurs de mess<sup>rs</sup> des Lignes, noz alliez, nous donnastes dernièrement que fusmes par devers vous, de voulloir prandre party en mariage, ce qu'avons bien voulu ensuyvre, esperant, s'il plait à Dieu nous donner lignee, ce sera pour de mieulx en mieulx entretenir, augmenter et perpetuer l'amytié et alliance qui est entre vous et ceste maison... ». Il invite messieurs des Lignes à se faire représenter par une ambassade aux noces qui se célébreront à Nice (Arch. de Berne, U. P. 57, n<sup>o</sup> 173). — Voir E. A., t. IVr, p. 43b et 45.

*Martis xxj maii.* — Montion, Lestelley, Orsieres; — Danel, Fernex senior, de Ponte, Lunes, Joly, Bovier, Prepositi, Rosseti, Leamon, Fonte, Pichon, Navis, Leta, Megex, Magistri, Frojon.

Venit commendabilis Guiliermus Danelli ab ejus ambassiata, quam fecit apud r. dominum Sancti Glaudii apud Turrin du Mex, et facta sua credencia et monstrata lictera credentie fecit recommendaciones quas dictus dominus Sancti Glaudii eum facere oneravit erga nobiles syndicos et communitatem, et quod idem dominus Sancti Glaudii egre ferebat malisciam quam domini de capitulo faciunt syndicis et communitati, quum in suo recessu capitulum sibi promiserat quod, pretextu gabellarum et introgiourum, nichil novi facerent usque ad ejus adventum; et quod prefatus dominus Sancti Glaudii oneraverat ipsum ut diceret nobilibus syndicis et consilio quod infra paucos dies mandaret unum nuncium, qui portaret omnia colloquia ejus parte que diceret et vellet civitas et consilium, et quod toto cordis affectu civitati serviet<sup>1</sup>.

(*Mandatum.*) — De rotulo Glaudii Bessonnet de summa vij ff. decem gr. et sex denariorum, fiat mandatum. — (*Levatur.*)

Fondata fuit confratria Sancti Sebastiani de anno Domini millesimo iiiij<sup>c</sup> xxx<sup>mo</sup>.

Requirantur apud dominum vicarium processiones pro diebus Jovis et Veneris, et ulterius requiratur fieri processionem in qualibet parrochia, durantibus novem diebus continuis.

De de Foresta, satisfiat sibi ad ordinationem auditorum computorum, scilicet dentur illi duo ff. — (*Levatur.*)

De dominis de cappitulo, expectetur qualem facere voluerint responcionem nec ab eis petatur.

De regibus, observentur lictere<sup>2</sup>.

(278) *Mercurii xxij maii.* — Cartellier, Lestelley, Orseries; — Danel, Lunes, H. Fabri, Joly, de Ponte, Fornerat, Pichon, Rosseti, Nergua, Bovier, Frojon, Fernex senior, Leamon, Magistri, Megex.

Quia fuit quidam qui solitus est apportare acetum ad hanc civitatem et vendere in barrali et ad potum, fuit conclusum quod non compellatur ad solvendum gabellam, nisi venderet illud in doleo.

Venit egregius Bernardus Boleti, qui fuerat mandatus apud illustrissimum dominum duces ad obviandum ne n. Aymo Consilii remictatur in officio vicedompnatus, et apportavit licteram missivam credencie quam enarravit,

<sup>1</sup> Voir une lettre du coadjuteur Pierre de La Baume aux syndics, datée de la Tour du [May] le 26 mai [1521], par laquelle, à la suite d'une visite du chanoine Salterii venu pour exposer le point de vue du chapitre, il leur mande: «Touteffoys si suis je tousjours d'avis que l'on doige treuver quelque expediant pour appoincter cest affere, ainsi que j'escriptz ausd. s<sup>rs</sup> du chappitre.» (P. H., n° 930.) Deux lettres de P. de La Baume aux chanoines datées des 17 et 26 mai sont relatives à cette affaire (P. H., n° 931). — Voir L. Sordet, *Mémoire sur les lettres de Pierre de La Baume, dernier évêque de Genève*, dans M. D. G., t. II, 1<sup>re</sup> partie, p. 1-20.

<sup>2</sup> Voir t. VII, p. 28, 58 et *passim*.

qui dixit quod prefatus illu. dominus dux ipsum oneravit dicere dominis sindicis et consilio quod non providerat in eodem officio de eodem Aymone Consilii, nec erat sue intencionis ipsum in illo remictere officio.

De mandando et scribendo illu. domino episcopo, remictitur ad Veneris.

*Veneris xxiiij maii.* — Montyon, Cartellier, Lestelley, Orsieres; — P. Versonnex, Fernex senior, Lunes, de Ponte, Megex, Danel, Joly, Leta, Leamon, Nergua, Fernex junior, Pichon, Magistri, Frojon, Prepositi, Rosseti.

Fuit prohibitum Johanni de Tullia et Germano Velluti ne habeant verberare sub pena juris dictam la grand Jana Chauvetaz, nec alias meretrices.

Fiat mandatum nobili P. de Versonay super rotulo suo.

Fiat mandatum e. Boulet quod solvat Alemano dicto Aginus, hospiti Turris Perse, responsorio nomine spectabilis domini preceptoris Gebennesii, iiiij<sup>xx</sup> iij ff. iiij gr., in quibus communitas sibi tenetur causa vendicionis bladi.

De Oddeto Paqueti et platea Mollaris confesso tenuisse, solvat<sup>1</sup>.

*Eadem die.* — Montion, Cartellier, Lestelley, Orsieres; — P. Versonnay, Danel, H. Fabri, Bovier, Navis, Leamon, Fernex junior, Prepositi, Nergua, Pichon, Leta, Magistri.

Retulit no. Ludovicus Montion quod domini de capitulo, parte capituli et cleri, elegerunt dominum officialem, dominum Magdalenes, de Vegio et d. Gaugiatoris.

(279) Quia Franciscus, hospes Crucis Albe, querimoniam fecit de vigilibus Manget, Petro Mariglerii et certis aliis, qui unum nepotem suum, euntem ad vinum pro ejus magistro, timore perterruerunt sic quod coegerunt illum pro illis solvere in hospicio Cupe sex solidos, sumantur informaciones si ita sit; quod si ita sit, pugnantur.

De dictis de Tullia et Velluti, qui, in conspectu consilii et sindicorum, themere dixerunt quod [si] non fieret eis justicia de illa magna Jana, ipsi illam facerent.

De confratria Eucaristie Christi, exigantur a quolibet confratre sex quarti.

De lictera domini<sup>2</sup> et electione iterum ad eum mandandorum, eliguntur de novo n. P. de Versonay, Nergaz et de Ponte<sup>3</sup>.

De tribus regibus qui interfuerunt in focis gaudii, dentur illis quindecim floreni inter se dividendi.

<sup>1</sup> Voir t. VIII, p. 325.

<sup>2</sup> Il s'agit du duc de Savoie qui, par une lettre adressée à la Ville et datée d'Annecy le 22 mai, engageait celle-ci à conclure un arrangement avec le chapitre, tout en rappelant qu'à défaut d'entente les parties devraient se rencontrer devant lui le 31 mai (P. H., n° 833).

<sup>3</sup> Voir ci-dessus, p. 68 n. 2 et 69.

(*Consilium in quo fuerunt vocati duo de qualibet desineria.*) — *Lune xxvij maii.* — Montyon, Cartellier, Lestelley, Orsieres; — Monathon, Leamon, Fernex junior, Prepositi, Nergua, Pichon, Megex, Frojon, de Ulmo, Lunes, H. Fabri, Lyonardus de Ponte, Jo. de Poste, Jo. Panissodi, P. Fabri, P. Grassier, A. Reynaudi, Andreas Chabodi, P. Joly, Danel, Ja. de Gerdili, Henricus de Insula, Jo. Ballon, Ja. Quarterii, Bernardus Beguini, P. Navillioz, Andreas Girardi, Jo. Vudon, P. Magistri, Girardus Bergeron, Georgius Gynodi, P. Poterelli, Jo. de Pileo Rubeo, Hylarius Richardet, Fornerat, Jo. Lullini, A. Tornerii, P. Berteracti, Jo. Bovier, Michael de La Doey, Ste. Macheret, Johannes dictus Begoz, Nycodus Martini, Glaudius Bochet, Roletus de Nanto sutor, G. Furjodi, G. Quemoz, Franciscus Bernardi, Aymo de Biollesio, Humbertus Excofferii, Philippus Regis, Gyrardinus de Rippa, G. Nepotis, G. Bovet, Humbertus Bernardi, G. Perrini, Jo. Migerandi, Ste. Chapuisii.

Exposuit nobilis Ludovicus Montyonis, consindicus, sicuti nobiles Petrus de Versonay, Franciscus Quartellerii, Michael Nergua et ipse, tanquam electi parte civitatis, se reperierunt in ecclesia cathedrali Sancti Petri Gebenn. cum r. dominis Jo. de Charanzonay, Eustacio Chapuisii officiali, Johanne Gaugiatoris<sup>1</sup> et Guilliermo de Vegio, canonicis Gebenn., electis parte venerabilis capituli, et, habitis pluribus verbis et colloquiis invicem pretextu abolicionis gabelle, introgii et unciarum diminucionis, pecierunt se eximi a solucione gabelle et introgii et diminutione unciarum, et sibi stabiliri unum vel duos macellarios, cum loco opportuno, a quibus emant carnes ad pondus decem octo unciarum. Quibus sic expositis, premissa fuerunt in consilio ordinario per voces conclusa et resoluta, ut adhuc pro perhemptoria vadant ipsi syndici ad prefatos dominos electos parte capituli, et querant ab eis sibi dari media pociora quibus possit hujusmodi negocium accelerari, et dicta gabella cum introgio et diminucione unciarum, et requirant illos quod faciant congregare cappitulum, et ipsum requirant capitulum quod velit in premissis cum clero contribuere, sicuti ante hujusmodi differenciam ceptam faciebant, et quod sint contenti pro bono pacis rem in suo esse dimictere, ut possit satisfieri de debitis per communitatem tam Almania quam alibi, et petant ab eodem capitulo mentem suam declarare; alioquin ibunt ad illustrissimum dominum ducem satisfiando arresto per illum facto. Et si recusaverint, vadant electi ad prefatum illustrissimum dominum ducem, apud quem enarrentur mature gesta, nec ultra eis loquatur.

(280) *Martis xxviii maii.* — Cartellier, Lestelley, Orsieres; — P. Versonay, Danel, Fernex senior, Lunes, Bovier, de Ponte, Frojon, Leta, Leamon, Fernex junior, Prepositi, Nergua, Pichon, Megex, Magistri, Rosseti.

Nichil fuit conclusum propter prandium claustrii.

<sup>1</sup> Le manuscrit porte : Gāgiatoris. Voir à ce sujet R. C., t. VIII, p. 239 n., et les *Comptes du chapitre*, n° 20 (1520-1521), *passim*.

*Mercuri xxix maii.* — Montyon, Lestelley, Cartellier, Orseries substitutus Aquineaz; — n. P. Versonnay, Bovier, Fornerat, H. Fabri, Ly. de Ponte, Fernex junior, Nergua, Fonte, Magistri, Frojon, Megex, Pichon, Danelli, Leamon, Lunes, Leta, Monaton, Aymo Julliardi, P. Grassier, P. Fabri, Andreas Girardi, Jo. Vudon, Bernardus Beguini, P. Tacconis, Jo. Frochet, Jo. de Croso, A. Reynaudi, Franciscus Morelli, Martinus Jasse, Jo. Carterii, P. Brasier, Roletus de Nanto, Mermetus Menenchie, Andreas Chabodi, Ste. Arnaudi, Glaudius Perrini, Glaudius Furjodi, P. Navillii, Jo. Ballon, Ludovicus de Sales, Ste. Jolyti, A. Chivilliardi, Ludovicus de Monte, Jo. Lullini, Peronetus mugnerius, Ja. de Gerdili, P. Vindret, P. Cerguat, G. Curteti tonsor, Ste. Peccollat, Jo. Boysson, (Jo. Ballon,) Roletus Boverii, (Jo. Ballon,) Christinus Tombet, Jo. de Pileo Rubeo, Girardinus de Rippa, Nantermetus Tissocti, Tho. Monachi, P. Poterelli, P. Berteracti, Ja. Servelli, Mermetus de Ulmo, Ja. de Cresto, Jo. Migerandi, Humbertus de Insula, Amedeus Andrionis, (Pichon,) Ste. marescallus, Aymo Bonnaz, Girardus Bergeronis, Michael de La Doey, Glaudius Girodi, Rodolphus Marqueti, Jo. Balard, Michael Morelli, Ste. Badelli, Philippus Regis, Glaudius de Nanto, Georgius Pactri, Robertus Fore, Jo. de Poste, Humbertus Bernardi, Jo. Ruffi, P. Magistri.

(*De facto dominorum de capitulo et cleri.*) — Exposuit nobilis Ludovicus Montion, consindicus, sicuti, hodie mane, reverendi dominus Aymo de Gingino, abbas Bonimontis, canonicus Gebenn., et Eustacius Chapuisii, officialis et canonicus Gebenn., venerunt ad ipsum et alios nobiles consindicos, tunc in cappella sub vocabulo Sancti Michaelis in ecclesia cathedrali Gebenn. fondata existentes, et sibi dixit dictus dominus abbas, nomine cappituli, quod capitulum erat contentum permictere ut venderentur carnes ad xvj uncias, et quod gabella vini maneret et omnes vendentes vinum, ipso capitulo excepto, solverent gabellam ut est stabilita, dummodo ipsum capitulum et clerum essent exempti a solucione introgii vini excreti et non excreti, pro bono pacis et ut invicem in pace vivamus.

Super qua proposita, fuit more solito oppinatum per singulas oppiniones, et facta resolucio et conclusio quod oblatio per ipsum dominum abbatem, nomine capituli et cleri, erat graciosissima et licitissima evictabilis, quod acceptaretur illa oblatio quoad uncias et gabellam; et quod postquam volebant ipsum capitulum et clerum eximi a solucione introgii vini excreti et non excreti, quod etiam commune exima(n)tur a solucione introgii vini excreti, manente in suo antiquo esse introgio antiquo firmo et vallido; et vadant domini syndici ad ipsum capitulum et dicant quod voluerunt ipsum [capitulum] et clerum gratificare de dicto introgio vini venalis, et requirantur quod renuncient liti et cause mote in civitate Lausane inter ipsum capitulum et clerum, ex una, et ipsos syndicos et commune.

(281) *Veneris ultima maii*<sup>1</sup>. — Montion, Cartellier, Lestelley, Orsieres; — n. P. Versonay, Fernex, Bovier, Megex, Pichon, Fornerat, de Ponte, Lunes, Magistri, Joly, Fonte, Leamon, Frojon, Danel, Navis, Leta, Nergua.

De custode pontis Areris, maneat per totum mensem jugnii sub stipendiis assuetis.

De dominis de capitulo, reperiant se domini syndici in vesperis et petant responsum saltem cras mane.

*Sabacti prima jugnii*<sup>2</sup>. — Montyon, Lestelley, Cartellier; — Versonay, Fernex senior, Fornerat, Joly, de Ponte, Leamon, Prepositi, Pichon, Nergua, Magistri, Fonte.

Exposuit nobilis Ludovicus Montyonis sicuti hodie ipse et nobiles Cartell[i]er et Lestelley se transtulerunt ad venerabile cappitulum, et ibidem proposuit quod domini de capitulo, sive ipsum capitulo, die Mercuri novissime lapsa, dixit quod erat contentum ut uncie carniū et gabella vini habeant cursum suum, et observetur sicut fuit ordinatum per dominum episcopum, et quod civitas gratificabat ipsum capitulo, unde supplicaverunt, ut pax remaneat in perpetuum, quod gabella et introgium remaneat sicut fuit observatum antiquitus, et quod essent ipsi capitulo et clerum [parati] renunciare liti et cause; ad que per ipsum capitulo fuit replicatum quod si clerus astringatur ad solvendum introgium, nulla ipsi clero fiet gratificatio sive gratuitas. Quibus (282) sic gestis, fuit dictum per dictum Montion, ymo scriptum, ut duo ex ipsis dominorum de capitulo se vellent transferre ad Domum civitatis hora vesperorum, qua hora facerent congregare consilium ordinarium et quinquagenarium, et tunc intelligerent velle ipsius consilii; qui domini de capitulo, sive capitulo dixit quod non erat necesse ut aliqui ex ipsis irent ad ipsam Domum, nec eciā erat opus consilium ea causa congregare, sed venirent ipsi domini syndici in capitulo et ibidem tunc hora vesperorum fieret amicabilis resolutio. Qua hora, prefati nobiles Ludovicus Montionis et Ludovicus de Lestelley, associati nobilibus P. de Versonay, Guiliermo Danelli, Michaeli Nergua, Lyonardo de Ponte, Guiliermo Megex et Petro de Leta, consiliariis, [et] in quo capitulo fuit iterum prout supra expositum ipsi cappitulo, et ibidem fuit conclusum, licet domini de capitulo dicerent quod non dissenciebant nec consenciebant quod gabella vini venalis remaneat in suo esse, et omnes vendentes, de[m]pto capitulo, solverent ipsam gabellam, et quod uncie et pondus sexdecim unciarum remaneret in suo esse, et pariter antiquum introgium in suo esse remaneret et exigeretur more antiquitus fieri assueto, et quod non fiat

<sup>1</sup> A l'occasion de la Fête-Dieu, célébrée la veille 30 mai, on trouve dans le compte de Pierre Gay, trésorier épiscopal : « Item plus livré led. jour [2 juin] à maystre Marlioz, pentre, pour la facon de vj excosons de armes ce mond. reverand seigneur pour metre aut vj torche de la feste Dieu, du commandemant de mons' le procurour de Sent Glaude, s.ij.d.iiij. » (P. H., n° 925.)

<sup>2</sup> Ce procès-verbal remplace une première rédaction fautive, biffée dans le registre et qu'il est inutile de reproduire ici.

macellum novum, et domini de capitulo supersedeat in causa usque ad novam, pro qua mandent licteram Lausane, et pariter domini syndici nomine civitatis pro abolicione introgii vini excreti et excrescendi noviter impositi, et capitulo se forte[m] fecit pro clero de supersedendo in causa.

(*Consilium in quo fuerunt petiti duo pro qualibet disena.*) — *Lune tercia jugnii.* — Montyon, Cartellier; — P. Versonay, Danel, Bovier, de Ponte, H. Fabri, Leamon, Prepositi, Nergua, Pichon, Fonte, Magistri, Frojon, Aymo Julliard, Franciscus de Fosses, Guiliermus Curt, A. Reynaudi, Ja. Servelli, P. Grassier, P. Fabri, Robertus Fore, Ja. de Gerdili, Jo. Ballon, P. Vindret, Jo. Panissodi, P. Mathei, Jo. Tacconis, Andreas Chabodi, Jo. Berteracti, Ste. Peccollat, Jo. Fabri, G. Perrini, Georgius Patry, P. Poterelli, Jo. de Pileo Rubeo, Jo. Lullini, Yllarius Richardet, Nantermetus Tissocci, Guiliermus Pensabini, Ny. Gentilis, Jo. Ruffi, Henricus de Insula, Pe. Choupini, Glaudius Vincenti, Tho. Monachi, Girardinus de Ripa, Andreas Girardi, Michael de La Doey, Bartholomeus de Crosa, M. de Ulmo, P. Magnini aurifaber, Jo. de Poste, Ludovicus Curtet, Jo. Mercerii, dictus Matollet, Papa mugnerius, Peronetus mugnerius, Aymo Bonna, A. Rosseti.

Exposuit nobilis Ludovicus Montionis, consindicus, sicuti fuit orta differentia inter dominos de capitulo sive capitulo et clerum, ex una, et nobiles syndicos et communitatem hujus civitatis, pro qua sedanda ipse et nobilis Ludovicus de Lestelley, associati nobilibus P. de Versonay, Guiliermo Danelli, Michaeli Nergua, Petro Joly, Lyonardo de Ponte, Petro de Leta et Guiliermo Megex, se transtulerunt hora vesperorum die prima hujus jugnii; in quo capitulo fuit conclusum et arrestatum, habitis pluribus altercationibus hinc inde, quod uncie carniū et gabella (283) vini venalis per omnes vendentes vinum, exceptis dominis de capitulo, solverent illam, et quod gabella apposita super vino excreto et excrescendo ex nunc aboliatur, tam in favorem cleri quam tocus communitatis, antiquo tamen introgio bossetorum in suo esse remanente, et quod omnes indifferenter ipsum introgium solverent, ut antiquitus fuit et est assuetum, dominis de capitulo exceptis, et fuit eciā conclusum et arrestatum quod causa ponatur ad dietim usque ad novam interpellacionem, et mictant domini de capitulo unam licteram missivam eorum procuratori, et similiter communitas unam aliam. Quequidem proposita fuit grata et per ipsum consilium approbata.

(*De gabella carniū.*) — De gabella carniū, cridetur si quis voluerit illam admodiare, veniat die vigillie Sancti Johannis in claustro, et ibidem plus offerenti ad extinctum candelle expeditur more solito, et si a casu non reperiretur precium congruum, quod unus ex consilio ponat illam, que tamen exigatur more solito, si non reperiat precium congruum.

(*De macellariis.*) — Fiant cride quod macellarii non occidant animalia nisi in scoreatoriis et quod non vendant ultra conclusionem novissime factam.

De licteris parte domini Johannis de Allingio monstratis, vadant domini syndici ad domum episcopalem, juncto consilio ordinario, et si velint officiarum episcopales, illam eis remictant cum testimoniali de remissione, et inde ministretur justicia.

*Martis iiij jgnii.* — Montyon, Cartellier, Lestelley, Orsieres; — P. Versonay, Fernex senior, Bovier, de Ponte, Danel, Frojon, Curt, Fornerat, Prepositi, Fonte, Pichon, Navis, Leta, Megex, Magistri, Rosseti.

Fiant cride quod macellarii non habeant scoriare animalia nisi in scoriatoriis, et quod macellarii ipsi vendant ad pondus sexdecim unciarum; et vendant carnes mutonales ad octo denarios pro qualibet libra hinc ad Sanctum Johannem, et extunc usque ad Sanctum Andream ad septem denarios; et vendant carnes bovinales ad quinque denarios pro qualibet libra ad<sup>1</sup> hinc et ad Sanctum Jo. Baptistam, ex tunc ad tres fortes. Item cridetur quod nullus vadat ad emendum carnes extra civitatem, et quod nulli apportent carnes mortuas ad vendendum in civitate, reservatis quadratis more solito.

De peccuniis Alamanie, tradantur vj<sup>xii</sup> scuti Thome Monachi, et dentur illi iiij<sup>or</sup> pro expensis suis; et si non conten[te]tur de illis quatuor, tradantur eidem adhuc duo, et sic sex scuti, et faciat confessionem illos recepisse dum sibi expedientur.

(*Mandatum.*) — De blado de Bona, solvat illi in exoneracionem illius quinquaginta ff. P. Gay, olim thesaurarius, et residuum reservetur ad solvendum donec habitis peccuniis<sup>2</sup>. — (*Levatur.*)

(284) (*Mandatum.*) — De debitis Petro de Archa, fiat mandatum thesaurario quod illi solvat quinquaginta florenos in deducionem horum que sibi debentur, et quamprimum habebuntur peccunie, solvatur sibi id quod fieri poterit<sup>3</sup>. — (*Levatur.*)

(*Privacio vigillis.*) — De vigille Sancti Gervasii, qui vi extorsit ab uno religioso quem reperit dormientem in una taberna suburbii Sancti Gervasii, de quo extorsit duos testonos, fuit conclusum quod privetur imperpetuum ab officio et nunquam ad illud admictatur, et restituat illos duos testonos.

De aliis quatuor vel quinque vigilibus, qui sex solidos solvi fecerunt per nepotem hospitis Crucis Albe et illum ad id coegerunt, restituant illi illos sex solidos, et priventur et suspendantur ab officio per aliquos dies, et inde, dum venient et petant veniam, remictantur in eorum pristino officio.

De filio magistri Johannis,<sup>4</sup> qui athenus morabatur in suburbio Sancti Gervasii et inde plexus per capitis troncionem, qui querimoniam fecit

<sup>1</sup> Lisez : ab.

<sup>2</sup> Voir *Bourgeoisie* A, n° 2, fol. 51.

<sup>3</sup> *Ibidem*, fol. 69.

<sup>4</sup> Jean Rogemont (de Rubeomonte), apothicaire, condamné à mort le 11 septembre 1511. Voir ci-dessus, t. VII, p. 209, etc.

contra ejus novercam, que moratur cum Glaudio de Porta, que sibi detinet, ut asserit, sua bona mobilia, vadant domini syndici ad r. d. vicarium et requirant illum ut ministret brevem justiciam ipsi filio.

Vadant domini syndici ad dominos de capitulo pro habendo licteram contumacie.

De rotulo de Monte et Medici, commictitur Danelli et Fonte, et illum visitent et inde refferant, et quam fecerint relacionem, illa observetur, et fiat illis juxta illius tenorem.

De rege bastillariorum<sup>1</sup>, gaudeat privilegio in gabella ad modum licterarum, actenta relacione facta per Fernex et Orsieres quod vendebat antequam esset rex vinum.

(*Mandatum.*) — Fiat mandatum Guilliermo Berteti de duodecim ff. sibi debitis pro expensis armigeris ministratis. — (*Levatur.*)

*Jovis sexta jgnii* fuerunt petiti in Domo civitatis, parte nobilium Ludovici Montionis et Ludovici de Lestelley, consindicorum, subscripti macellarii, eciam ceteri, ex quibus venerunt ad Domum civita[tis]: P. Rosset, P. Gardet, Jo. Gerdil, Jullianus Bergerat, P. Pryn, Jullianus Ricouz, P. Borsati, Probi, dictus Danellet, Sermodus de Chambet.

Quibus supra macellariis fuit expositum per prefatum nobilem Ludovicum Montionis quemadmodum erat conclusio facta inter venerabile capitulum et syndicos et communitatem, quod macellarii observent gabellam carniem et vendant ad pondus xvj unciarum et non ad aliud; eciam gabella vini habeat cursum suum, et quod gabella vini excreti et excrescendi tollitur pro omnibus; et illis fuit dictum per ipsum nobilem Montionis quod delibere[n]t bene servire ac probe et observare licteras gabelle ad onguem, et similiter observabitur illis que erunt observanda, et veniant cras ad consilium ordinarium.

(285) *Veneris vij jgnii.* — Montion, Cartellier, Lestelley, Orsieres; — Versonnay, Fernex senior, Curt, Lunes, Bovier, Joly, Danel, Magistri, Prepositi, Fonte, Pichon, Navis, Frojon, Rosseti, Leta, Megex.

(*Mandatum.*) — Fiat mandatum Amedeo Tornerii de x ff. — (*Levatur.*)

(*Mandatum.*) — Fiat mandatum Guigoni Brand de v ff. — (*Levatur.*)

Ibidem comparuerunt Bellexert, Veyron, Le Doublier, Pecllet, dictus Briganton.

(*De macellariis.*) — Fuit conclusum quod dicatur macellariis quod serviant probe et vendant carnes bovinales hinc ad festum Sancti Johannis Baptiste ad quinque denarios libram, et inde ex tunc toto anno ad tres fortes; item carnes mutonales hinc ad festum Sancti Johannis Baptiste ad viij denarios pro qualibet libra, et ex tunc usque ad Nativitatem Domini

<sup>1</sup> Lisez : « balistariorum ».

ad vij<sup>tem</sup> denarios, et a Nativitate usque ad Carnisprivium ad octo denarios; nec excedant macellarii hujusmodi conclusionem, exceptis carnibus bovinilibus pinguibus, quas tamen non vendant ultra ipsum precium, nisi sint taxate per alterum nobilium sindicorum.

De hospitissa Capitis Nigri, nichil illi solvatur insequendo pronunciacionem illustrissimi domini ducis, que observetur.

Fiat mandatum Georgio Lec de xx scutis super medietate.

De domino Nantuaci, solvatur medietas pretii, et fiat mandatum P. Gay, et alia medietas remaneat ad solvendum donec habitis peccuniis.

De introgio vini et illius admodiacione, illa maneat in suo esse et detrahatur eidem Cartellier vinum excretum quod venit a die abolicionis gabelle vini excreti et excrescendi, et amodo durante sua admodiacione recipiatur juramentum a quibuscumque adduci facientibus vinum ad hanc civitatem si sit de vino excreto vel alias, et si sit de excreto, reverberetur eidem; et de hiis teneat computum ipse Cartellier.

(*De vigilibus.*) — De illis vigilibus qui coegerunt nepotem ipsius hospitis Crucis Albe, quia veniam postularunt, indulgetur illis et restituuntur in eorum officio.

(*De vigilibus.*) — De vigille Sancti Gervasii, remaneat privacio de eo facta.

(*De P. Gay.*) — De Petro Gay, olim thesaurario, dentur illi(s), pro penis extraordinariis, ultra sallarium assuetum, xxv ff., super quibus deducatur pena refectionis computorum ipsius P. Gay.

De rege ballistariorum, intretur gabella ad formam qua solitus fuit actenus vinum vendere antequam fuisset rex.

De processionibus, fiant et fieri requirantur.

De mandando in Alamania, queratur hinc ad Ven[er]is si quis vadat sine negocio civitatis, et si reperiatur ydoneus, expediatur illi scuti mittendi.

(286) *Martis undecima jugnii.* — Montion, Cartellier, Lestelley, Orsieres; — Fernex senior, Curt, de Ponte, Prepositi, Danel, Leamon, Fonte, Pichon, Navis, Leta, Frojon, Megex, Magistri.

De mandando in Alamania, queratur hinc ad Veneris si sit aliquis qui vadat; si minus, eligatur unus.

De gabella carniū, cridetur.

De artillieria, satisfiat illis discretus Fonte.

(*Mandatum.*) — Fiat mandatum Glaudie relicte Petri de Rua, cui debentur quatuor ff. et novem solidi, de suma xxx solidorum, cum sit pauper et gemens venerit<sup>1</sup>. — (*Levatur.*)

<sup>1</sup> *Bourgeoisie* A, n° 2, fol. 59.

*Die duodecima jugnii.* — Egregius Boulet, thesaurarius civitatis, tradidit de precepto dominorum sindicorum Petro Gervasii sex viginti scutos portandos in Alamania et solvendos his qui mutuo tradi(di)derunt, et octo scutos pro expensis (vij scutos), et alias, ut lacius continetur in testimoniali per me signata<sup>1</sup>.

*Veneris xiiij jugnii.* — Montyon, Cartellier, Lestelley, Orsieres; — Danel, Fernex senior, Curt, Joly, Megex, Bovier, Lunes, Leamon, Fonte, Pichon, Navis, Leta, Prepositi, Magistri, Rosseti.

Johannes Guynet senior, super differencia quam habet cum procuratore fiscali occasione cujusdam fenestre sive muri, promisit stare ordinacioni dominorum sindicorum et consilii.

Juravit Petrus Boulo super peccuniis per eum petitis.

De nobili P. de Fernex et Petro Joly, solvat illi P. Joly.

(*Mandatum.*) — De Georgio Lec, fiat mandatum de xx<sup>ti</sup> [scutis] auri per eum pridem mutuo civitati traditis, solvendis super gabella vini<sup>2</sup>. — (*Levatur.*)

De Petro Servelli, qui non venit prestiturus juramentum ad formam cride, nichil solvatur.

De dominabus Sancte Clare, visitetur murus.

De mulieribus, fiant cride quod vadant ad lupanar infra tres dies, sub pena fustigacionis.

S. Biolesii n.

<sup>1</sup> Il résulte de deux mandats portés dans les comptes du trésorier Boulet (*Finances* M, n° 18, année 1521, fol. 29, n°s 51 et 52) que la somme de 120 écus d'intérêts se décomposait comme suit : ff. 165 pour « nobili Anthonie Vuiderin », et ff. 275 pour l'avoyer, petit et grand conseils de Lucerne. Le montant de l'emprunt étant de 2400 écus (t. VIII, p. 336) et l'écu compté à 3 ff. 8 s., les créances étaient respectivement de 900 et de 1500 écus. (Voir *Bourgeoisie* A, n° 2, fol. 50v°, et ci-dessus, p. 14 n. 3.)

<sup>2</sup> *Bourgeoisie* A, n° 2, fol. 38.

## (I) DULCIS JESUS MEMORIA DET NOBIS VERA GAUDIA.

M<sup>o</sup> v<sup>c</sup> XXI

*Martis xviii juginii.* — Montyon, Cartellier, Lestelley, Orsieres; — Fernex senior, Bovyer, de Ponte, Joly, Fonte, Navis, Prepositi, Leamon, Magistri, Pichon, Megex, Rosseti.

Exposuit nobilis et potens Jacobus de Pesmes, dominus Brandici, quod eo existente absente ab hac civitate, no. Petrus de Versonnay sua auctoritate propria fecit construi unum scanum prope domum ipsius nobilis Jacobi, quem dixit fuisse erectum et constructum super communi, et ea causa communi(ta)tas lamentata fuit apud ipsum et supplicavit eidem ut se vellet transferre ad hanc civitatis Domum, et ea causa venit ad hanc Domum et supplicavit ipsis nobilibus sindicis ut, sicut idem scanum fuit appositum nullo precedente mandato, illud tolli faciant et quod in hoc adverterent ne populus commoveretur, et si ita non faceret, illud faceret amoveri. Qua proposita audita, fuit dictum eidem domino de Brandys quod se retraheret et super suis propositis haberetur consilium et fieret sibi relatio. Et postquam exivit aulam consilii, fuit oppinatum quod ex tenore franchiesiarum nemo veniebat sua possessione privandus, et sic nobiles sindici vadant ad r. d. vicarium, ne scandallum oriatur, et quod idem dominus vicarius faciat remonstraciones eidem domino de Brandys ne procedat ad opera facti, et quod ministret justiciam.

De crida gabelle carniū, cridetur ad Sabacti et plus offerenti expedietur.

De processionibus petuntur tribus diebus et inde ille fiant durantibus novem diebus in parrochiis.

De meretricibus et ludis, fiant cride opportune.

De Ballard, rescribatur castellano et sindicis Crusillie quod relaxent mercanciam et queratur lictera.

De collovneriis nichil eis detur ultra quinque florenos ordinatos.

*(Burgensis.)* — Admictitur in burgensem Monetus Lupi<sup>1</sup>, parrochie Sancti Leodegarii, mediantibus octo ff., et inde in vigillem.

<sup>1</sup> Aymonetus Luppi, de Arares (*Finances M*, n<sup>o</sup> 18, année 1521, fol. 22).

*Martis xviii jugnii vesperorum.* — Montyon, Cartellier, Lestelley, Orsieres; — Navis, Megex, Magistri, Frojon.

(*De facto n. P. de Versonay, occasione scanni.*) — Nobilis Petrus de Versonay exposuit ad ejus aures devenisse dominum Brandicii se jactasse de tollendo scanum quod ipse nobilis Petrus noviter construi fecit ante ejus domum sitam ante plateam Domine Nostre Pontis Rodani, unde requisit nobiles syndicos ut in hoc advertant et servantur sibi franchises hujus civitatis, quibus cavetur quod nemo jure incognito venit sua possessione privandus, se tamen offerendo et obtulit super hujusmodi scagni appositione et differencia stare summarie ordinationi venerabilis consilii episcopalis et nobilium syndicorum et consilii ordinarii hujus Domus et communitatis; et ideo protestatur quod per eum non stabit acquiescere ordinationi ipsius consilii episcopalis et nobilium syndicorum et [consilii] hujus Domus et de suis dampnis et interesse in casum in quem fiat sibi opus facti sine cause cognitione. Qua sic facta proposita et oblacione, fuit conclusum quod nobiles syndici vadant ad r. d. vicarium et illam propositam et oblacionem communicent ipsi r. d. vicario et eum requirant quod faciat prohibitionem domino Brandicii et mictat procuratorem (2) fiscalem sive ejus locumtenentem ad dominum Brandicii et illi faciant et suis servitoribus prohibitionem ne opera facti faciant in eodem scano. Qui domini syndici iverunt ad domum dicti domini vicarii qui erat absens ab illa; et tandem iverunt ad ecclesiam cathedralem in qua eundem dominum vicarium non reperierunt; et fuit eis dictum quod iverat ipse dominus vicarius in conventum Domine Nostre de Graciis, ad quem conventum miserunt Stephanum Biolesii, eorum secretarium, associatum duobus vigilibus. Quiquidem Biolesii, ut retulit, reperit eundem d. vicarium in curtili ipsius conventus cum fratre Aymone Falqueti et domino Roberto de Leam, cui domino vicario narravit ipse Biolesii proposita per eundem Versonay et [per] ipsum consilium hodie conclusa, et quod provideret et ad civitatem veniret ad obviandum operibus facti; qui dominus vicarius dixit quod mandaret procuratorem fiscalem vel ejus locumtenentem ad dictum dominum Brandicii, qui<sup>1</sup> faceret inhibitionem ne ad opus facti faceret in scanno predicto; et dixit eidem Biolesii (dixit) quod ei mandaret Glaudium Servandi, locumtenentem procuratoris fiscalis, quod et fecit. Tamen interea dominus Brandicii fecit evelli dictum scannum sua auctoritate propria et illud in multas pecias dividi, dispergi et poni.

E. Biolesii n.

(4)<sup>2</sup> *Martis xviii, hora octava post meridiem.* — Montyon, Cartellier, Lestelley, Orsieres; — Danel, Fernex, Curt, Fornerat, H. Fabri, Bovier, de Ponte, Joly, Fonte, Navis, Megex, Frojon, Magistri.

<sup>1</sup> Lisez: cui.

<sup>2</sup> Cette séance est placée, dans le registre, après celles des 21 et 22 juin.

Exposuit nobilis Ludovicus Montyonis, consindicus, sicuti hodie fuit hic mane in consilio hujus Domus nobilis Jacobus de Pesmes, qui lamentacionem emisit contra nobilem Petrum de Versonay et proposuit quod idem de Versonay, sua auctoritate propria et eodem domino Brandici absente ab hac civitate, fecerat apponi unum scanum prope ejus domus, unde peccit illum tolli et amoveri, cui tunc fuit dictum ipsum n. Petrum de Versonay esse absentem; qui dominus Brandici dixit quod erat incivitate et, facta proposita per eundem dominum Brandici qui dicebat se fuisse solicitatum a communitate seu nonnullis ejusdem communitatis ut ipsum scanum tolli faceret, et facta hujusmodi proposita et querimonia per ipsum dominum Brandici, exivit ab eadem Domo et, dum exiret, fuit ei dictum quod sibi communicarentur que forent in consilio conclusa. Super quibus fuit conclusum quod irent ipsi domini syndici ad dominum vicarium et eidem premissa notificarent. Et sumpto prandio iterum fecerunt congregari consilium ordinarium, in quo interfuit nobilis Petrus de Versonay qui occasione ipsius scani se obtulit stare ordinationi consilii episcopalis et hujus Domus; et tandem iverunt ad dictum dominum Brandici et tantum fecerunt quod fecerunt eos invicem loqui et rogaverunt dominum Brandici ne opus facti faceret, quoniam idem Petrus similem oblacionem fecit de stando ordinationi quorum supra. Et neominus idem dominus Brandici paulo ante cenam fecit sua auctoritate scanum evelli et in plures pecias poni, que premissa gesta fuerunt licet dominus vicarius fuisset de premissis animadversus; fuit conclusum quod vadant domini syndici ad dominum vicarium et eum requirant quod faciat convocari consilium episcopale et sumi informaciones de hujusmodi excessu, et ministret justiciam.

(2) *Veneris xxj jugnii.* — Montyon, Lestelley, Cartellier; — P. Versonay, Danel, Curt, Fornerat, Joly, H. Fabri, Megex, Frojon, Leamon, Fernex junior, Prepositi, Fonte, Navis, Pichon, Leta, Magistri, Rosseti.

(*Desinerius.*) — Petrus Chatel fuit admissus in desinerium Constancie, qui juravit in forma.

Querimonia facta per thesaurarium contra P. Joly, occasione rotuli traditi per eum de gabella; fuit conclusum quod verificet infra octo dies ipsum rotulum, alioquin compellatur ad solvendum firmam admodiacionis debitam.

De gabellatoribus carniurn, licet cras expediatur, incipiant die alia proxime sequenti eorum term[in]um et interim dabuntur articuli servandi et vacuabuntur que erunt vacuanda circa ipsum negocium.

Advertatur et fiant cride quod macellarii non scoriant eorum animalia nisi in scoriatoriis ordinatis<sup>1</sup>.

Solvatur gabella vitulorum ut jam fuit acthenus conclusum.

De Petro Pryn et relicta Coactaz, prolongatur terminus per unum mensem.

<sup>1</sup> Voir la crie non datée, collationnée par Bioley (P. H., n° 922, pièce n° 3).

De custode illius pontis Areris propter morbum epidimie regnantem apud Veyrier, satisfiat illi de sui salarii residuo et ulterius non maneat in eodem ponte.

De gabella carniū, cridetur ad cras si quis de ea velit dare ultra xviiij<sup>c</sup> ff., et incipiant hii quibus expeditur prima julli, et fiant articuli servandi.

De nobili P. de Versonay et ejus scanno, vadant nobiles syndici ad consilium episcopale et concordentur ipsi domini de Brandici et Versonay, si sit possibile; videatur si scanum sit restituendum, restituatur; si minus non ponatur.

*Eadem die Veneris xxj jugnii, post prandium.* — Montyon, Cartellier, Lestelley; — Danel, Lunes, H. Fabri, Bovier, Prepositi, Fornerat, Leamon, Fernex junior, Leta, Magistri, Frojon.

Exposuit nobilis Ludovicus Montyon, consindicus, (3) sicuti hodie in consilio episcopali r. dominus vicarius dixit quod ipsi syndici irent et visitarent locum in quo erat appositum scannum per nobilem Petrum de Versonay et ducant eorum secretarium per quem faciant sumi super premissis informaciones, et sumptis, illas sibi tradant; ministrabit justiciam. Cui fuit responsum per ipsos nobiles syndicos quod facerent congregare eorum consilium et quod in illo concluderetur sibi communicarent; qua proposita audita, fuit conclusum quod domini syndici dicerent domino vicario quod ipse, cui incombiter, faciat sumi informaciones et inde ministret justiciam; et de hoc faciant requestam et supplicacionem.

*Sabacti xxij jugnii.* — Montyon, Cartellier, Lestelley; — Danel, Curt, Fornerat, H. Fabri, Bovier, Fernex senior, Leamon, Pichon, Leta, Navis, Frojon, Rosseti.

Quia emanarunt lictere a consilio Chamberiaci quibus citantur nobiles syndici et fit eis mandatum quod relaxent Jo. de Alingio<sup>1</sup>, que lictere sunt totaliter in enervacionem jurisdictionis illu. et reverendissimi domini nostri episcopi et libertatum Gebenn., vadant ea causa d. syndici ad. r. d. vicarium et eum requirant quod faciat congregare consilium episcopale et provideatur super premissis, et vadat Biolesii cum instructionibus<sup>2</sup> et miss[iv]a, et Maulaz parte consilii episcopalis.

#### Admodiatio gabelle carniū.

|| Anno domini millesimo quingentesimo vigesimo primo, indicione nona cum eodem anno sumpta et die Sabacti vigesima secunda mensis jugnii,

<sup>1</sup> Lettres du 18 juin 1521 (P. H., n° 929bis). Jean d'Allinge avait été arrêté comme larron sur la plainte de Jean Vincent, docteur en médecine. — Sur ce dernier, voir L. Gautier, *La médecine à Genève*, dans M. D. G., t. XXX, p. 423.

<sup>2</sup> Instructions remises au secrétaire Etienne Biolley pour obtenir du président de Savoie la révocation des lettres citatoires susmentionnées, comme contraires aux franchises (P. H., n° 929 bis).

personaliter constituti in claustro ecclesie cathedralis Sancti Petri Gebenn. nobiles Ludovicus Montyonis, Franciscus Cartellier et Ludovicus de Lestelley, consindici hujus civitatis Gebenn., ex una, et commendabilis Guiliermus Curt, burgensis et mercator Gebenn., ex alia partibus, prefati nobiles syndici, scientes etc., suis et tocuis communitatis ac sindicatus nominibus, admodiant et accensant ac titulo admodiationis tradunt et concedunt prefato nobili Guiliermo Curt, ibidem presenti et stipulanti pro se et suis, gabellam carniū vendendarum in hac civitate Gebenn. et in macellis ejusdem cum onere<sup>1</sup> et onere assuetis noviter impositam per illu. et reverendissimum dominum episcopum Gebenn., ad extinctum candele et voce preconia pridem proclamata, expeditam tanquam plus offerenti, spacio et per tempus unius anni proximi et integri, die prima proximi instantis julli incohandi et simili die finiendi eodem anno prius revoluto; et hoc precio et sub firma duorum millium et sex centum florenorum auri p. p., quolibet floreno valente duodecim solidos monete cursalis in patria Sabaudie, per eundem Guiliermum et suos solvendorum in manibus thesaurarii sive receptoris communitatis Gebenn. terminis sequentibus, videlicet de mense in mensem ac quolibet mense ad ratam dicte firme more denariorum fiscalium, ac si esset res judicata aut judic[ialiter] confessata, omni contradicione cessante. Promictentes juramentis etc., presertim idem Guiliermus de solvendo dictam firmam, hinc octo dies ydone[e] cavere. Submictentes se etc. Renunciantes etc. De quibus premissis partes pecierunt fieri instrumentum et instrumenta ad opus cujuslibet partis unum. Actum infra dictum claustum, presentibus ibidem nobilibus, egregiis ac honorabilibus viris Francisco de Leamon, Petro de Versonay, Guiliermo Danelli, Petro de Fernex juniore, Guigone Prepositi, Hugonino Fabri, Petro Magistri, Guiliermo Megex, Anthonio de Fonte, Petro de Leta et Petro Joly, ac pluribus aliis testibus etc. || — (*Registrata ad plenum.* — *Solvit.*)

Biolesii. n.

(4 v<sup>o</sup>) *Martis xxv jugnii.* — Montyon, Lestelley, Orsieres; — P. Versonay, Curt, H. Fabri, Bovier, Joly, Fonte, de Ponte, Leamon, Prepositi, Pichon, Leta, Navis, Megex, Magistri, Rosseti.

Vadat Biolesii ad dominum presidentem Chamberiaci occasione licterarum de Alingio et cum eo G. Servandi, parte consilii episcopalis.

*Veneris xxviii jugnii.* — Montyon, Cartellier, Lestelley, Orsieres; — n. P. de Versonay, Danel, Curt, H. Fabri, Bovier, de Ponte, Joly, Fernex senior, Prepositi, Leamon, Fonte, Pichon, Navis, Leta, Frojon, Rosseti, Lunes, Magistri.

(5) De magistro Johanne Vincencii, admittatur caucio sua in domo epis-

<sup>1</sup> *Lisez: honore.*

copali in manibus nobilium sindicorum seu alterius eorundem et, prestita ad formam ordinacionis late, relaxetur a carceribus.

De detento, bampniatur per decem annos in platea Domus ville, apperta janua.

De vino Rubei, nichil debet.

De Humberto Goddet, solvat P. Joly.

De r. d. Sancti Glaudii, dentur ei sex faces et duo olobostra dragie et malvaticum.

De reverendissimo domino nostro episcopo Gebenn., rescribatur eidem per r. d. canonicum d'Angier<sup>1</sup> qui illuc vadit, et inter cetera quod suam habeat jurisdictionem commendatam et quod cives peroptant ejus adventum.

Admodiatio introgiu sallis facta Anthonio Damex,  
carpentatori et mercatori Gebenn.

|| Anno Domini millesimo quingentesimo vigesimo primo, indicione nona, et die Veneris vicesima octava mensis jugnii, in nis notarii et communitatis Gebenn. secretarii, personaliter constituti nobiles Ludovicus Montyonis, Franciscus Cartellerii et Ludovicus de Lestelley, consindici civitatis Gebenn., ex una, et Anthonius Damex, carpentator burgensisque ac mercator Gebenn., ex alia partibus, prefati vero nobiles sindici, sindicario nomine predicte communitatis Gebenn., pro se et suis in eodem officio successoribus etc., admodiant et accensant ac titulo admodiacionis tradunt et concedunt dicto Anthonio Damex, ibidem presenti et tanquam plus offerenti, ad extinctum candele cere et illius consumationem more sic fieri solito, gabellam et introgium sallis in hac civitate intrandi et franchisesis ejusdem, et hoc spacio et per tempus unius anni, die prima jullii incohandi et simili die finiendi, proclamatum per hanc civitatem cum tuba more assueto, cum honore et (h)onore assuetis, et hoc sub firma et sallario octo centum et decem florenorum auri p. p., quolibet floreno valente duodecim solidos monete cursalis in patria Sabaudie, per eundem Anthonium vel suos solventorum terminis sequentibus, videlicet in proximo festo Omnium Sanctorum terciam partem ejusdem firme, et aliam terciam partem in die carnisprivi, et aliam reliquam partem in tunc proxime sequenti festo nativitatis beati Johannis Baptiste, et hoc [modo] denariorum fiscalium. Promictentes dicte partes juramentis suis videlicet dicti sindici et eo nomine dictam firmam manutenere, et dictus admodiatarus ipsam firmam more debitorum fiscalium solvere in manibus nobilis Bernardi Boulet, thesaurarii et receptoris dicte communitatis, aut alterius pro tempore existentis, deque dictam firmam rite solvendo per ydoneos cauciones ydonee cavere hinc ad octo dies. Submictentes etc. Renunciantes, etc. Actum in dicto claustro, presentibus ibidem nobilibus, egregiis ac honorabilibus viris Guigone Prepositi, Petro

<sup>1</sup> Sur ce chanoine, voir ci-dessus, t. VIII, p. 593.

Navis, Guilliermo Danelli, Henrico Emonini, Jacobo Frojonis, Johanne Bovier, Guilliermo Curt, Hugonino Fabri et Lyonardo de Ponte, testibus. De quibus premissis partes pecierunt fieri duo instrumenta, etc.

*Lune prima jullii.* — Montyon, Cartellier, Lestelley, Orseres; — P. Versonnay, Fernex senior, Lunes, Curt, H. Fabri, Bovier, Fornerat, Leamon, Fernex junior, Fonte, Navis, Magistri.

Venit Biolesii a loco Chamberiaci et apportavit missivam destinatum per magnificum dominum presidentem (apportavit), et gesta per eum publice enarravit.

*(Contra Ducis.)*<sup>1</sup> — Vadant hodie domini sindici ad consilium episcopale et enarrent quomodo castellanus in processus formacione non vult interesse, et requirant dominum vicarium ut injungatur illi quod assistat et officium suum exercent usque ad sententiam diffinitivam inclusive; et si fuerit necesse rescribatur domino Sancti Glaudii.

(6) *Martis secunda jullii.* — Montyon, Cartellier, Lestelley; — Versonnay, Fernex senior, Lunes, Curt, Pichon, Frojon, Prepositi, Navis, Magistri.

*(Caucio).* — || Cum pridem introgium sal(v)is fuerit admodiatum Anthonio Dame precio viij<sup>c</sup> et decem florenorum, et firmam solvere promisit et cavere, hinc est constitutus idem Anthonius, tanquam principalis, et ad ejus preces se constituunt fidejussores et quilibet principalis et insolidum honorabiles Johannes Panissodi, mercator, et Gladius Goula, qui promiserunt in forma et renunciant juri dicenti principalem prius fore conveniendum quam fidejussores etc... ||

*(Caucio.)* — || Cum Guilliermus Curt accensaverit gabellam carniarum ad unum annum sub firma ij millium et sex centum florenorum p.p., solventorum de mense in mensem ad ratam firme, et cavere, hinc est quod constitutus dictus Guilliermus, qui iterum promictit et cavet per nobilem Philippum de Rippa, Johannem Testuti et Nycolinum de Cresto, qui promiserunt in forma, et renunciaverunt fidejussores juri dicenti principalem prius fore conveniendum quam fidejussores, epistole divi Adriani de duobus vel pluribus reis debendis etc. || — *(Levatur)*

Idem Guilliermus promictit fidejussores indempnes servare.

Jaquemeta, relicta Petri Mercerii, rutisseria, dixit et deposuit quod heri ivit ad macellum Longemale pro emendis carnibus a dicto, qui nec aliis voluerunt sibi tradere carnes mutonis minori precio viij denariorum pro qualibet libra, sic quod fuit illo precio cohacta emere; et inde ivit ad magnum macellum ad dictum Cotaz pro emendis carnibus bovinalibus, sed non potuit habere minori precio v denariorum pro qualibet libra carniarum vache.

<sup>1</sup> Note marginale d'une autre encre. — Cet alinéa paraît se rapporter au conflit de juridiction soulevé par Jean d'Allinge et pour lequel Biolley avait été envoyé à Chambéry (ci-dessus, p. 86, n. 1 et 2).

*Mercuri 3<sup>a</sup> jullii post prandium.* — Montyon, Lestelley, Cartellier, Orseres; — Fornerat, H. Fabri, Prepositi, Magistri, Pichon.

Super detencio[ne] Jo. de Alingio, repetatur super secundis articulis et eciam super primis; et si nichil novi respondeat, feratur ordinacio ut in scriptis jacet.

*Veneris quinta jullii.* — Montyon, Cartellier, Orsieres, Lestelley; — P. Versonnay, Bovier, de Ponte, Curt, Prepositi, Leamon, Pichon, Navis, Magistri, Frojon.

De poterio pontis Rod(on)ani, qui exposuit servitores et eciam hospitalerium hospitalis pestilencialis fregisse unam suam parvam navym eundo ad obviam religiosi Coppeti qui erat super una navi et in periculo periclitari, peciit sibi et suis servitoribus satisfieri. Fuit conclusum quod illi satisfiat graciose ut noverint nobiles sindici.

De ministro Observancie, mandentur illi iii<sup>or</sup> quarteroni vini.

De ambassiatoribus Alamanie, detur illi[s] malvaticum et vinum de Somon.

(7) De detentur<sup>1</sup>, veniant, sumpto prandio, Prepositi, Navis et Magistri, et videatur quid sit agendum.

*Veneris quinta jullii, vesperorum.* — Montyon, Cartellier, Lestelley, Orsieres; — Leamon, Prepositi, Navis, Magistri.

Viso processu, respondeat detentus articulis et inde negati petantur admicti<sup>2</sup> et admictantur; et examinentur testes parte vocata, et inde fiat justicia.

*Martis nona jullii.* — Montyon, Cartellier, Lestelley, Orsieres; — Curt, Fernex junior, Joly, Lunes, Prepositi, Fonte, Pichon, Navis, Magistri, Frojon.

De Percevallo Mercerii, qui exhibuit instrumentum quo quidam nobilis de Peyme est sibi obligatus in summa xxij ff., causa expensarum factarum per ipsum et ejus servitores et equos, quas dixit idem Mercerii eundem nobilem dicere illas debere supportari per commune ut cetere; fuit conclusum quod nichil ei solvatur.

De detento, feratur ordinatio articulos esse admictendos.

De vino, observentur cride et inste(te)tur erga officarios pugnantur ad formam cridarum; eciam P. Joly pugniatur, salvo quod de vino per eum tradito ambassiatoribus Alamanie illorum pretextu nichil ei fiat.

*Veneris xij jullii.* — Montyon, Cartellier, Lestelley, Orseres; — Fernex senior, Curt, Joly, Fornerat, Prepositi, Leamon, Fonte, Pichon, Navis, Magistri, Frojon, Fernex junior.

<sup>1</sup> Lisez : *detento*.

<sup>2</sup> La lecture de ces trois derniers mots est douteuse.

*(Juramentum.)* — Venerabilis dominus Franciscus de Mandalla, procurator fiscalis curie spiritualis Gebenn., juravit observare franchises<sup>1</sup>.

*(De macellariis.)* — Venerunt Petrus de Casalibus, Jacobus Comitit, Jullianus Bergerat, Johannes dictus Mocry, Jullianus Ricouz, Petrus Gardet, Johannes Gerdy dictus Coste, macellarii veteris macelli, et exposuit dictus Petrus de Casalibus, suo et dictorum macellariorum nominibus, fuisse novissime factas cridas in hac civitate preconia voce et sono tube, quibus prohibetur ne macellarii occidant animalia nisi in scoreatoriis macellorum<sup>2</sup>; et dixit quod eadem crida est nimius cohacta, cum in scoreatoria occidantur grossa animalia, sicut boves et vache, quorum sterquilinia remanent in eisdem scoreatoriis, presertim magni macelli, quo sic ut interdum ipsi macellarii fuerunt in (8) eisdem sterquiliniis et fecibus positi usque ad gulas, quo fit ut si scoriantur mutones in illa et unus casu in ipsis fecibus caderet, ille prothinus deperderetur; eciam si ita fieret, posset fieri inter macellarios et communitatem debatam et scandallum, quoniam un(i)us alium preferre vellet, et sic si crida ipsa haberet locum, esset potius dampnosa quam utilis; unde peciit dictam cridam quoad illud restringi et licenciam ipsis impartiri mutones in eorum grangiis occidendi; et se obtulerunt jurare non defraudare gabellerios.

*(Contra macellarios.)* — Fuit conclusum quod occidant mutones in suis grangiis dum jurent omnes macellarii super sacro canone non defraudare gabellerios.

De domino vicario et domino Lustriaci, qui petebant se eximi a solutione unciarum sive gabelle carniurn, quia sunt lictere in contrarium, eciam omnes alii canonici vellent eximi, conclusum fuit quod non eximantur, ymo solvant ut ceteri.

De Jacobo Comitit, qui exposuit sibi deberi per communitatem centum cupas frumenti vel circa, peciit sibi detrahi super pondere et gabella carniurn. Fuit conclusum quod ita fiat.

*Lune xv jullii post prandium.* — Montyon, Cartellier; — Leamon, Fernex junior, Nerga, H. Fabri, Fernex senior, Navis, Fonte, Magistri, Frojon, Joly, Lunes, Curt.

Exposuit n. Ludovicus de Lestelley, consindicus, sicuti hodie r. d. vicarius in ecclesia cathedrali et ante cappellam Sancti Nycolay congregavit r. dominos officialem, de Vegio et Gaugiatoris, ac dominum Gladium Grossi, et ibidem demonstravit quandam licteram sibi missam per dominum presidem occasione detentionis Jo. de Alingio, et dixit ipse d. vicarius quod esset bonum iterum mictere ad dictum dominum presidem Stephanum Biolesii, secretarium civitatis, ad ipsum rememorandum de retro

<sup>1</sup> Voir la formule du serment prêté par le procureur fiscal le 12 novembre 1512, dans *Ms. hist.*, vol. 62, fol. 68 v<sup>o</sup>.

<sup>2</sup> Ci-dessus, p. 85, n.

gestis. Cui tunc fuit dictum quod appellaretur et congregaretur consilium ordinarium, cui omnia cum lictera communicarent. Et visa lictera, fuit conclusum quod graciose dicatur dicto domino vicario quod, postquam lictera destinata fuit sibi, placeat rescribere eidem domino presidi prout bene sciet et rem majorem peragere, et non mandetur aliquis parte civitatis.

(*Nota de capitulis.*) — De licteris obtentis auctoritate ducali ad instantiam nobilis Mermeti de Fernex contra nobiles Petrum de Ferney et ejus fratrem, petatur ille Mermetus et sibi demonstretur quod (tam) ex tenore capitulorum per illu. d. ducem pronunciatorum et franchiesiarum, incurrit perditionem tercie partis bonorum suorum<sup>1</sup>.

*Martis xvj jullii.* — Montyon, Cartellier, Lestelley, Aquenez; — P. Versonex, Orsieres, Fernex senior, H. Fabri, Joly, Curt, Lunes, de Ponte, Nergua, Fornerat, Leamon, Fernex junior, Navis, Rosseti, Fonte, Pichon, Magistri, Frojon.

Fuit petitus Petrus Ros[s]et, qui venit, et inde cum eo dictus Galloz, dictus Pecllet, Jullianus Ricouz, dictus Briganton, Jo. Money, dictus Doblier et Johannes Losserii.

Quibus supra fuit expositum per nobilem sindicum Montyonis quod ipsi macellarii non bene serviebant et quod disponderent se bene servire ad formam conclusionis et quod illis oportebat jurare non defraudare gabellerios, alioquin (9) facerent tales lamentaciones apud consilium episcopale et alios justicie ministros que cederent in ipsorum dampnum. Quibus sic expositis, dictus P. Rosset juravit super Dei euvangeliis non defraudare eosdem gabellerios, et simile juramentum fuit oblatum aliis supra dictis macellariis, qui renuerunt jurare.

De detento de Alingio, revocetur commissio per totam diem crastinam pro omni dilatione et fiat justicia brevis, et vadat Biolesii cum de Planis ad locum de Visina in quo magister Jo. pretendit examinari facere<sup>2</sup>.

De hiis qui conqueruntur de decimariis capituli qui volunt astringere dominos utiles prediorum ad ponendum fabas per gelimas et ipsos decimarios super campis levare decimas fabarum et pisorum, si conquerentes

<sup>1</sup> Dans le procès intenté en 1526 à l'ancien syndic François Cartelier, il est question du litige entre les frères de Fernex pour le partage de leurs biens. Au cours de son interrogatoire du 19 décembre, qui n'existe plus dans le dossier des Archives (*Procès criminels*, 2<sup>e</sup> série, n<sup>o</sup> 138), Cartelier déclare ne pas se rappeler d'avoir voulu faire exécuter, le 15 juillet 1521, contre Mermet de Fernex, les articles ducaux du 1<sup>er</sup> septembre 1519 (Gautier, *Hist. de Genève*, t. II, p. 168). — On trouvera cette réponse de Cartelier dans Galiffe, *Matériaux*, t. II, p. 252. — Sur un incident survenu à l'occasion de ce litige, voir ci-dessus, p. 70, et Galiffe, *loc. cit.*, p. 238, 251 et 265.

<sup>2</sup> D'après l'interrogatoire de François Cartelier (ci-dessus, p. 49 n.), le vol dont était inculpé Jean d'Allinge aurait été commis à Vézenaz; d'Allinge aurait été relâché sur le vu de lettres ducales (Galiffe, *Matériaux*, t. II, p. 251; voir ci-dessus, p. 86 n. 1).

veniant ad nobiles syndicos, ipsi nobiles syndici cum eis vadant ad capitulum et requirant ipsum capitulum ut velint servare veteres consuetudines quoad decimam ipsorum leguminum.

De paupere pro quo intercessit dominus Agrippa<sup>1</sup>, collocetur in hospitali Bolomerii, durante tempore quo remanebit in fornace, et dentur illi amore Dei tres ff. — (*Habet mandatum.*)

De guydone pestilenciali, detur illi una ancilla meliori modo et sallario gracioso quo fieri poterit.

De rotulo Plonjon, ad Veneris.

*Veneris xix jullii.* — Montion, Cartellier, Lestelley, Aquenez; — Orsieres, Curt, A. Versonnex, Lunes, Joly, Frojon, Leamon, Prepositi, Fonte, Pichon, Navis, Magistri, Nergua.

De magistro Stephano Conodi et Mermeto de Ulmo, vadant jurati et inde videantur eorum instrumenta et jura.

De detento, feratur sententia ad dictamen doctorum.

De Plonjon, queratur conclusio.

*Eadem die, vesperorum.* — Montion, Cartellier, Lestelley, Aquenez; — Fernex senior, Curt, Fornerat, Fabri, de Ponte, Joly, Nergua, Fernex junior, Frojon.

De Jo. de Alingio, feratur sententia ad dictamen doctorum.

*Martis xxiiij jullii.* — Montyon, Cartellier, Lestelley, Aquenez; — P. Versonay, Danelli, Fernex senior, H. Fabri, Curt, Lunes, Joly, A. Versonnay, Leamon, Nergua, Fonte, Pichon, Navis, Magistri, Frojon, Rosseti.

Commendabilis Michael Nergua exposuit sicuti scripsit librum debitorum per communitatem et opus est ut teneat rationem solucionis, pro cujus pena peccit sibi dari unum milliare carronorum qui sunt pauci valoris. Fuit conclusum quod dentur illi et hiis mediantibus apponat et describat solucionem ut se obtulit<sup>2</sup>.

<sup>1</sup> L'humaniste Henri Cornelis dit Corneille Agrippa, né à Cologne en 1486, était arrivé à Genève en mai ou juin 1521. Il y exerça la médecine, y convola en secondes nocces et fut reçu bourgeois gratuitement le 11 juillet 1522. Il entretenait des relations d'amitié avec l'official Eustache Chapuys. Il est l'auteur d'un calendrier pour 1523, imprimé par Jacques Vivian à Genève. Au début de janvier 1523, il s'établit à Fribourg comme médecin de ville. Sa correspondance, notamment avec LeFèvre d'Étaples et un moine d'Annecy, montrent en lui un lecteur et un propagateur des écrits luthériens. — Voir Théophile Dufour dans le *Bulletin de la Soc. d'hist. de Genève*, t. IV, p. 192; Léon Gautier, *La médecine à Genève*, dans M. D. G., t. XXX, p. 17-19 et 505; A. Daguet, *Cornelius Agrippa chez les Suisses*, dans *Archives de la Soc. d'hist. de Fribourg*, t. II, p. 131-171; Herminjard, *Correspondance des réformateurs*, t. I, *passim*.

<sup>2</sup> Il s'agit du compte résumé ci-dessus, t. VIII, p. 410, et où sont inscrites à gauche les sommes dues par la ville et à droite les remboursements effectués par elle. La signature fol. 78 v<sup>o</sup> prouve que ce compte, inséré dans *Bourgeoisie A*, n<sup>o</sup> 2, fol. 35 v<sup>o</sup>-82 v<sup>o</sup>, et souvent cité par nous, a bien été écrit par Nergaz.

(10) De auditoribus computorum, remittitur ad Veneris.

De macellariis, vadant domini syndici sumpto prandio ad reverendum dominum vicarium et eum requirant quod faciat congregare consilium episcopale, et quod petat macellarios et illos coherceat penaliter ad serviendum et ad jurandum de bene serviendo et de non defraudando gabellerios.

De sex fyfer, dentur illis tres testoni et advertantur quod exinde sint justicie obedientes et non transgrediantur cridas.

D[e] P. patisserio, fiat illi mandatum de sex scutis per eum pridem communitati mutuo traditis. — (*Mandatum habet.*)

De procuratoribus Omnium Animarum, serviat de Leamon donec ad adventum Varamberti.

Fiat mandatum P. Malbosson de decem scutis solis<sup>1</sup>.

Fiat mandatum Jacobo Comitibus de xxvij ff.

Fiat mandatum Petro de Casalibus de xiiij ff. iij grossis.

(*Mandata habent.*)

Fiat laudimium e. Glaudio de Retro de vendicione domus site in Cancellio Judeorum pro summa centum florenorum, pro xij ff. iij gr. — (*Laudimium habet.*)

*Veneris xxvj jullii.* — Montyon, Cartellier, Lestelley, Aquenez; — Danel, Orsieres, Curt, Lunes, de Ponte, Rosseti, Leamon, Fonte, Pichon, Navis, Prepositi, Frojon, Magistri.

(*Compromissum sive submissio.*) — Mermetus de Ulmo et Stephanus de Fraxia, condurarius, pretextu difference eorum ad causam cujusdam spodii domus et limictacionis eorum curtillium, promiserunt stare ordinacioni n. sindicorum et consilii ordinarii.

(*Macellarii.*) — Venerunt ad Domum et in consilio, coram no. sindicis, Gallouz, Pecler, dictus Veyron et dictus Briganton, quibus fuit presertatum juramentum ut non defraudent gabellerios, qui tamen renuerunt jurare.

Venit r. dominus prior Pallacii, associatus fratri Stephano de Gento, qui proposuit quod dum fuit celebratum eorum capitulum in eorum conventu, emerunt unum bossetum vini a Stephano de Mara qui compellitur solvere pro eo gabellam Guillierno Curt. Item aliunde proposuit quod debentur per confratriam Eucaristie Christi, pro missis pridem celebratis pro retentis, xxiiij ff. Petierunt super eisdem missis detrahi illam vini gabell[am]. Resolutio consilii fuit quod compellat Curt dictum de Mara ad solvendum gabellam et, quoad missas petitas, visitentur libri prioris et [si] reperiantur deberi ille misse petite, quod solvantur per priorem.

De auditoribus computorum, satisfiat illis more solito, hoc addito quod, ex quo sunt computi majoris quantitatis quod alias et majoris pene,

<sup>1</sup> *Finances M*, n° 18, année 1521, mandats n°s 69 à 71. On trouve à la même date du 23 juillet le mandat n° 65: « Libravit Vuygeant, librario, et ejus sodalibus... ff. ij g. viij d. iij. »

satisfiat illis ut noverint domini syndici et aliqui ex consulibus in talibus expertis.

(*De Petro Gay.*) — De Petro Gay<sup>1</sup> qui presentavit licteram per r. d. Santi Glaudii missam<sup>2</sup>, fuit conclusum quod, postquam non contentatur de ordinacione et conclusione consilii ordinarii, faciat congregare ipse Gay consilium generale vel quinquagenarium et quod in altero illorum fu[er]it conclusum, satisfiat illi.

De sex allebardis traditis per Humbertum Bernardi, fiat sibi mandatum de decem ff., hoc addito quod non receptibiles recipiat et alias tradat.

(11) *Martis penultima jullii.* — Montyon, Cartellier, Lestelley, Aquenez; — P. Versonay, Curt, Joly, A. Versonnay, Fernex senior, Orsieres, Leamon, Prepositi, Nergua, Fonte, Pichon, Navis, Frojon.

De Viennesii a quo petuntur xxv ff. fidejussoris nomine Glaudii Serventis, compellatur idem Serventis et supersedeatur de procedendo contra Viennesii qui interim ministrabit jura.

De Jolyti et Buctini, cogantur Jolyti et Buctini, non obstantibus interpositis appellacionibus, et injungatur vigilibus quod faciant fortes servientes episcopales ad illos capiendos pro peccuniis per eos communitati debitis.

De magistro Amedeo Reynaudi, dentur illi decem floreni in deducionem horum que sibi debentur et fiat illi mandatum<sup>3</sup>. — (*Mandatum habet.*)

De bladis, fiant cride ne quis emat nisi in mercatis publicis Ale et Longemale et non fiant provisiones nisi per xv dies; et fiant cride quod patisserii faciant panem rationabilem de iij denariis, sex denariis, uno solido, et michas; nec faciant rotas, brissetos, gibasserios, puellas, nec brissetos, neque cassamuseaux.

De tecto collovinarum, actentis scandallis que possunt oriri, non ludant nisi en Jerecuaz et non detur illis nisi unus burgensis, servatis juribus domus et assuetis appodiandi in reparacione de Jerecuaz.

De domino Sollieti, non compellatur ad refficiendum artillieriam distructam in Sancto Victore, sed adhuc supersedeatur<sup>4</sup>.

De Biolesii, detur illi ultra contenta in rotulo unus scutus solis et fiat mandatum. — (*Mandatum habet.*)

De Petro Joly, solvat residuum gabelle quod debet, nec illi intrentur quictancie intrari per eum petite.

<sup>1</sup> Pierre Gay, trésorier et receveur général de l'évêque de Genève (P. H., n° 925), avait exercé les fonctions de trésorier de la ville jusqu'au 5 février 1521.

<sup>2</sup> Lettre de Pierre de La Baume, coadjuteur de Genève, datée de la Tour du May [Meix, Jura], le 23 juillet 1521, et adressée aux syndics, les priant de « traicter doucement » Pierre Gay. Par une seconde lettre datée de Chambéry le 30 juillet 1521, le coadjuteur s'excuse de n'avoir pu passer par Genève en se rendant vers l'évêque et recommande encore aux syndics la cause de Pierre Gay (P. H., n° 930).

<sup>3</sup> *Bourgeoisie A*, n° 2, fol. 71.

<sup>4</sup> Voir ci-dessus, p. 8.

(*De Petro Gay.*) — De P. Gay, solvat quod debet civitati, detractis xxv ff. sibi donatis ultra suum ordinarium sallarium. — (*Recepit Boulet.*)

*Veneris secunda augusti.* — Montion, Cartellier, Lestelley, Aquenez; — P. Versonnay, Orsieres, Curt, A. Versonnay, Fornerat, Leamon, Nergua, Fonte, Prepositi, Navis, Pichon, Frojon.

(*De turre Malvenda.*) — De turre domus de Malvenda que spectat civitati, queratur jura illius et non paciatur spoliari possessio sed illud manuteneatur.

De P. Servelli, videatur parcella si habeat, et de ejus et sue uxoris infirmitate informetur (Jacobum) [Jacobus] Servelli, et ad Martis.

De vigilibus qui fraudulentè, ut asseritur, promiserunt Buctini eorum manus evadere, examinentur particulariter et sumpto prandio vadant domini sindici apud r. d. vicarium, apud quem faciant querimoniam de ipsis servientibus qui fraudulentè passi fuerunt et consencierunt ut idem Buctini, captus instancia civitatis thesaurarii, eorum manus evasit et inde aufugit.

De peccuniis per Petrum Joly positis in manibus Aquenez, consindici, et per ipsum Joly civit[ati debitis] ex resta gabelle vini, tradet illas idem N. Aquenez thesaurario.

(*De P. Gay.*) — De Petro Gay, petatur ad Martis et queratur ab eo ac sciat quales redditates fuerunt illi facte.

(12) *Martis sexta augusti.* — Montyon, Cartellier, Lestelley, Aquenez; — P. Versonnay, Orsieres, Fernex senior, Curt, Danel, Lunes, Leamon, Nergua, Prepositi, Fonte, Pichon, Navis, Frojon.

Fiat mandatum Guillermo Curti de suma in rotulo, detracto Michaele Nergua a [quo] petat sibi satisfieri. — (*Mandatum habet.*)

De porterio portarum Rodani et Corraerie, queratur unus ydoneus et in hoc advertatur P. de Versonay et, suo mediante, ad Veneris.

(*De Servelli.*) — De Servelli, de Sancto Gervasio, sciatur per Jacobum Servelli si esset infirmus dictus Servelli tempore cridarum; et eciam informant se domini auditores computorum si libraverit que in parcellis, et constito de premissis eciam mediante juramento ejusdem Servelli prestando simile ut ceteri, fiat mandatum ordinationi ipsorum auditorum, qui eciam auditores, antequam fiat mandatum, rem gestam referant in consilio ordinario.

De dominabus Sancte Clare, vadant domini sindici post prandium, associati aliquibus ex consillariis et visitent locum et fiant precepta et reparaciones necessarie per quorum intererit.

(*De fassinis.*) — De fassinis, advertantur revenditricis illarum ne occupent plateas nec illas ita caras vendant. Eciam advertantur venditores grossorum nemorum ne fardent illa, ut alias abusi sunt.

*Veneris nona augusti.* — Montyon, Cartellier, Lestelley, Aquenez; — P. Versonay, Danel, Fernex senior, H. Fabri, Curt, Orsieres, Lunes, A. Versonex, Leamon, Fernex junior, Nergua, Fonte, Pichon, Magistri, Frojon, Navis, Rosseti.

*Custos vinearum.* — Petrus Thome admittitur in custodem vinearum de Cota Ro sub stipendiis assuetis, qui juravit more assueto.

(*Porterius pontis Rodani et Corraerie.*) — Ludovicus de Croso, excofferius, burgensis Gebenn., parrochie Sancti Gervasii, admittitur in portarium portarum pontis Rodani et Corraerie ad unum annum et ulterius dum bene fecerit, sub stipendiis assuetis, qui juravit in forma.

(*De domino Sallagine.*) — De vino vendito quod dicitur fuisse domini Sallagine, si sit sibi nichil pro nunc petatur de gabella, et si non sit sibi, qui illud vendidit in minuto solvat gabellam.

(*De d. Sancte Clare.*) — De dominabus Sancte Clare, visitetur iterum locus et fiant Dei amore illis obsequia possibile et servicia.

(*De P. Gay.*) — De Petro Gay et ejus assertis privilegiis, videantur illa et consultantur et in illo negotio via et ordine juris, et fiat illi ut in consilio concludetur.

De Jolyti et Buctini, si velint renunciare appellacioni interjecte et omnibus appellacionibus exinde introducendis et se velint submictere iudicio, prolongetur terminus per unum mensem.

De auditoribus computorum, dentur illis sexaginta solidi ultra solitum.

(13) De paupere leprosa, alloquatur dominus officialis, quod si sit possibile illa possit recipi in leprosaria Carrogii.

*Eadem die, illico post consilium ordinarium et ante prandium.* — Montion, Cartellier, Lestelley; — Danel, A. Versonnay, Orsieres, Lunes, Fornerat, Joly, Fernex junior, Fonte, Pichon, Navis, Frojon.

Quia hic accessit quidam corrierius regius qui licteram missivam apporavit, missam per dominum de Ruyaut<sup>1</sup>, in qua continetur esse per hanc civitatem transituros armigeros Theotonicos in numero xij vel decem millium, fuerunt electi nobiles Anthonius de Versonnes et P. de Orseris ut vadant Lausanam ad capitaneos ipsorum et requiratur quod veniant paulatim et in parvo numero ne fiat folla nec violentia, eciam actenta caristia victualium.

*Eadem die vesperorum.* — Montion, Cartellier, Lestelley; — P. Versonex, Danel, A. Versonex, Curt, Joly, Leamon, Nergua, Magistri, Fonte, Frojon.

Quia A. Versonay et Orseres se excusarunt de eundo Lausana, fuit electus

<sup>1</sup> Etienne des Ruyaux, ambassadeur extraordinaire du roi de France François I<sup>er</sup> en Suisse, avait réuni une armée d'environ 9000 mercenaires qu'il emmena en France en passant par Lausanne et Genève, dans le courant du mois d'août 1521. Voir E. Rott, *Histoire de la représentation diplomatique de la France auprès des Cantons suisses*, t. I, p. 243 et s.

honorabilis Michael Nergua ad eundem Lausanam ad magnificos dominos capitaneos Berne, Solodorrii et Friburgi, et rescribatur domino Diesbach et domino de La Pierre<sup>1</sup>; et si non reperiat equum, emat unum sumptibus civitatis.

*Sabacti decima augusti.* — Montion, Cartellier, Lestelley, Aquenez; — Danel, Orseries, Fernex senior, Curt, H. Fabri, Fornerat, Leamon, Fernex junior, Fonte, Navis, Magistri, Frojon, A. Versonay, P. Versonay, Dy. Dadaz, Gigneti, Jo. de Poste, P. Grassier, Robertus Fore, P. Fabri, Jo. Collondeti pictor, Jo. Lullini, Jo. Buysson, Lucanus de Pane, Jo. Nycodi, P. Poterelli, Nycolaus Gentilis, Jo. Sept, Guiliermus Pensabini, Ludovicus Plonjon, Girardinus de Rippa, Jo. Migerandi, Jo. Ballard, Jo. Hostellerii, Jo. Vudon, Ja. de Gerdili dictus Cardinal, A. Rosseti, Anthonius Comitit, P. Chapuisii, Jo. Ruffi, Jo. Garini, Jo. Quoqueti, A. Reynaudi, Anthonius Millanesii, P. Magnini, Robertus de Nanto suctor, Bartholomeus de Crosa, G. Pactry, Mermetus de Ulmo, P. Villiet, Ste. Bonevaud, P. Joly, Girardinus Bergeron, P. Benevenuti, P. Bertheracti, P. Regis, A. Tornerii, Tho. Mouachi, Andreas Girardi, Blasius dorerius, Ste. Peccollat, Bolardi, A. Probi, Jo. Testuti, Nycolinus de Cresto, Guiliermus Nepotis, Michael de La Doey, Glaudius Bessonet, Philippus Regis, Glaudius Perrini.

*(Desinerius.)* — Amedeus Reynaudi, patisserius, fuit deputatus desinerius pontis Rodani, qui juravit in forma.

Fiant cride ut omnes patisserii et bollongerie dequoquant panem et illum rationabilem faciant; eciam non ponatur caristia in victualibus, nec eciam in vino.

Datur potestas nobilibus sindicis eligendi octo expertos ad marcandum hospicia pro armigeris et ad conducendum ipsos armigeros venire debentes; qui tandem elegerunt honorabiles et providos Guiliermum Danelli, Jacobum Frojonis, P. Bertheracti, Yllarium Richardet, Luquinum de Pane, Jo. de Pileo Rubeo, ejus filium.

*(14) Martis xiiij augusti.* — Montion, Cartellier, Lestelley, Aquenez; — P. Versonex, Orseries, Fernex senior, Curt, Prepositi, Nergua, Leamon, Fonte, Navis, Pichon, Magistri, Rosseti.

*(De vigilibus.)* — Quia vigilles omnes die nocteque sunt post nobiles syndicos tam in excubiis quam alias occasione armigerorum Theotonicorum, fuit conclusum quod, durante tempore quo armigeri erunt in civitate et donec omnes transierint, dentur illis et cuilibet ipsorum pro singulo die, pro eorum victu, cum sallarium non sit sufficiens ad illos enutriendos, duo solidi incipiendo a die primi introitus ipsorum armigerorum.

<sup>1</sup> Albert de Stein, de Berne, chargé également par le roi de France de faire une levée de 6000 Suisses pour le Milanais. Voir E. Rott, *op. cit.*, t. I, p. 243, et R. C., t. VIII, p. 223 n. 1. — Sur Jean de Diesbach, mort à Pavie (1525), voir Rott, *op. cit.*, t. I, p. 538, et *Almanach généalogique suisse*, I, p. 92.

Quia equus emptus per Nergua dum ivit Lausanam est in hospicio et satis expendit et ex quo egregius Fonte dixit quod, si ille sibi tradatur per aliquot dies, suis sumptibus enutriet, et a casu illum emet aut emptorem reperiet, ipse equus ipsi Fonte tradatur.

De Jolyti et Buctini, remictuntur ad Veneris et interim computet thesaurarius cum eis, et allocatur Emblar et refferat ipse thesaurarius; tunc fiat mandatum Jacobo Sermodi de duobus scutis regis sibi debitis ut in libro<sup>1</sup>. — *(Mandatum habet.)*

Venit commendabilis Nergua a civitate Lausane, missus ad capitaneos Theotonicos ut sciret numerum illorum armigerorum ad fines illis providendi de victualibus, qui retulit alloquutum fuisse magnificum dominum de Diesbach et illi commendationes oportunas fecisse, qui se obtulit obsequia possibilia prestare civitati<sup>2</sup>.

Fiat mandatum P. Ritallion dicto Falconet de duobus ff., ut in libro<sup>3</sup>. — *(Mandatum habet.)*

*Veneris xvij augusti.* — Montyon, Cartellier, Lestelley; — P. Versonnay, Danel, Curt, Fornerat, H. Fabri, Fernex senior, Joly, de Ponte, Leamon, Nerguaz, Pichon, Navis, Magistri, Frojon, Fonte, Prepositi, Rosseti.

Venit gardianus Rippe et exposuit velle unum in eorum conventu componi facere furno<sup>4</sup>, ex quo supplicavit sibi dari vj<sup>c</sup> carronos, et se obtulit decantari facere unam missam sollempnem de Sancto Spiritu pro prosperitate civitatis et omnes fratres in illa intenti celebrare, cui fuerunt dati illi vj<sup>c</sup> carroni et ultra si indigeat.

De Michaele Nergua qui peccit sibi satisfieri de pena sui ambulatus, petatur ab eo quantum vult habere, et ad Martis.

De capitaneis, visitentur per n. Hugoninum Fabri et Dyonisium Dadaz et si contentantur de civitate.

De Jolyti et Buctini, dicatur illis ut solva[n]t in manibus thesaurarii iij<sup>c</sup> lvj ff. octo grossos et sex denarios ex resta gabelle vini per eos debitos,

<sup>1</sup> *Bourgeoisie* A, n° 2, fol. 46.

<sup>2</sup> Jean de Diesbach confirme ces bonnes dispositions dans la lettre suivante:

« A Mess<sup>rs</sup> les vidompne et sindicques de Genesve. — Mess<sup>rs</sup>, tant et de si bon cueur que je puis à vous me recommande. J'ay receu vostre lettre et entendu ce que mons<sup>r</sup> vostre ambassadeur present pourteur m'a dict de vostre part, dont toute la compagnie vous scait tres bon gré, mesmement pour le grand et bon vouloir qu'avez nous bien traicter, ce que je vous prie vouloir faire. Et vous cognoistrés le bon traictement et payement qu'on vous fera, que trovrez estre tel qu'aurez cause vous contenter, avec ce que le tiendrons pour grand et singulier plaisir. Touchant le nombre, il sera environ de dix à douze mille, pourquoy ferez provision de vivres souffisamment, combien qu'il n'yront point en flot sinon à la file, bende par bende. De quoy vous ay bien voulu advertir comment ceulx à qui je voudroye faire honneur et plaisirs, ainsy que le cognoistrez par effa[i]ct si voulez chose que je puisse. Et à Dieu, Mess<sup>rs</sup>, que je prie vous donner longues vies. A Lausanne, ce dimenche xj<sup>e</sup> jour d'aoust. — Le tout entierement vostre: Jehan de Diesbach. » (P. H. Suppl, n° 74.)

<sup>3</sup> *Bourgeoisie* A, n° 2, fol. 79 v°.

<sup>4</sup> *Lisez*: furnum.

medietatem hinc ad unum menseni et aliam medietatem hinc ad festum Omnium Sanctorum, renunciando appellacioni per eos interjecte, alioquin compellantur si recusent.

(*Custos vinearum de Frontonay.*) — Bartholomeus Ruffuz, tissoctus, parrochie Sancti Leodegarii, admittitur in custodem vinearum de Fansonay<sup>1</sup>, qui juravit in forma.

(15) *Dominico xviiij augusti.* — Montion, Cartellier, Lestelley; — P. Versonnay, Danel, H. Fabri, Jo. de Mara, Dyonisius Dadaz, Fornerat, Fernex senior, Joly, Leamon, Fernex junior, Nergua, Pichon, Frojon, Rosseti, Navis, Magistri, Fonte, P. Villiet, Ja. Servelli, P. Taccon, Vindret, Jacobus Gerdil, Andreas Chabodi, Ste. Bonevaud, Nantermetus Tissocti, A. Reynaudi, G. Pactri, Anthonius Millanesii, Girardinus de Ripa.

Vadant domini syndici ad dominum de Ruyaul et illi demonstretur lictera qua mandavit quod venirent armigerent<sup>2</sup> in parvo numero, et secus fecerunt; et sunt tanti in civitate quod vertitur in dubium num possint reperiri victualia; et ad huc sunt ibi prope in numero octo centum ex loco de Gruyeres. Ad quem iverunt et fecerunt remonstraciones oportunas, qui dixit quod faceret per totam diem crastinam vacuare omnes hic adstantes, et quod mandaverat illis ne venirent donec crastina die.

Item vadant domini syndici ad r. dominum vicarium et enarrent multitudinem armigerorum ibidem existencium qui non possunt hospitari, et requiratur ut faciat congregare consilium episcopale ut ponatur ordo, et si a casu hospitarentur in domibus ecclesiasticorum ne scandallum fiat; qui iverunt et illas fecerunt remonstraciones et communicarunt premissa, qui dixit quod non est neccesse congregare consilium episcopale, eciam non habet potestatem super capitulo, et dixit idem vicarius quod irent ad capitaneos et facerent demonstraciones.

De excubiis, obediant desinerii nobilibus sindicis et illis dicatur quod advertant quilibet in suis desineriis et qualibet nocte faciant venire sex ydoneos.

Dicant domini syndici tribus regibus quod quotinocte faciant venire quilibet ipsorum sex ex sua benda, durante tempore transitus ipsorum armigerorum, pro honore civitatis.

Forrerii accipiant hospicia in locis neccesariis et nemo contradicat.

Venit Yllarius Richardet et dedit unum rotulum sue desinerie in quo nominati in illo contradicunt venire ad excubias.

Admodiatio ponderis bladi scilicet tercię partis pertinentis civitati.

|| Anno Domini millesimo quingentesimo vigesimo primo, indicione nona et die sexdecima mensis augusti, in mis notarii etc..., personaliter constituti

<sup>1</sup> Sic.

<sup>2</sup> Lisez ; armigeri.

nobiles Ludovicus Montionis, Franciscus Cartellier et Ludovicus de Lestelley, consindici Gebenn., ex una, et Glaudius de Cresto, vigil, civis Gebenn. Dicti vero nobiles syndici, sindicario nomine dicte civitatis, admodiant et titulo admodiacionis tradunt dicto Glaudio de Cresto, ibidem presenti etc., terciam partem ponderis bladi pertinentem dicte civitati et sibi expeditam more solito ad extinctum et consumptionem candele, more solito, spacio et per tempus unius anni integri, crastina die incipiendi et simili die finiendi, precio et nomine precii quater viginti florenorum auri p. p., quolibet floreno valente duodecim solidos monete cursalis, per eum solvendorum more debitorum fiscalium, terminis sequentibus, videlicet hinc ad proximum festum Omnium Sanctorum terciam partem, et aliam terciam partem in sequenti festo Epiphanię Domini, et aliam terciam partem in nundinis augusti. Promittentes etc. dictus admodiatarus cavere hinc ad Martis. Submittentes se etc. Renunciantes etc. Actum in claustro ecclesie cathedralis, presentibus ibidem egregio Francisco de Leamon, honorabilibus Guilliermo Danelli, Anthonio de Fonte et Humberto Tranchent, testibus, etc.

S. Biolesii n. ||

(16) *Martis vigesima augusti.* — Montion, Cartellier, Lestelley; — P. Versonnay, Leamon, Prepositi, Nergua, Fonte, Danel, H. Fabri, Fornerat, Pichon, Navis, Megex, Magistri, Frojon, Rosseti.

De dominabus Sancte Clare, remittitur ad Veneris.

De laboribus petitis per Nergua qui ivit Lausanam, remittitur equidem ad Veneris.

De domino Lausane, dentur eidem due mediocres cocacie vini Biaune et vini albi.

*Veneris xxiiij augusti.* — Montion, Cartellier, Lestelley; — P. Versonnay, Danel, Orsieres, Curt, Lunes, Bovier, Leamon, Nergua, Fonte, Pichon, Navis, Megex, Magistri, Frojon, Rosseti.

Fiat mandatum Moneto Bessonet de quinquaginta ff. super hiis que debentur per civitatem<sup>1</sup>. — (*Mandatum habet.*)

De Michaelē Nergua, domini syndici allocantur n. Petrum Cornaz et videantur computa ipsius ad causam hospitalis pestilencialis et confratrię ejusdem, et ad Martis refferendum.

De Benevenuti, respondeat in manibus d. judicis excessuum super intitulatis in eum per fiscum.

De Michaelē Nergua, intretur rotulus et, pro salario suo, detur illi unus scutus auri cigni regis ad solem.

De pondere bladi, sumantur informaciones contra illum Petrum de

<sup>1</sup> *Bourgeoisie A*, n° 2, fol. 79 v°: « pour fuste qu'illa livré pour les rampars de Saint Ger-vays ».

Cresto quem Bidalis intendit in suum ponere locum, super furtis per eum factis et super inhabilitate, et Martis apportentur.

De rotulo Peroneti Jolyti, mugnerii, juret et inde fiat illi mandatum ad Martis.

(*De magistro alarum.*) — Quia commendabilis Guiliermus Danelli querimoniam enisit et proposuit sicuti magistri alarum habent primam cognitionem tam in civilibus quam in criminalibus subtus alam, dummodo non subsequatur mors, et hiis non obstantibus, pro quadam levi rixa habita inter quemdam affanatore et unum habentem bucticam subtus alam, r. d. vicarius mandavit per unum officarium episcopalem assignari ipsum habentem bucticam qui, ut dicitur, dedit unum ictum pugni eidem affanatori. Fuit conclusum quod domini syndici vadant cum eodem Danelli ad ipsum reverendum dominum vicarium et erogare illum ut nullam novitatem faciat ipsi privilegio alarum.

(*Mandatum vigillum.*) — De extraordinariis vigillum qui vacarunt post nobiles syndicos et forreros in locando et hospitando armigeros Alemanos, fiat mandatum ut solvatur pro xij diebus ad rationem duorum solidorum pro singulo et pro qualibet die<sup>1</sup>. — (*Habet.*)

Fuit conclusum quod restituantur Jacobo Benard fracie sibi levate, dummodo juret fuisse sibi traditum bladum ad illas componendas per hospitissam Cabuli, qui juravit. Prohibetur ne faciat exinde, nec pro se, nec pro aliquibus straneis, nisi prius obtenta licencia.

*Martis xxvij augusti.* — Montion, Cartellier, Lestelley, Orsieres pro Aquinea; — Danel, Curt, Fornerat, Navis, Megex, Frojon, Rosseti, Leamon, Prepositi, Nergua, Pichon, Magistri, Fonte.

Viso et perlecto rotulo Peroneti Joly, mugnerii, qui juravit in forma, fiat illi mandatum<sup>2</sup>. — (*Mandatum habet.*)

(17) Dentur et solvantur per thesaurarium ultra rotulum predictum octo solidi et sex denarii, pro expensis factis per vigilles dum ceperunt Aymonem de Rodano.

Fiat mandatum Marqueto Meynens, de viginti ff. — (*Mandatum habet.*)

#### Caucio.

Cum ita sit, fuerit expedita tercia pars ponderis bladi hujus civitatis pertinens civitati sive communitati, in claustro ad consumacionem candeles et illius extinctum, [Glaudio de Cresto] tanquam plus offerenti, ad tempus unius anni; ad ipsius requestam se constituerunt fidejussores et quilibet ipsorum principaliter et insolidum, Johannes Tacconis, Amedeus Reynaudi,

<sup>1</sup> *Finances M*, n° 18, année 1521, fol. 31 v°, mandat n° 87 de 28 florins, ce qui implique 14 guets.

<sup>2</sup> Mandat de 29 florins (*ibidem*, n° 89).

patisserius, Johannes Vingier et Johannes Leveti, pocterii, qui promiserunt firmam solvere in forma, cum renunciacionibus opportunis, eciam juri dicenti principalem prius fore conveniendum etc., quos fidejussores indempnes servare promisit.

Tandem, ibidem dictus de Cresto in locum suum posuit dictum Johannem Tacconis, qui promisit et juravit in forma solvere firmam terminis assuetis et in admodiacione descriptis et legaliter et probe servire.

(*De Monaton.*) — De limictibus Monatonis, vadant domini syndici super loco cum terminatoribus et Fonte et Nergua et videatur assertus limes per dictum Monaton; et inde faciant quod justicia suadet.

De curato Ville Nove qui supplicavit sibi dari gabellam quinque mutonum per eum enutritorum quos pretendit scoriari facere pro suo seytenio, fuit conclusum quod solvat gabellam.

Vigilles vadant et visitent plateas communes, eciam Mollaris et Fusterie ac Longe Male, et faciant mundari et vacuari ut eorum incombit officio et faciant injuncciones oportunas.

De Jolyti et Buctini, si per totam hodiernam diem non adimpleant que fuerunt conclusa et satisfaciant Henrico Emblar, capiantur et ducantur ad domum episcopalem.

De deputando ponderatores panis, ponderent illum domini syndici et non alii, de die in diem, si possibile sit.

De dominabus Sancte Clare, visitetur adhuc hodie locus si sit possibile et imponatur finis negotio earundem.

De capite de Bertellier, domini syndici vadant ad dominum vicarium et eum requirant quod faciat sumi informaciones ne per inherciam jurisdictionis domini episcopi ledatur<sup>1</sup>.

<sup>1</sup> D'après la relation de la mort de Berthelier apportée à la diète de Baden du 2 septembre 1519 par les députés fribourgeois, le corps du supplicié fut pendu au gibet [de Champel] et sa tête clouée au-dessus (E. A., t. III 2, p. 1190). Cette procédure est conforme à l'usage du temps. (Voir ci-dessus, p. 37, 47 et n. 2; et *Procès criminels*, n° 200.) — D'autre part Bonivard, qui était absent de Genève au moment de l'événement et n'en écrivit le récit que vingt-cinq ans plus tard, dit que Berthelier fut condamné « à avoir la teste coupée et son corps estre mis au gibet de Champel, et sa teste en Plain Palais »; il ajoute que le bourreau « porta la teste et le corps aux lieux deputez par le juge » (*Chroniques*, t. II, p. 186 et 187). Le manuscrit autographe des Chroniques conservé aux Archives d'État contient un texte plus développé de ce dernier passage: « Si fut mené le corps en Champel où y fut pendu au gibet, et sa teste où avoient estees paravant celles et les quartierz de Navis et Blanchet », c'est à dire devant Notre Dame de Grâces (variante du Ms. hist. 136: t. II, p. 190; cf. R. C., t. VIII, p. 258-259). — La version des Fribourgeois n'est pas inconciliable avec celle de Bonivard, si l'on suppose que la tête de Berthelier fut transportée du gibet de Champel au pont d'Arve, où elle se trouvait au bord de la principale route qui conduisait de Genève en France et en Italie. Elle a certainement été placée là, car cela résulte d'un passage de l'interrogatoire de Cartelier, que Galiffe a rendu en ces termes: « Il [Cartelier] a su la mort de Ph. Berthelier, et que sa tête avoit été attachée à un poteau au pont d'Arve... » (*Matériaux*, t. II, p. 252; 19 décembre 1526). Cette exhibition des restes de Berthelier, qui assimilait leur bourgeois à un vulgaire malfaiteur, contribua à exciter la colère des Fribourgeois. L'un des articles qu'ils présentèrent à la diète de Soleure du 28 octobre 1519, contre le duc de Savoie et l'évêque de

Fiat mandatum nobili Michaeli Nergua ut solvantur illi duo floreni pro jure suo computorum no. Ludovici de Lestelley anni millesimi quingentesimi decimi septimi, de quibus non fuit satisfactus quia erat pro civitate extra civitatem. — (*Mandatum habet.*)

Fiat mandatum thesaurario ut solvat e. Francisco de Leamon, Michaeli Nergua et Anthonio de Fonte ac<sup>1</sup> [Francisco Cartellier], auditoribus computorum, pro eorum stipendiis computorum dicti de Lestelley pro anno millesimo quingentesimo decimo nono, de summa octo ff. — (*Mandatum habet.*)

Fuit conclusum ut dentur et solvantur n. Girardino de Rippa, Michaeli Nergua, Anthonio de Fonte et Johanni Migerandi, auditoribus computorum commendabilis Petri Gaii, olim et novissimi thesaurarii hujus civitatis, videlicet Michaeli Nerga vj ff., Anthonio de Fonte quinque floreni, eo quod majorem penam habuerunt in eisdem computis, et dicto Girardino tres ff., et dicto Migerandi ij ff. — (*Mandatum habet.*)

Genève, est ainsi conçu : « Zü dem andern, so wollen wir das unser burger Bertiler den gemelter herzog und bischof an [ohne] alle recht und billikeyt haben lassen richten, abgehengkt und begraben und bestattet werde als ein biderman der er gestorben ist. » (Arch. d'État de Soleure, *Abschiede*, vol. IX, annexe au recès du 28 oct. 1519.) La diète fit sienne cette réclamation. Par l'une des clauses de la sentence arbitrale qu'elle rendit alors, et dont Valerius Anshelm a inséré un extrait dans sa Chronique (éd. Berne, 1884-1896, t. IV, p. 356), les confédérés se faisaient forts d'obtenir du duc et de l'évêque que, sans préjudice des droits des parties, le corps de Berthelier fût descendu du gibet et enseveli en terre sainte, et sa tête de même (« das der genant Berttilier...ab dem galgen genommen und in das gewyacht, dessglichen das haupt bestattet solle werden », Arch. d'État de Soleure, *ubi supra*, et Arch. d'État de Berne, *Allg. Eidg. Abschiede*, vol. 1519-1520, p. 463). Mais comme les Fribourgeois refusèrent de souscrire à cet accord, la clause mentionnée ci-dessus resta lettre morte.

Parlant de la dépouille mortelle de Berthelier, Bonivard dit encore (variante du *Ms. hist.* n° 136. t. II, p. 190) : « Son corps fut illec [au gibet] consommé, sa teste certaines années après fut abbattue par aucuns compaignons de Fribourg qui alloient à la guerre et ensevelie en terre benoiste, car ceux de la ville ne l'eussent ousté faire. » C'est sur ce dernier fait que le conseil de la ville fut appelé à discuter le 27 août 1521. Et c'est à ce même incident qu'a trait la question posée à Cartelier, l'un des syndics de 1521, dans l'interrogatoire dont nous avons parlé (Galiffe, *ubi supra*). Après avoir reconnu que la tête de Berthelier avait été attachée à un poteau, au pont d'Arve, Cartelier ajoute qu'on l'en avait ôtée « pour la porter ailleurs, il ne sait qui, ni où »; il ne se souvient pas d'avoir pris des informations contre ceux qui l'ont enlevée. Galiffe a inféré avec raison de cette réponse que les auteurs de l'enlèvement devaient être des amis de Berthelier. Le fait que des soldats fribourgeois se trouvaient en grand nombre dans les levées suisses qui traversèrent Genève entre le 10 et le 20 août 1521 rend très vraisemblable la tradition rapportée par Bonivard. Nous ignorons s'il fut donné suite à la demande d'enquête formulée alors en conseil. Mais le registre du 23 août 1526 précise l'un des faits que Cartelier feindra d'ignorer, on ne sait trop pourquoi. Ce jour-là, plus de cent citoyens viennent demander au conseil de commémorer la mort de Berthelier et proposent que les syndics et citoyens se rendent en procession à l'église de Notre Dame de Grâces, où est inhumée la tête de Berthelier. Ainsi, après être restée exposée deux années entières à toutes les intempéries et aux regards des passants, la tête du premier martyr de l'indépendance genevoise trouvait enfin un asile dans l'église des Augustins, par les soins de soldats fribourgeois demeurés fidèles à la mémoire de leur héroïque combourgeois. Voir L. Blondel, *Les faubourgs de Genève au XV<sup>e</sup> siècle*, dans M. D. G., in-4°, t. V, p. 54 et 55; et A. Callet, *Philibert Berthelier* (Paris, 1892, in-8°), p. 64.

<sup>1</sup> Le nom est en blanc; il se trouve dans *Finances M*, n° 18, année 1521, fol. 32, mandat n° 96.

Thesaurarius tenebitur tenere computum de equo empto per Michaellem Nerga, empto nomine communitatis dum ivit Lausanam, qui inde fuit venditus dicto Bessonnet pretio duodecim scutorum auri cigni regis ad solem.

(*Relatio.*) — Operarii dederunt relationem scripto de differencia domus Michaelis Nergua, ex una, et nobilem Georgium Ginodi et Ludovicum Marqueti.

(18) *Veneris penultima augusti.* — Montyon, Cartellier, Lestelley, Orsieres pro Aquinea; — P. Versonay, Danel, A. de Versonnay, Lunes, Curt, Prepositi, Megex, Magistri, Leamon, Nergua, Fonte, Pichon, Navis, Rosseti.

Venit quidam, parte capitanei Rochellyt, conducentis tercentum armigeros quos peciit hospitari.

Fiat mandatum Michaeli Nergua de undecim ff. quinque grossis et sex denariis. — (*Mandatum habet.*)

(*De clavario Monaton.*) — De edificio fiendo per egregium clavarium Monatonis prope Frontonay, fuit conclusum ut domini sindici cum consulibus adhuc ibunt visitare locum predictum et quod citra prejudicium communis fient possibilia servicia.

De paupere patisserio cui fuerunt levate rioste, fracie et eciam panis, quia pauper, fuit conclusum restituantur sibi (restituantur) riote et fracie et panis, dempto ad summam iiiij<sup>or</sup> aut quinque solidorum que erogetur pauperibus, et det aliquid vigillibus.

De dominabus Sancte Clare, fiat diligentia possibilis ad habendum a vicinis negocii fiendi peccunias pro faciendo ipsum opus; et inde fiant obsequia pauperibus sororibus possibilia.

(*De Johanne Ruffi.*) — Quia Johannes Ruffi, excofferius, exposuit sicuti nobilis dominus Terralium locumtenens domini vicedompni et officarii vicedompnatus assignaverunt eum in castro Insule, asserendo fecisse magistratus et impediendo quandam mulierem asserentem unum banchum in loco Longemale in locagium, ex quo ipse permictere noluit ut illa mulier nil poneret in illo, cum ejus filiaster illud in locagium teneat, qui nunc est absens a civitate et habet certas mercancias in illo; nituntur illum coherceri ad respondendum eciam ad solvendum introgium carceris, que sunt contra franchisesias; et pariter magis dixit quod ivit ad bancham vicedompnatus et pecierunt [peciit?] sibi dari partem denunciante quam noluerunt dare; fuit conclusum in presencia ipsius domini Terralium et Buctini quod non cogatur ad respondendum nisi sit pars denunciants, nec eciam eum compellant ad solvendum aliquod introgium.

De Johanne Balli et Plonjon, ad Martis.

De negotio Nergua contra Ginodi et Marqueti ad idem, ad Martis.

(*Burgensis.*) — Johannes Liffort, de Thononio, mercator, habitator

Gebenn., parrochie Magdalenes, fuit admissus in burgensem mediantibus tribus scutis auri ad solem cigni regis.

*Martis, tercia septembris.* — Montyon, Lestelley, Orsieres pro Aquineaz; — Danel, A. Versonnay, Curt, Fernex senior, de Ulmo, Frojon, Pichon, Leamon, Nergua, Prepositi, Navis, Magistri, Rosseti.

*(De capitaneo regio.)* — Venerunt capitanei de Sanphusa et Rossetus de Roffeville et proposuerunt, organo dicti Rosseti, quod fuerunt missi, sicuti ceteri qui per hanc civitatem transitum fecerunt, ex Liga in auxilium regis a suis superioribus et adventus eorum tradavit<sup>1</sup>, tamen sunt mi[s]si per eorum superiores ad serviendum regem Francie et jam expectarunt in hac civitate soluciones suorum stipendiorum quatuor diebus, et deffectu thesaurarii regii sodales eorum non (19) potuerunt nec possunt suis satisfacere hospitibus, quo fit ut sunt aliqui qui in pignus acceperunt gladios illorum, unde requisierunt per civitatem et communitatem mutuam sibi fieri de summa quinque centum scutorum auri cigni regis ad solem et se obtulerunt illos restituere civitati infra quindecim dies, et pro premissis sibi dari pecierunt unum quem communitas sive consilium duxerit eligendum ad solvendum et restituendum dictos quingentos scutos, seque obtulerunt dare in hotagium unum vel duos ex suis magis apparentibus quos duxerint nominare, et si fiat sibi mutuam premissam, ex illis peccuniis sive scutis satisfaciant hospitibus; et petebat sibi fieri mutuam dictus capitaneus de Sanphusaz, organo dicti Rosselleti, de tercentum scutis et dictus Rosselletus de ducentum scutis. — *(Conclusio.)* — Qua proposita sic facta, fuit eisdem dictum quod ea que proposuerunt in deliberatione consilii ponerentur et fieret ipsis responsio horum que hoc in negotio concluderentur. Quequidem conclusio, post ipsorum capitaneorum exitum a presente aula et consilio, quod premissa communicarentur et dicerentur per dominos syndicos domino vicario quem etiam rogatum facerent, actenta negotii arduitate, illico post prandium consilium episcopale congregare faceret.

*(Mandatum.)* — Fiat mandatum Michaeli Nergua de solvendo summam sibi debitam per communitatem, actenta oblacione per eum facta de illam iterum exponendo in auxilium et subvencionem pauperum hospitalis pestilentialis.

*Eadem die Martis, post prandium.* — Consilium in quo fuerunt petiti, ultra consilium quinquagenarium, magis apparentes hujus civitatis. — Monthion, Lestelley, Orseries loco Aquineaz; — P. Versonney, Curt, Fernex senior, Fornerat, H. Fabri, Frojon, de Ponte, Leamon, Pichon, Fernex junior, Magistri, Rosseti; — Plonjon, P. Grassier, Ludovicus Curteti, Jo. Vudon, Franciscus de Fosses, Andreas Chabodi, Robertus Fore, Franciscus Suchardi, Mermetus

<sup>1</sup> Lisez: tardavit.

de Ulmo, Jo. de Pileo Rubeo, Petrus Fabri, P. Rosset, Girardinus de Rippa, Michael de La Doey, Georgius Lec, Jo. Migerandi, Georgius Patri, P. de Mollario, Jo. de Mara, P. Poterelli, Aymo Julliard, Jo. Sept, Ste. Chapuisii, Jo. Ruffi, Jo. Testuti, G. Bessonnet, dictus Pellouz, magister Philibertus marescallus, Jullianus Pougini, Regis cl[er]icus de Sancto Gervasio, Peronetus Joly, Henricus de Ravorea, Nycolaus Alliodi, P. Chatel, P. Servelli, Anthonius Folly, Humbertus du Roverey, Franciscus Christini, P. Coppeti, Ny. Myo, Nycodus de Villario.

Exposuit nobilis Ludovicus de Lestelley quod, pro negotio exponendo inferius mencionato et etiam in precedente consilio, fecerunt ymo et preceperunt ipsi syndici ut vigilles, unacum consiliis ordinario et quinquagenario, pro indempnitate civitatis irent hostiatim petitum magis apparentes et eis facerent preceptum ut venirent, qui inferius nominati petiti per vigilles, ut retulerunt, venire tanquam inobedientes recusarunt. Et enarrata petitione per ipsos capitaneos retronominatos facta, iterum exposuit sicuti ipsi syndici, sumpto prandio, iverunt ad consilium episcopale in quo iterum narrarunt petita per ipsos capitaneos retrospectos, et quod illis auditis domini de consilio episcopali concluderunt quod domini syndici facerent remonstraciones ipsis capitaneis, onerum et debitorum civitatis, potissime sumarum que debentur ex mutuo dominis Alemanis particularibus; et ea causa ut satisfaceret illis et popularibus qui victualia ministrarunt, ipse peccunie acomodate ab eisdem magnificis dominis Alemanis, ex quibus annuatim de censa solvuntur centum scuta auri et ultra, deffectu peccuniarum et ob illarum carrenciam<sup>1</sup>; et quod ceteri armigeri magnificorum dominorum Ligarum qui hiis novissimis diebus transitum fecerunt per hanc civitatem cum magna tranquillitate et mansuetudine resederunt in hac civitate et suis hospitibus ad onguem satisfecerunt, sic quod omnes populares etiam et hospites de illis contenti fuerunt et contentantur. Et ea causa fiant illis supplicaciones ut, sicut ceteri eorum confederati fecerunt, satisfacere velint eorum hospitibus. Et si, a casu, contradicerent satisfacere, quod illis dicatur (quod) quod omnia gerenda et contradiciones communicabuntur magnificis dominis Ligarum, eorum superioribus iij<sup>or</sup> villarum. Et dum premissa sic exponerentur, venit forreriis istorum nunc existentium in hac civitate, associatus uno qui tradidit unam licteram missivam mandatam per Anthonium Lamet<sup>2</sup>, in qua fiebat mencio quod, ex quo isti moderni capitanei non venerant eo tempore quo ceteri venerant, (20) dominus de Reaux non pretendebat ipsos modernos capitaneos cum eorum societate venire. Super quibus fuit conclusum quod conclusio episcopalis remaneret et ipsis capitaneis refferent domini syndici eandem conclusionem,

<sup>1</sup> La phrase paraît inachevée.

<sup>2</sup> Antoine de Lamet, ambassadeur extraordinaire du roi de France, se trouvait alors à Berne avec mission de lutter contre les influences antifrancaises. Voir E. Rott, *op. cit.*, t. I, p. 248 et s.

que relata fuit. Qua facta, applicuit unus regius thesaurarius cum auro ex quo fuerunt contentati ipsi capitanei cum eorum societate.

Super omnibus premissis fuit data potestas consilio ordinario super hiis procedendi et concludendi ut melius fieri poterit, assistentibus et consulibus.

Relatio facta per Petrum (Petrum) Mariglerii et Humbertum Trenchent, vigilles mandatos parte nobilium sindicorum ut venirent hora meridiei ad hanc Domum. Qui petiti fuerunt ut sequitur et tamen non venerunt, exceptis descriptis supra.

Et primo Beczansonus Hugonis, in ejus personam;  
 Henricus Pollerii, in personam sue uxoris;  
 P. Pollerii, in personam sue ancille;  
 Glaudius de Castro Novo, in ejus personam;  
 Dyonisius Dadaz, ut supra;  
 Jo. de Mara, ut supra;  
 Jo. Fabri;  
 Ste. de Mara;  
 Jo. Ludovicus Ramelli;  
 Jo. Malbosson, in personam sui servitoris;  
 Ludovicus Plonjon, in personam propriam;  
 Benedictus Gynodi, per n. Ludovicum Lestelley;  
 Dominicus Varambert, in personam servitoris;  
 Jaqueminus Bel, in personam sue ancille;  
 Michael Sept, in personam propriam;  
 Jo. de Pileo Rubeo;  
 Jo. Philippi, in personam sue matris;  
 Georgius Vandelli, in personam propriam;  
 Jo. Bordon, in propriam personam;  
 Girardinus de Rippa;  
 Jo. Balli, in pro[pri]am personam.

*Veneris sexta septembris.* — Montyon, Lestelley, Orsieres pro Aquineaz; — P. Versonnay, A. Versonnay, Curt, Lunes, Frojon, Leamon, Fonte, Pichon, Navis, Magistri, Rosseti.

Georgius Lec fuit contentus supersedere in causa quam habet contra Johannem Balli, de Mara et alios in curia metropolitana, hinc ad proximum festum Omnium Sanctorum.

De altaristis Sancti Germani, qui citari fecerunt auctoritate apostolica ad hodie heredes Johannis de Retro recognituros quoddam curtile situm in Areneriis, sciatur ab eis si velint se transferre super locum ut videatur differentia et concordetur; et interim deffendat communitas ipsos de Retro.

De vino novo, ad Martis.

De Luquino de Pane, dicatur ei quod non sunt peccunie et quam primum erunt illi satisfiet.

*(Mandatum.)* — De quictono pestilenciali, fiat mandatum Corna de quinquaginta ff.

*(De filia Bulliffroz.)* — De filia Bulliffroz que querimóniam emisit contra Bucleri, qui sua auctoritate intravit domum ipsius filie sitam in Burgoforis, et nemo venit sua possessione privandus, que requisit observari franchesiam qua cavetur nemo venit sua possessione privandus, vadant domini syndici ad dominum vicarium et convocetur consilium et provideatur via juris.

De Plonjon, Baudi et de Mara, ad Martis.

*(De pignoribus levatis.)* — De pignoribus levatis hospitibus, loquatur dominus Terralium ut restituantur, et si recusaverit, vadant domini syndici ad dominum vicarium et eum requirant quod restituantur ipsa pignora.

(21) *Martis decima septembris.* — Cartellier, Lestelley, Aqueneaz; — Danel, Orsieres, H. Fabri, Pichon, de Ulmo, Leamon, Nergua, Navis, Magistri, Fonte, Frojon.

*(Burgensis.)* — Jacobus Cloye, de Comba Boegii, excofferius, parrochie Sancte Crucis, admittitur in burgensem mediantibus viij ff.

*(Burgensis.)* — Martinus filius quondam Glaudii Girodi, parrochie Mure, excofferius, nunc parrochie Sancti Gervasii, admittitur in burgensem mediantibus viij ff.

Fiat mandatum relicte Mossieri. — *(Mandatum habet.)*

*(De d. Sancte Clare.)* — De dominabus Sancte Clare, petantur vicini muri Sancte Clare et sciatur ad quid volunt contribuere aut ad quid possint ascendere quote eorum edificii fiendi, et scito concludetur.

De Petro, patisserio, fiat illi quictancia generalis, quia satisfecit.

De Baudi et aliis, ad Veneris.

De vino novo, ad Veneris.

De edificio Monaton, visitetur iterum.

De Stephano Chynuti qui injuriam intulit Glaudio de Cresto, veniat et, genibus flexis, petat veniam illu. d. episcopo et nobilibus sindicis et consilio.

De differentia feudorum Sancti Germani et civitatis, visitetur locus, Veneris.

De magistro Philiberto, marescallo, qui petebat sibi satisfieri de xxxiij solidis quos asserebat sibi deberi per armigeros Alemanos ultimate, nichil solvatur, propter consequenciam.

*Veneris xiiij septembris.* — Montyon, Cartellier, Lestelley, Aqueneaz; — P. Versonnex, Danel, Orsieres, H. Fabri, Fornerat, Navis, Megex, Magistri, Frojon, Bovier.

De Monathon, vadant domini syndici cum consilio ordinario super loco, Lune mane.

De differentia civitatis contra altarienses Sancti Germani, fiat suppli-

cacio arti[cula]ta et inde examinetur ad futuram rei memoriam, et vadant Martis syndici super loco [cum] consilio ordinario.

De Hurrico Embler, requiratur quod expectet usque ad proximum festum Sancti Michaelis et tunc illi satisfiet, qui fuit contentus.

De dominabus Sancte Clare, habito majori numero consulum, advidebitur quid illis erit donandum, et concludetur et perficietur negotium.

De forreriis armigerorum, dentur illis pro stipendiis duodecim floreni inter se dividendi. — (*Habet.*)

De vino novo, notificetur consilio episcopali precium apponendum.

De Girardino de Ripa, qui dedit rotulum in quo fit mencio de certis faroctis per eum libratis, tempore quo per certos particulares fiebant certe processiones nocturnales, nichil illi solvatur, insequendo conclusionem alias factam. De residuo contentorum in illo, fiat mandatum. — (*Habet.*)

(22) *Lune xvij septembris.* — Montion, Cartellier, Lestelley, Acquenez; — P. Versonnay, Danel, Orseries, H. Fabri, Fornerat, Navis, Megex, Magistri, Frojon, Bovier.

De vino novo, fiant cride ne vendatur quarteronus vini novi, hinc ad proximum festum Sancti Martini, ultra unum grossum.

De detento, vadant hora meridiei nobiles syndici cum consulibus ad Insulam et inquiratur in personam detenti, more consuetudinario.

De reverendissimis dominis episcopo Gebenn. et domino Sancti Glaudii, rescribatur utrique ipsorum de prosperitate civitatis, requirentes ut velint venire, precedentibus humilibus recommendacionibus.

*Martis xvij septembris.* — Montion, Cartellier, Lestelley, Aquenez; — P. Versonnex, Danel, Orsieres, Fernex senior, Bovier, Leamon, Pichon, Navis, Megex, Magistri, Frojon, Rosseti, Fonte.

Ad causam processonis de proximo fiende pro pace et prosperitate illustrissimi domini ducis, remissum fuit consilium ad horam meridiei in Insula, pro examinando detentum, et ibidem conclusum loqui de agibilibus; et non solvantur solidi hic sed in Insula his qui adstabunt.

De paupere magistro scholarum Rome, depredato, dentur illi duo testoni.

*Eadem die Martis xvij septembris, hora meridiei.* — Cartellier, Lestelley, Aquenez, Fonte loco Montion; — Danel, Orsieres, Fernex senior, Nergua, Fernex junior, P. Joly, Leamon, Pichon, Navis, Magistri, Rosseti.

De dominabus Sancte Clare, apponatur finis Veneris.

De Monaton, si possibile sit, vadant syndici cras cum consulibus.

*Veneris xx (prima) septembris.* — Montyon, Lestelley, Orseres pro Aquenez; — Curt, Megex, Magistri, Frojon, Lunes, Leamon, Pichon, Navis, Fonte, Rosseti.

De rutisseria ale, dentur ille lavones arbitrio contorollatoris et fiat separacio cabareti sumptibus civitatis.

De dominabus Sancte Clare, ad Martis.

Detur Biolesii unus scutus auri, tam pro dictamine articulorum, copia illorum mand[atorum], inclusis v solidis per eum exbursatis in visitando Arenerias cum commissario. — (*Mandatum habet.*)

(*Recepit Boulet.*)

(23) *Martis xxiiij septembris.* — Montion, Cartellier, Lestelley, Orsieres pro Aquenea; — P. Versonnay, Curt, Fernex senior, Magistri, Bouvier, Leamon, Pichon, Navis, Fonte, Megex, Frojon, Rosseti.

De dominabus Sancte Clare, vocetur consilium L et dicatur Varamberti quod domine Sancte Clare faciant preparaciones pro negotio ipsarum dominarum, pretextu evacuacionis pluviarum sive aquationum dampnificancium muros earumdem, et dica(n)tur illis quod infra xv dies vocabitur ipsum consilium in quo fiet conclusio doni gratuiti illis fiendi.

De Johanne Balli et aliis, ad octo.

De vino Biaune tradito civitati per syndicum Cartellier et P. Joly, solvantur cuilibet ipsorum iij<sup>or</sup> solidi pro singulo carterono vini civitati tradito et per communitatem donato ambassiatoribus Alemanis.

De detento, completis et fluxis octo diebus sibi statutis ad suas faciendum deffensiones, procedatur via assueta et observato ritu hujus Domus an[ti]quitus servari solito, et fiat bona justitia et compleatur processus per officarios vicedompnatus infra ipsum tempus.

Quia habilitati supplicarunt augeri numerum triginta solidorum per communitatem elargiri assuetorum dominis ecclesiasticis in quibuscumque Quatuor Temporibus de uno solido pro Quartis Temporibus, non interrumpatur ordo antiquus, sed ille in suo remaneat esse.

De Michaeli Nergua, qui contradicit venire ad consilia donec aliter sibi fuerit satisfactum de pena sumpta per eum dum ivit Lausannam missus ad ambassiatores Theotonicos, nichil fuit conclusum.

Quia dicitur sunt certi tenementarii feudorum civitatis existencium in suburbio et terralibus Sancti Gervasii, propter que terralia asserunt valde diminutas eorum possessiones, unde pecierunt detrahi de censa id quod fuit dampnificatum, remittitur ad consilium L.

Fiat mandatum Glaudio Bessonet de summa xxiiij [ff.] sibi debitorum, ut in libro civitatis<sup>1</sup>. — (*Mandatum habet.*)

*Veneris xxvij septembris.* — Montion, Cartellier, Lestelley, Orseres locumtenens Aquenez; — Fornerat, Bovier, Curt, Navis, Leamon, Fonte, Pichon, Megex, Magistri.

<sup>1</sup> *Bourgeoisie A*, n° 2, fol. 55.

De Johanne Ludovico Ramelli, graciosè dicatur ei quod velit adhuc modicam pacienciam habere de consequendo debitum suum, cum non sint peccunie<sup>1</sup>.

De magistro Johanne Vincencii, vadant [d. sindici] ad r. dominum vicarium apud quem faciant instanciam et supplicacionem ut revoce(n)tur injunctio facta per dominum locumtenentem domini vicedompni ipsi magistro Johanni super expensis processus agitati coram ipsis dominis sindicis inter ipsum magistrum Johannem ex una et Johannem de Alingio ex alia, cum non licuit eidem locumtenenti talem taxam sive injunctio(n)em facere, sed dumtaxat ad ipsos dominos syndicos<sup>2</sup>.

Processus agitatus in favorem dicti magistri Johannis coram ipsis nobilibus sindicis contra dictum Johannem taxetur per Megex, Magistri et Biolesii, quibus committitur taxa.

De detento, vadant ad consilium episcopale(m) et portetur copia allegacionum factarum per dominum de Lestelley, suppresso nomine et cognomine ipsius advocati, et illa monstretur in consilio episcopali, et ipsi consilio episcopali detur intelligi materia citra exhibicionem processus in alicujus consilii episcopalis [presentia] exhibit[i] sive exped[it]i<sup>3</sup>.

(De R. Monaton). — De clavario Monaton, vadant iterum domini sindici super loco contencioso, associati tribus aut quatuor, et petantur jurati et quatuor aut tres lathomi et visitetur locus, et per illos fiat relatio in Domo civitatis; scilicet petuntur Martellet, Jo. Spatule et Jacobus Rosselli.

De arreragiis, petatur consilium quinquagenarium.

De rotulis factis et fiendis occasione horum que debentur ut in libro civitatis, jurent asserentes debere gabellatores, et eciam gabellerii quod sibi debentur per petentes sumam predictam, quas petent; alias non fiant mandata<sup>4</sup>.

(24) *Martis prima octobris* fuit tentum consilium ordinarium in Insula. — Cartellier, Lestelley, Orsieres pro Aquenea, Fonte pro Montion; — P. Versonay, Fernex, Pichon, Navis, Frojon, Leamon, Danel, Curt, Rosseti.

Exposuerunt Jocosa, relicta magistri Ludovici, ollerii, associata quatuor mulieribus honestis et vicinis suis, sicut Aymo Planchent, olim crida, est ruffianus filie sue et tenet lupanar in eorum carreria et in domo dicti Cadodi; pecierunt illum expelli. Fuit conclusum quod sumerentur informaciones et, sumptis, instarent apud r. dominum vicarium sive vicedompnum

<sup>1</sup> Il avait prêté à la ville 200 écus (*Bourgeoisie A*, n° 2, fol. 43 v°).

<sup>2</sup> Sur ce procès, voir ci-dessus, p. 86 et 92.

<sup>3</sup> Procès de Pierre Mestral, de Vouvray-en-Michaille (Ain), couturier, habitant de Genève, prévenu de vol, de viol et d'empoisonnement, détenu dès le 16 septembre: *Procès criminels*, n° 209, où se trouvent, entre autres pièces, deux avis de droit de Louis de Lestelley et les actes relatifs à l'intervention du vicaire épiscopal, dont il sera question le premier octobre, p. 113. La sentence fut rendue le 31 octobre (ci-après, p. 124).

<sup>4</sup> Phrase peu claire.

expelli illum a vicinia et fiat de illo patre justicia, quatenus constet ipsum esse maquerellum sive ruffianum filie sue.

De detento, quia fuerunt exequute quedam lictere citacionis per alterum clericorum de Porta contra ipsos nobiles syndicos, in quibus continetur clausa inhibitoria, vadant ad r. dominum vicarium et instent et supplicent ipsas licteras revocari, et si noluerit illas revocare, fiat cedula appellatoria et ab illarum decreto appelletur. Et dicatur ipsi domino vicario quod ea causa mandabunt ambassiatam, et querimoniam apud illum facient quod causantibus eisdem licteris non possunt ministrare justiciam, que premissa non sunt de mente illu. et reverendissimi domini nostri episcopi, nec eciam reverendissimi domini Sancti Claudii, ejus coadjutoris, a quibus respective habent in mandatis fieri et ministrari bonam justiciam.

(De processu Gueynerii et plexorum.) — De processu criminali Gueynerii et alterius plexorum in Champello, dicatur procuratori fiscali quod veniat ad Domum communem civitatis et sibi demonstrabitur, et si velit habere duplum ipsius processus in toto vel in parte, illud sibi dabitur, non tamen exeat processus eandem Domum communem.

De domino de Lestelley, dentur illi duo testoni pro allegacionibus suis.

*Veneris quarta octobris*, in conventu Fratrum Minorum. — Cartellier, Lestelley, Orsieres locumtenens Aqueneaz, Fonte locumtenens Montion; — P. Versonnay, Danel, Pichon, Navis, Magistri, Frojon, Rosseti, Megex, Leamon, Fernex senior, A. Versonnay, H. Fabri, Bovier, Fornerat.

De detento, fiat justicia et vocetur consilium quinquagenarium ad Lune.

De magistro Stephano qui cepit certos potos in domo detenti, informet se domini sindici de captione ipsorum potorum et inde fiat justicia.

De Monaton, dentur illi lapides ruppis in mutuuum et teneat computum contorollator de numero illorum, et illos restituat hinc ad carnisprivium.

De Roget, visitetur locus et petantur vicini.

(De de Porta.) — De de Porta, fiant per secretarium articuli sive capitula, lingua materna, de enervacione franchesiarum et illa apportet in consilio ordinario et legantur ibidem, et inde fiat justicia horum que concernunt communitatem.

De terminatoribus qui terminaverunt commune econtra predium dicti Monaton, dentur illis, ultra expensas factas, duo floreni.

De instrumento judicii registrato ad opus communitatis contra Jolyti et Buctin, solvat laborem thesaurarius secretario, et inde petatur illius merces ab illis.

(25) *Dominico sexta octobris*. — Cartellier, Lestelley, Orseries pro Aquenea, Fonte pro Montion.

(De Lec et ceteris.) — De Lec et ceteris, conclusio actenus facta remaneat

et roboris firmitatem obtineat, actamen supersedeat in causa Viennensi contra olim syndicos usque ad adventum r. domini nostri episcopi.

De dominabus Sancte Clare, petatur ad Martis consilium quinquagenarium.

(*De detento.*) — De detento, vadant domini syndici ad dominum vicarium et requirant illum ut revocet scripto licteras suas. Quod si recusaverit, dicatur illi quod congregabitur consilium quinquagenarium et quod in illo fuerit conclusum mandabitur ad illu. et reverendissimum dominum nostrum episcopum.

(*Contra de Porta.*) — De de Porta, videantur informaciones contra eum sumpte et redigantur per capitula gesta per eum, tam in enervacionem jurisdictionis domini nostri quam franchisesiarum, et illa apportentur Martis, legenda in consilio quinquagenario.

*Martis viij octobris.* — (*Consilium L.*) — Cartellier, Lestelley, Orsieres, Fonte pro Montion; — P. Versonay, Danel, Fernex senior, A. Versonnay, Curt, Bovier, Fornerat, de Ponte, Luquinus de Pane, P. Berteracti, Andreas Girardi, Girardinus de Ripa, Nantermetus Tissocci, Leamon, Fernex junior, Nergua, Fonte, Pichon, Navis, Megex, Magistri, Rosseti, Jo. Boysson, Roletus de Nanto, Roletus de Nanto suctor, G. Pitardi, A. Millanesii, Amedeus Reynaudi, Petrus Grassier, P. Fabri, Aymo Julliardi, Robertus Fore, P. Poterelli, Jo. de Pileo Rubeo, Philippus Bielon, P. Chatel, Jo. Vullet, Ste. Peccollat, Matheus Luciani, Oddetus Paqueti, Mermetus de Ulmo, Humbertus Bernard, Ny. Gentilis, G. Pensabini, Franciscus Suchardi, Gigneti.

(*Burgensis.*) — Johannes filius quondam Amedei Gay, de Sancto Germano in Semina, excofferius, nunc parrochie Sancti Gervasii, fuit creatus burgensis mediantibus viij ff.

(*De de Porta.*) — Exposuit nobilis Franciscus Quartellerii, consindicus, sicuti in consiliis pluribus ordinariis hiis retrofluxis diebus celebratis fuerunt lamentationes emisse contra Claudium de Porta, pretextu et occasione infractionum libertatum hujus civitatis, ex quibus visum fuit, licet nondum conclusum, quod deberet ipse de Porta privari burgensia; et ea de causa fuit conclusum in eodem ordinario consilio quod fierent capitula et illa redigerentur in scriptis lingua layca, et tandem illa legerentur per secretarium hujus communitatis coram consilio quinquagenario et lectis fieret conclusio per ipsum consilium, quorum quidem capitulorum tenor(es) sequitur ut infra:

« Entre les choses que se trosvent en la sainte escripture à Dieu nostre createur desplaysantes, est quant ilz y a en quelque cité ou bonne ville quelqu'on inobeyssant à son prince et seigneur et procurant le damage du bien publique. Et thyeulx perpetrant cas semblables sont dignes et meritent estre degepté du consorce des gens de bien comment la berbys infecte

du consorce et compagnie des aultres saynes. A cause de quoy, cy desoubz sont thouchées les causes et reysons par les quelles semble a mess<sup>rs</sup> les syndiques de ceste cité et leur honorable conseil ordinayre que ung nommer Glaude de Porta, borgoys de ceste ville et juré de la courz de mons<sup>r</sup> de Geneve, debje estre privé de ladicte bogeysie. Premièrement n'a point à ignorer ledict de Porta que quant ilz feutz admis et desputer borgoys de ceste ville<sup>1</sup>, promis et jura comment est de bonne coustume, sus les sayns evangilles, estre bon, loyal et feal à nostre tresreverend et nostre tresredoubté seigneur, mons<sup>r</sup> de Geneve et à ses successeurs et à mess<sup>rs</sup> les syndiques presens et advenir, et de procuré le bien et utilité de nostre prince (26) et parelllement de la ville, comment plus à playn est touché en sa borgoysie ensemble serment et promesse faictz quand ilz feutz admys et juré à la courtz de nostredict tresreverend seigneur.

Les quelles promesses et sermens n'az point observer comment cy apres s'ensuyt. Premièrement a procuré ledict de Porta envers nostre tresredoubté seigneur, mons<sup>r</sup> le duc de Savoye, obtenir lectres sus une supplication en la quelle à l'instance de Jaques Conte, citoyen de ceste cité, duquel il estoit procureur, voyant et entendant ledict Jaque Conte estre condampner par plusieurs sentences donnees par plusieurs juges desputés du Saint Siege appostolique, en laquelle, jasoyt ce qu'il scavoit bien ledict Jaques Conte et mons<sup>r</sup> d'Avullier estre tous deux cytoyens de ceste ville, ilz dysoit que ledict mons<sup>r</sup> d'Avullier avoet thiré ledict Jaques par cours prohibees contre le statut dominical, comment s'appert par les copies, qu'est chose fort exorbitante et contre l'autorité de nostredict tresredoubté seigneur, mons<sup>r</sup> de Gene[ve], et nous libertés et franchises<sup>2</sup>. Et lesdictes lectres fitz mettre az exequution contre ledict Francoys tant par ung nommer Seraphin que Pierre Sollerat et Pierre Glaudon, es queulx lesdictes lectres furent donnees par ledict de Porta pour mectre à exequution et les quelles lesdicts officiers, à la requeste dudict de Porta, exequutyrent tant en Avullier comment en Cornavyn, comment plus à playn appert par la deposicion et tesmonyage desdicts officiers. A cause de quoy et pour remedié audict affere, feutz dressé une ambassade de la part de la Meyson de ceans et ycelle mander à Chambéry, que feut une grosse coste au common de ceste cité. — Item plus ledict de Porta, non contant des choses dessudictes, estant detenu en ceste cité ung nommer Jeham d'Alinge pour cas de cryns<sup>3</sup> à l'instance de mestre Jehann Vincent, et pendant le pleyt entre lesdictes parties devant mess<sup>rs</sup> les syndiques comment juges des causes criminelles, ledict de Porta instaz et procura envers le magnifique conseil de Chambéry obtenir lectres contre Mess<sup>rs</sup> les syndiques pour laché ledict Jeham d'Alinge, veulliant usurpé la juridiction appartenante à nostredict tresreverend seigneur et à mesdicts

<sup>1</sup> Le 17 décembre 1510 (R. C., t. VII, p. 175).

<sup>2</sup> Sur cette affaire, voir R. C., t. VIII, p. 448-457 et *passim*.

<sup>3</sup> *Lisez*: crime.

seigneurs sindiques<sup>1</sup>. Et pour les quelles lectres obtenir donna le conseil ledict de Porta. Et furent lesdicts sindiques cité à Chambery, pour quoy feut expediant mander à Chambery es despens de la ville deux personages pour obtenir la revocation d'ycelles. Item plus, non contant desdictes indeheues perturbacions, ledict de Porta, estre donnee sentence par lesdicts seigneurs sindiques par la quelle ledict Jehan Vincent feut condampner, jasoit se que ledict de Porta sceust que la taxe desdicts despens appartenoit à mess<sup>rs</sup> les sindiques et non az aultre, a procuré fere assigné ledict mestre Jehan Vincent devant le lieutenant de mons<sup>r</sup> le vidompne, à l'instance dudict d'Alinge et de Plans, secretayre du vidompne, à voer taxé lesdicts proces; et a ledict de Porta comparu devant ledict lieutenant et a demandé et procuré estre taxés lesdicts proces, comment s'appert au registre dudict vidompne; et sus ladicte injuction az insté et donné conseil audict Jehan d'Allinge de obtenir lectres à Chambery placitoyres pour levé des biens dudict mestre Jehan, les quelles ont esté concedees sus ladicte taxe et injuction nullement fayte, contre la juridiction de mess<sup>rs</sup> les sindiques, et par la vigour d'ycelles ont esté levees audict mestre Jehan certaynes bestes au villaige, au nombre de doze. — Item plus ledict de Porta, estant ung plaît entre luy et mess<sup>rs</sup> les religieux de Saint Francoys az cause d'une possession assise es franchises de ceste cité et le plaît pendant, obtenyt ledict de Porta lectres et heut recort a Chambery, les quelles ilz fitz exequuter et mettre en ladicte possession (27) les penenceaux de mons<sup>r</sup> le duc en signe de saulve garde, que feut et est une grosse playe en ceste cité et grosse enervation de la juridiction de nostredict tresreverend et redoubté prince, mons<sup>r</sup> de Geneve, et de meheme une grosse playe à nous franchises<sup>2</sup>. — Item s'appert par informacion que ledict de Porta a desja tenu à potz et à feuz la relege de mestre Jehan Rogemont, justicié en Champel l'espace de sept [ans] ou l'environ<sup>3</sup>. — Item est à noter que mess<sup>rs</sup> les sindiques ont pluseurs foys exortés ledict de Porta de soy vouloir desister de plus fere theulles perturbacions et de bien vivre en ceste cité. Ce neanmens n'a point cesser de fere comment dessus, les quelles choses pluseurs foys ont estees expousees, devant le venerable conseil de mons<sup>r</sup> de Geneve, à mons<sup>r</sup> de Geneve, les priant de vouloer ministré justice. Les queulx ont respondu que de ce que à eulx touche commancant fere justice et que eulx, de leur costé, feront le semblable; pour quoy a esté adviser de reduyre les choses dessusdictes par escript et ycelles communiquer devant le present honorable conseil des cinquante pour ilz donner bon ordre et bonne provision.»

(*Conclusio.*) — Auditis dictis capitulis et intellectis per dictum honorabile consilium, actentis casibus enarratis in ipsis, fuit conclusum per ipsum consilium dictum Glaudium de Porta fore et esse privandum a dicta bor-

<sup>1</sup> Voir ci-dessus, p. 113.

<sup>2</sup> Voir R. C., t. VIII, p. 170, 171 et 182.

<sup>3</sup> En 1511; voir R. C., t. VII, p. 209 et *passim*; et ci-dessus, p. 78 et n. 4.

gesia et privilegiis ejusdem perpetuis temporibus, et quem privavit ipsum consilium et privat.

(*De dominabus Sancte Clare.*) — De dominabus Sancte Clare, dentur illis, pro elemosina et deffensione et reparacione suorum murorum et abstertione aquarum, viginti scuti auri cigni regis ad solem. — (*Habet mandatum.*)

De detento, dictum consilium quinquagenarium commisit consilio ordinario et dedit potestatem in eo negocio ut fuit conclusum per ordinarium consilium.

De arreragiis, dentur illa thesaurario, qui illa exigat et sibi satisfiat de sallariis ultra ordinariis, et committitur consilio ordinario quod provideat super omnibus; que quidem conclusio facta fuit in ausencia thesaurarii, et fuit dictum quod nemo intercedat pro aliquo debitore vel compulso per ipsum thesaurarium, quod si secus faceret, solvat pro eodem; et hec conclusio facta fuit licet talia debita arreragia nondum fuerint expedita nec cum concordia de mercede.

*Veneris xj octobris.* — Montyon, Cartellier, Lestelley, Orseries; — P. Versonay, Danel, Fernex senior, A. Versonex, Curt, H. Fabri, Joly, Fornerat, Leamon, Nerga, Fonte, Pichon, Navis, Magistri, Megex.

De detento, vadant domini sindici ad dominum vicarium et requirant eum quod revocet licteras de interim aut saltem mandet fieri justiciam; alioquin accipiant licteram testimoniam quod per eos non stat, revocatis licteris, procedere via justicie, et quod per eos non stat quyn faciant justiciam, revocatis licteris et cessantibus.

De arreragiis veteribus, exigat thesaurarius sumptibus civitatis et tamen ad Martis.

(*De fassinis.*) — De fassinis fiat crida ut vendantur in grosso ad xiiij solidos et in minuto ad xvj solidos.

De Roget, non detur commune.

De crida, ad Martis.

De detento, vadant sindici ad dominum vicarium et instetur revocari interim, alioquin emictatur protestatio quod per eos non stat.

(*De dominabus Sancte Clare.*) — De dominabus Sancte Clare, coadjuventur ad perfectionem operis compellendo compellendos ad contribuendum.

*Lune xiiij octobris.* — Montion, Lestelley, Orseries; — P. Versonnay, Danel, Fernex senior, Curt, Fabri, Bovier, de Ponte, Leamon, Fernex junior, Nergua, Pichon, Megex, Magistri, Navis.

Exposuit n. Ludovicus Montion sicuti ipse et Lestelley iverunt ad reverendum dominum vicarium et supplicationem illi fecerunt ut revocaret licteras et interim, alioquin nisi revocentur consilliarium noleba[n]t (28) ire ad Insulam metu censurarum; qui reverendus dominus vicarius dixit quod illas non revocaret aliter quam fecit, et tunc ipsi pecierunt testimoniales

a secretario civitatis quod per eos non stabat quyn ministraretur justicia; et tunc reverendus dominus vicarius remisit ipsos in consilio episcopale ad Lune et peiit testimoniales. Fuit iterum conclusum quod irent ad reverendum dominum vicarium et iterum peterent illas revocari in consilio.

*Martis xv octobris.* — Montion, Cartellier, Lestelley; — P. Versonnay, Danel, P. de Fernex senior, de Ponte, Nergua, Leamon, Fonte, Pichon, Navis, Magistri, Megex, Rosseti.

De relicta Birtillion, remictitur ad Martis.

De detento, vadant syndici ad consilium episcopale et petant testimoniales ad formacionem ipsius testimonialis petite.

De Testuti, rescribatur domino presidi sicut placuit dicere ambassiatoribus ad eum missis quod pretextu licterarum contra eundem Testuti factarum nichil ei fieret, et supplicetur ei ut revocari faciat novam citacionem cum penis.

De domina Chivalleria, fiat ei mandatum de vj scutis auri. — (*Mandatum habet.*)

(*Burgensis.*) — Glaudius filius quondam Stephani Morelli, parrochie de Bernex, nunc parrochie Magdalenes, sellerius, fuit admissus in burgensem mediantibus viij ff.

(*Burgensis.*) — Item Jo. ejus frater, sellerius.

(*Burgensis.*) — Jacobus Choderonis, filius quondam Glaudii Choderonis, parrochie Magdalenes, ex[c]offerius, effectus burgensis pro viij ff.

(*Burgensis.*) — Petrus filius quondam Francisci Romani, excofferius, de Magno Bornando, parrochie Magdalenes, (excofferius,) fuit admissus pro viij ff. — (*Habet.*)

Fiat mandatum fratri Bochuti<sup>1</sup> pro duobus scutis auri. — (*Habet.*)

*Martis predicta, vesperorum.* — Montion, Cartellier, Lestelley, Orsieres pro Aqueneaz; — P. Versonay, Fernex senior, A. Versonnex, de Ponte, Joly, Fornerat, Leamon, Nergua, Pichon, Magistri, Frojon, Fernex junior, Navis.

(*De sedandis civitatis differentiis.*) — Exposuit nobilis Ludovicus Montionis, consindicus, sicuti videtur pluribus personis quod, pro sedandis omnibus differentiis retroactis temporibus in presente civitate exortis, et ut civitas civesque, burgenses et incole ejusdem in primevos amores et dilectionem quam fraternalem reducantur, esse bonum vocare in hac Domo commendabiles Johannem Balli, Besansonum Hugonis, Dyonisium Dadaz, Johannem Philippi, Ludovicum Plonjon, Johannem et Petrum Malbosson, Glaudium de Castronovo, Jo. Tacconis et (hii) [hos] qui videbuntur vocandi. Qui fuerunt petiti per vigilles, tamen non reperti, exceptis Jo. Taccon et Plonjon,

<sup>1</sup> Amédée Bochut, tuteur des enfants de Roland Bochut (*Finances M*, n° 18, année 1521, fol. 33, n° 110).

qui venerunt et quibus fuit per eundem nobilem syndicum dictum quod consilium ordinarium proposuerat convivium ibidem facere et quos supra in illo appellare, in quo exponerentur turtures debite per admodiarios firmarum hujus civitatis; et ibidem loquerentur invicem de adventu illu. domine ducisse.<sup>1</sup> Fuit conclusum quod petantur ad Martis.

(29) *Veneris xviiij octobris.* — Montion, Lestelley, Aqueneaz; — P. Versonnay, Danel, A. Versonnay, Curt, Frojon, Ponte, Fonte, Pichon, Navis, Magistri, Megex, Rosseti.

Venit quidam magister scripture et chiffrarum ab oppido Sancti Claudii, qui missivam dedit qua supplicabat procurator r. domini Sancti Glaudii illum habere commendatum et providere de una domo; qua visa, fuit ei dictum quod ille provideretur et dirigeretur per nobiles syndicos ad rependiendum domum sibi propiciam.

(*Reparacio licterarum.*) — De detento, fuerunt lecte lictere revocatorie; quibus visis, fuit dictum quod si possent reffici et loco in quo dicitur « relatione spectabilis domini Glaudii Grossi », apponentur verba « ex deliberacione consilii episcopalis »; si minus eo modo quo jacent remaneant.

Restituantur porchi illi pauperi mulieri contemplacione egregii Leamon.

De Jo. Testuti, mictatur unus vigil sumptibus ipsius Testuti, qui portet licteram.

(*De tachio Sancte Clare.*) — De tachio et injunctionibus fiendis in negocio dominarum Sancte Clare, commictitur commendabili Nergua et egregio

<sup>1</sup> Les Genevois se préparaient à recevoir la visite de la duchesse de Savoie, Béatrice de Portugal, débarquée à Nice le 29 septembre (E. A., t. IV, p. 139d; V. Anshelm, *Berner-Chronik*, t. IV, p. 461; — ci-dessus, p. 71 n et 110). Nous publions ici le projet de crie qui parait avoir été rédigé à cette occasion. Sur la même feuille et à la suite de ce projet, se trouve un fragment de brouillard écrit de la main de Biolley et semblant se rapporter à la séance du conseil du 11 octobre 1521. Voici le texte de cette crie: « L'on vous fait à scavoer à toutes maneres de gens, de la part de tresreverend et nostre tresredoubté prince mons<sup>r</sup> de Geneve, de son vidompne et des prodhomes de la ville, que chescun soye tenu soy trouvé demayn et les deux jours ensuyvans en l'eglyse de mons<sup>r</sup> saintz Pierre, au son de la grosse cloche, à procession generale, et que chescun soye tenu ilz fere venir les petitz enfans et fillies vestus de blanc, en priand Dieu et sa glorieuse mere pour la prosperité et sainté de tresillustre nostre tresredoubté seigneur mons<sup>r</sup> le duc et la bien venue de nostre tresredoubtee dame et excellente madame de Savoye, son espousée, et toute la tresnoble meyson de Savoye, et, durant lesd. processions, que chescun doebge serré les buctique jusque après la procession, et se sus la peyne de iij s., sans grace avoer.

Item plus que tous compaignons arbelletiers, archiers et collovreniers soy debgent demayn trouvé ensemble et bien en poynct à tout thaboryns, mestriers et aultres joyeux instrumens, à l'eure de [en blanc], pour acompagné mess<sup>rs</sup> les sindiques, et que es places du Mollard, du Borc de Hors, de la Fusterie et devant Nostre Dame du Pont et aussy en la place de Saint Gerveys fere feulx de joye et dancier à chansons et instrumens, et faisant chiere joyeuse, et soy rejoysand de la bien venue de nostred. tresredoubtee dame. Et durant lesd. troys jours prochainement venant, que chescun seres les buctiques jusque à ce que la procession soye faite, et que chescun debje par tout le jourduy nectoyé chescun devant chié soyt, et se sus la peyne de troys sol, sans grace avoer. » (P. H., Suppl., n° 75.) — Ces préparatifs devinrent sans objet, l'entrée de la duchesse ayant été retardée jusqu'au 4 août 1523.

Leamon et requiratur ut faciant adimpleri opus dando tachium ut sibi videbitur.

De Plonjon et Balli et Beczansono, petantur ad Martis, eciam Stephanus de Mara.

*Martis xxij octobris.* — Montion, Lestelley, Aqueneaz; — P. Versonnay, Danel, Fernex senior, A. Versonnay, Curt, H. Fabri, Bovier, Joly, Orsieres, Fornerat, Leamon, Nergua, Fonte, Pichon, Navis, Megex, Magistri, Frojon, Rosseti.

De Hurrico Embler, qui peciit sibi mutuo tradere v<sup>c</sup> aut quatercentum carronos, illi tradantur cum promissione de restituendo infra proximum diem carnisprivi.

De detento qui sibi fregit brachium sinistrum, vadant domini syndici hora prima post meridiem ad Insulam, vocato prius consilio antequam in hac Domo.

(*De Jo. Balli et aliis.*) — De Johanne Balli et aliis nominatis in rotulo, iterum petantur ad horam primam post meridiem sex ex illis magis apparentibus et semper instetur apud illos in primevos amores, abtersis quibuscunque sinistris, ut omnes in unum et bonum et fraternalem amorem reducantur semotis quibuscunque; et illis exponatur jocundus adventus illustrissime domine ducisse et, si videatur quod amore ficto semoto velint adesse in convivio fiendo de turturibus debitis, invitentur ad Martis.

De illu. et reverendissimo domino nostro [episcopo] Gebenn., quia nobilis Guilliermus Aqueneaz illac est accessurus, rescribatur lictera missiva cum instructionibus que illi dentur.

(30) *Martis xxij octobris, hora secunda post meridiem;* — Montion, Lestelley, Acqueneaz; — P. Versonnay, Danel, A. Versonay, Lunes, Curt, de Ponte, Joly, Nerga, Pichon, Frojon, H. Fabri, Orsieres, Fornerat.

(*Petiti Mara, Baudi et alii.*) — Fuerunt petiti per Humbertum Trenchent, vigillum, de mandato sindicorum et consilii suprascripti, ad eandem horam, Stephanus de Mara, Johannes Baudi, Dyonisius Dadaz, Henricus Pollier, Beczansonus Hugonis, qui omnes fuerunt personaliter apprehensi per eundem Trenchent; eciam fuit petitus per eundem Johannes Tacconis in personam sui servitoris, ut retulit premissa idem Trenchent in conspectu prefatorum nobilium sindicorum et consiliariorum, qui, quamvis expectati usque ad horam secundam cum dimidia, non venerunt.

(*De preparacionibus fiendis pro jocundo adventu.*) — Et cum tales petiti non curaverunt venire, prefatus nobilis Ludovicus Montionis, consindicus, exposuit quemadmodum per ipsos nobiles syndicos et consilium non stabat quominus semotis quibuscunque sinistris omnes in veram amicitiam, pacem et tranquillitatem ac primevos amores res[t]uerentur et redigerentur, et adventus illustrissime domine nostre notificaretur et adverterentur omnes

de se preparando pro eodem jocundo adventu, more solito, eciam de illos ad convivium petendo et actrahendo; super quibus exortatus fuit omnes dominos consules quidnam hoc in negotio esset agendum et, visa inobediencia dictorum petitorum qui venire recusaverunt, fuit conclusum quod thesaurarius petat a firmariis peccunias pro turturibus debitis ad causam firmarum et loco illarum preparentur capones et fiat de neccessariis provisio, et inde convivium assistentes consilliarum<sup>1</sup> ordinarii consill(iar)ii fiat, et hec conclusio in scriptis redige(n)tur ne in futurum posset illis quicquam impropere per aliquem.

*Veneris xxvj [xxv] octobris.* — Montyon, Lestelley, Orsieres pro Aqueneaz; — Danel, A. Versonnex, Curt, Lunes, Megex, Fernex, Nergua, Leamon, Fernex junior, Fonte, Pichon, Navis, Magistri, Frojon, Rosseti.

(*Laudimium.*) — Fiat laudimium Glaudio de Ponte de medietate cujusdam grangie per eum empte in Scoreatorea, precio sexaginta ff., mediantibus vij ff. cum dimidio, salvis juribus thesaurarii, instrumento recepto per Nycodum Ruffi.

De vino, nichil concluditur.

De detento, syndici et consules vadant ad Insulam et visitetur.

De Gerdili, macellario, qui debet gabellam carniuum de Ulmo et qui propter fatuitatem suam fuit huc usque expectatus, solvat et ad solvendum compellatur.

Quia Anthonius Lec venit et requisit sibi fieri actestationem et ejus fratri et de Domonova, sub nomine quod civitatis sit imperialis, nulla fiat mencio quod sit civitatis imperialis, et, abjecta illa clausula, fiat, quoniam satis apparet de armis civitatis.

(31) *Eadem die Veneris,* fuit sumptum prandium in aula civitatis, in quo supranominati astiterunt, in quo interfuerunt r. dominus officialis et spectabilis dominus de Lestelley.

(*De licteris Jo. Testuti.*) — In eodem prandio, ultra supranominatos consules, interfuerunt no. P. de Versonex et Johannes Bovier; et sumpto prandio fuit lecta lictera missiva mandata per dominum presidem unacum licteris patentibus in favorem Johannis Testuti, et fuit conclusum quod ipsarum licterarum retineatur duplum et illud tabellionetur per secretarium et tute servetur pro futuro cum lictera missiva, et ipse lictere tradantur Johanni Martini expediende ipsi Testuti, restitutis sibi decem solidis eidem Testuti per eundem Jo. Martini mutuo traditis.

De detento, vadant domini syndici cum eorum consilio ad Insulam et agant ut videbitur more solito fiendum.

De actestacione fienda Lec et supra dictis, fiat in bona forma, nulla facta mencione de civitate imperiali, ut preest.

<sup>1</sup> *Lisez*: assistentibus consiliariis.

*Lune xxviii octobris.* — Montion, Lestelley, Orseries pro Aquenez; — Leamon, Danel, Magistri, Curt, Pichon.

Presentibus, ultra prenomatos, Humberto Trenchent, Saturnino Rosat, Aymone Vulliermi apothecario, Amblardo Comitibus, Jo. Martini vigille, Stephano Peccollat, factis proclamacionibus more solito, voce preconia, fuerunt expedite platee sequentes.

(*Admodiatio platee Burgiforis.*) — Primo platea Burgiforis fuit admodiata et expedita Andree Roget, in personam Glaudii de Retro, ad tempus unius anni hodie incohandi et simili die finiendi, precio quadraginta solidorum solvendorum more solito.

(*Admodiatio.*) — Platea Sancti Gervasii fuit expedita Johanni Lechex, de Sancto Gervasio, ad unum annum, ut supra, precio xxxiiiij grossorum.

(*Admodiatio.*) — Platea Domine Nostre de Rodano fuit expedita [Michaeli]<sup>1</sup> Voudesii, precio sexdecim solidorum.

(*Admodiatio.*) — Platea Fusterie fuit expedita ut supra Girardino de Rippa, precio decem florenorum cum dimidio.

Petrus de Quarro posuit terciam partem alarum pertinentem civitati ad florenos ducentum et sexaginta, incluso gribello. Post quam misam fuit dictum per nobiles syndicos quod non erat capax nec ydoneus ad exercendum ipsum officium alarum; tamen ejus misa acceptaretur, dummodo unum ydoneum in suum locum ponat, casu quo non appareat plus offerens, et ydonee caveat; alias, subsistentibus rationibus legitimis, non expediretur. Et fuit remissum ad cras, casu quo non appareret plus offerens de eadem firma, qui tamen plus offerens non apparuit; eciam idem de Quarro recessit ante consumptionem candeles.

*Martis xxix octobris.* — Montion, Lestelley, Orseries; — Danel, A. Veronnay, Curt, Bovier, de Ponte, Leamon, Fonte, Pichon, Navis, Megex, Magistri, Rosseti.

(*De alis.*) — Venit Petrus de Quarro ad Domum civitatis et dixit quod nolebat alas et quod renunciabat mise heri facte, qua facta commendabilis Guilielmus Danelli, ne dampnum civitati fieret, se obtulit admodiare eandem terciam partem precio ij<sup>c</sup> (ff.) xxxvj ff., sicut anno lapsio.

(32) Admodiatio tercię partis alarum hujus civitatis pertinentis civitati facta commendabili Guiliermo Danelli, precio ducentum et xxx<sup>ta</sup> florenorum et sex florenorum pro gribello.

|| Anno domini millesimo quingentesimo vigesimo primo, indicione nona et die vigesima nona mensis octobris, cum ita sit herina die more assueto fuerit in claustro ecclesie cathedralis Sancti Petri Gebenn., candela ascensa et in muro plantata, cridita et plus offerenti expedienda terciã pars

<sup>1</sup> Le prénom est en blanc. Voir *Finances M*, n° 18, année 1521, fol. 5 v°.

alarum hujus civitatis, factis prius proclamacionibus per preconem per carraphos et carrerias hujus civitatis et in eodem claustro, de eadem terciã parte alarum se daturum obtulerit pro uno anno, herina die incohando et simili die finiendo, summam ducentum et sexaginta florenorum p. p., incluso gribello, et ipsa misa acceptata dummodo non appareret plus offerens et dummodo ipsemet ipsum officium non exerceret sed illud per alium ydoneum exerceri faceret, ac ydonee caveret, et facte fuerunt eidem demonstraciones sue inhabilitatis et remissus ad hodie in consilio exhibiturus cautorem et ydoneum ad ipsum officium exercendum, nullaque facta fuerit misa excedens dictum precium dari oblatum per eundem de Quarro, ymo nec eadem terciã pars alarum eidem expedita, cum ante consumptionem et extinctum candelę recessisset, idemque de Quarro hodie in consilio ordinario personaliter comparuit et a dicta misa recessit et easdem alas quictaverit, hinc est quod coram me notario et civitatis secretario personaliter constituti nobiles Ludovicus Montionis et Ludovicus de Lestelley, consindici hujus civitatis, ex una, et commendabilis Guilielmus Danelli, civis et mercator Gebenn., ex altera, prefati nobiles consindici, sindicarioque nominibus dicte civitatis, scientes etc., de consensu eciã consilii ordinarii, admodiant et accensa[n]t et titulo admodiacionis dant, tradunt et concedunt prefato Guiliermo Danelli, presenti etc... videlicet dictam terciam partem alarum hujus civitatis dicte communitati et civitati pertinentem, cum juribus et pertinenciis suis universis ac cum honoribus et oneribus assuetis, et hoc spacio et per tempus unius anni integri, die herina incohati et simili die finiendi dicto anno revoluto, incluso gribello, sub firma, precio et sallario ducentum et triginta florenorum et sex florenorum pro gribello, parvi ponderis, per eundem nobilem Guiliermum Danelli vel suos dicte civitati et tesaurario ejusdem solvendorum terminis sequentibus, videlicet in fine nundine Omnium Sanctorum proxime venturarum quartam partem ejusdem firme, aliam quartam partem in sequentibus nundinis E[pi]phanie Domini, aliam terciam partem in fine nundine augusti et reliquam partem quartam in fine ejusdem anni. Et pro majori securitate dicte firme, ad preces et requisicionem dicti Danelli, se dat et constituit fidejussorem et principalem insolidum commendabilis Guilielmus Curt. Qui quidem principalis et fidejussor et quilibet insolidum, terminis suprascriptis, pro se et suis predictis promictunt juramentis suis et sub obligacione omnium bonorum suorum etc., dicte communitati in manibus thesaurarii solvere, terminis supra prescriptis, more denariorum fiscalium, et dicti domini sindici, hujusmodi admodiacionem ratam habere et ipsam terciam partem manutenere etc. Submictentes se etc. Renunciantes etc., presertim fidejussor juri dicenti principalem prius fore conveniendum quam fidejussor, epistole divi Adriani, nove constitutioni cedendique et dividendi actionem beneficio. De quibus premissis partes pecierunt fieri instrumenta etc. Acta fuerunt hec in dicta aula civitatis, presentibus retronominatis testibus etc. || — Biolesii, n.

(*Admodiatio.*) — Supranominatus Girardinus de Ripa promisit solvere dictos decem florenos et sex solidos, terminis assuetis.

(*Admodiatio.*) — Andreas Roget promisit solvere pro anno presenti civitati, in manibus thesaurarii, quadraginta solidos pro platea Burgiforis.

(*Admodiatio.*) — Michael Voudesii, civis Gebenn., promisit similiter solvere, pro platea Domine Nostre pontis Rodani, sexdecim solidos.

(*Admodiatio.*) — Johannes Lechex, parrochie Sancti Gervasii, pacterius, admodiavit plateam (platee) Sancti Gervasii precio xxxiiij.

(33) *Mercuri xxx octobris*, loco Veneris anticipata propter festum Omnium Sanctorum. — Monthion, Lestelley, Orsieres pro Aquenea; — s. d. Lestelley, Danel, Curt, Bovier, H. Fabri, Fornerat, de Ponte, A. Versonnay, Fonte, Pichon, Navis, Megex, Magistri.

(*De detento.*) — De detento, feratur sententia in eum qua perpetuis temporibus bampniatur a civitate et franchesiis et vacuet civitatem, sub eadem pena, infra xxiiij<sup>or</sup> horas, et commentariensis faciat apud illum ut habeat et consequatur expensas de quibus tamen nulla fiat mencio in sententia<sup>1</sup>.

*Veneris prima novembris*, circa horam secundam post meridiem. — Montion, Lestelley, Orseries locumtenens etc.; — n. (Philibertus) [Bertrandus] Tromberti castellanus Gebenn.; s. d. P. Fabri, s. d. Lestelley; P. Versonnay, Danel, Leamon, A. Versonnay, Lunes, Fonte, Pichon, Frojon.

(*An homicida debeat gaudere immunitate ecclesie.*) — Exposuit nobilis Ludovicus Montionis, consindicus, sicuti hodie, prope domum r. domini Lustriaci, fuit perpetratum homicidium per nonnullos ex servitoribus r. domini abbatis Habundancie in personam nobilis Francisci de Laconay; qui homicide inde se retraxerunt infra ecclesiam ecclesie cathedralis Sancti Petri Gebenn. et tales homicide sunt in altera turrium dicte ecclesie cathedralis, et proposuit idem nobilis Ludovicus et petiit consilium a supranominatis doctoribus an vel ne tales homicide deberent gaudere immunitate ecclesie et franchesiis ejusdem. Et ibidem fuerunt per dominum procuratorem fiscalem apportate certe informaciones per eum sumpte occasione dicti homicidii, et dixit quod nondum tales perfecerat informaciones; etiam Jo. Buctini ibidem fuit, qui asseruit sumpsisse nonnullas informaciones occasione ejusdem homicidii, et similiter Johannes Pocterii et Glaudius Serventis, secretarii fiscales. Qui quidem domini doctores dixerunt quod eos oportebat visitare easdem informaciones nec ante illarum visitacionem bene posse scire nec referre an dicti homicide gaudere debeant immunitate, et fuerunt eorum opiniones, et etiam consilii ordinarii, quod domini syndici vadant ad r. d. vicarium et petant ab eo consilium; et si dicat quod domini syndici faciant fortem dominum vicedompnum, sic fiat, et interim deputentur officarii, tam servientes vicedompnatus quam episcopatus et vigilles,

<sup>1</sup> Voir le procès de Mestral cité ci-dessus, p. 112 et n. 3.

ad custodiendum portas dictarum turrium. Qui domini syndici iverunt ad eundem r. d. dominum vicarium quem reperierunt retro magnum altare chori dicte ecclesie Gebenn.; qui dominus vicarius precepit ipsis dominis sindicis quod facerent fortem dictum dominum vicedompnum, sive ejus locumtenentem, et deputarent custodes in dictis portis quousque esset cognitum tales homicidas debere gaudere immunitate ecclesie. Qui dominus locumtenens et syndici deputarunt nonnullos ex vigilibus et servientibus et illis preceperunt quod custodirent bene illas portas nec permicterent exire ab eisdem turribus; et hujusmodi precepto et dictis custodibus deputatis revererunt ad eandem Domum civitatis communem, et, paulo post hec, venerunt ipsi deputati in custodes, qui dixerunt quod dominus Magdalenes et dominus Salterii eosdem ab eadem ecclesia expulserant accipiendo eosdem per manus et spatulas. Qua sic facta relacione, domini syndici deputaverunt certos vigilles et dominus locumtenens certos servientes, et aliunde fuerunt petiti nonnulli designerii per quos illa nocte extra eandem ecclesiam in quatuor portis fuerunt facte, tota nocte, excubie.

(34) *Sabbati secunda novembris*. — Montion, Lestelley, Orsieres locumtenens; — A. Versonnay, Curt, de Ponte, Bovier, Fernex senior, Fonte, H. Fabri, Leamon, Nerguaz, Navis, Megex, Frojon, Rosseti, Pichon.

(*De expulsione vigillium per dominum Magdalenes.*) — Exposuit prefatus nobilis Ludovicus Montionis quemadmodum iverunt ad reverendum dominum vicarium et sibi notificarunt sicuti, heri, domini Magdalenes et Salterii expulserant vigilles et servientes, custodes per eos deputatos ad custodiendum infra ecclesiam cathedralem portas turrium in quibus erant tunc hii qui homicidium perpetraverant in personam dicti Laconay, et sic deputaverant custodes extra ecclesiam, qui tota nocte excubias fecerunt. Qua proposita sic facta, fuit conclusum quod domini syndici vadant iterum ad prefatum reverendum dominum vicarium et eum requirant pro indemnitatem civitatis (eundem dominum vicarium) quod de hujusmodi expulsione per dictos dominos Magdalenes et Salterii facta sumi faciat informaciones, etiam occasione dicti homicidii, in presencia procuratoris fiscalis et locumtenentis, ut omnis de medio tollatur suspicio. Quod et fecerunt ipsi domini syndici, et fuit conclusum quod custodes tollerentur eo quod communis vox innotevit tales homicidas evasisse medio quorum supra dominorum Salterii et Madgalenes.

*Martis quinta novembris*. — Montyon, Cartellier, Lestelley, Orsieres locumtenens etc. — P. Versonnay, Danel, Fernex senior, A. Versonnay, Curt, Bovier, de Ponte, Joly, Leamon, Prepositi, Nergua, Pichon, Navis, Megex, Fonte, Frojon, Magistri, Rosseti.

(*Laudimium.*) — Fiat laudimium curato Sancte Crucis dando sibi terciam partem, et sic solvit iij ff iij grossos.

De Humberto Bernardi qui exposuit sicuti, nocte preterita, fuit invasus et assallatus, hora octava de nocte, per Guignonem Comitis et certos ejus complices, vultibus larvatis, sic quod remanxit pileus illius Comitis in manibus ipsius, et ex quo exposuit quod jam alias assalliarunt ejus servitorem et eum verberarunt, et sunt in civitate licet fuerunt conscii necis Johannis Goudier<sup>1</sup>. Fuit conclusum quod videantur processus et sumantur informationes et si sint capiendi, capiantur, et faciant syndici justiciam fortem ad hoc.

(*De carronerio.*) — De carronerio qui peccavit fieri edificium ut possit reponere ligna sua, dicatur illi quod admodiet unam grangiam si vult, quoniam nullum fiet edificium, cum alias factum non fuerit.

De barbitonsore qui visitavit detentum de eorum precepto, sciatur quantum illi competit et inde illi satisfiat.

(*De vino.*) — De vino, facta et gitata venda, apponatur ordo et precium.

(*De lapidibus concessis n. P. de Orseriis.*) — De duobus lapidibus rochas-seys petitis per Orseries, mutuo dentur illi.

(35) Petantur ad Veneris omnes venditores et revenditores nemorum.

(*Burgensis.*) — Nicodus filius quondam Petri Berodi, de Luysino, parrochie Sancti Gervasii, fuit admissus in burgensem mediantibus octo ff., qui jam erat vigil.

*Veneris octava novembris.* — Montion, Cartellier, Lestelley, Orseries locumtenens; — P. Versonnay, Danel, Fernex senior, Curt, Lunes, Navis, Bovier, de Ponte, Leamon, Fonte, Pichon, Nergua, Prepositi, Magistri, Frojon, Rosseti.

Ludovicus Darbey, uxor dicti Flamen, uxor Jo. Barges, Aymo Medici et cum eis circa quatuor aut quinque ex fusteriis.

(*De fassinis per fiscum levatis.*) — Uxor dicti Flamen dixit quod, post factam cridam ne vendantur fassine in grosso ultra precium xiiij gr. et in minuto ultra precium xvj, et quamvis fassinis pro ejus provisione retinisset, dominus procurator sibi levavit c et l; et pariter uxor dicti Barges exposuit quod decarrigando a navi, idem procurator cepit fassinis. Fuit dictum et conclusum quod Martis venirent et responderet si vellet de dicto precio dare fassinis; et pariter fuit dictum Johanni Guillocti et Fabri, qui non sunt burgenses, quod Martis venirent.

De barbitonsore qui visitavit detentum bina aut trina vicibus, dentur illi pro pena et medelis floreni duo.

De Chatel, admodiario prati, remittitur thesaurario.

De sindico Cartellier, scribat et annotet vinum intratum excretum a die revocationis ipsius gabelle et illud detrahatur, et super hoc fiet conclusio.

De Nergua, remictat computos suos in manibus auditorum.

Fiat mandatum eidem Nergua ut solvantur illi x ff. et decem grossi.

<sup>1</sup> Voir ci-dessus, p. 33 n. 1.

De n. P. Gorna, fiat mandatum thesaurario ut super primo termino firme salis ille sibi solvat.

*Lune undecima novembris*, in claustro. — Montion, Lestelley, Cartellier; — Joly, Fonte, Pichon, Magistri, Navis, Megex, Frojon.

Admodiatio introgii bossetorum hujus civitatis.

|| Anno Domini millesimo quingentesimo vigesimo primo, indicione nona cum eodem anno sumpta et die supradicta undecima mensis novembris, coram me, notario et civitatis secretario, personaliter constituti nobiles Ludovicus Montionis, Franciscus Cartellier et Ludovicus de Lestelley, consyndici hujus (36) civitatis Gebenn., ex una, et nobilis Petrus Joly, civis et mercator sive apothecarius Gebenn., ex alia, partibus. Prefati vero nobiles syndici sindicarioque nominibus dicte civitatis admodiant et in admodiationem tradunt, deliberant et concedunt prefato nobili Petro Joly, ibidem presenti et acceptanti, introgium vini hujus civitatis Gebenn. eidem communitati spectans et pertinens, cum honore et onere assuetis, sibi expeditum ad consumacionem candele, more solito, factis prius de illo debitis et assuetis proclamationibus, et hoc spacio et per tempus unius anni integri die crastina incohandi et simili die finiendi revoluto dicto anno. Et hoc precio et nomine precii quater centum et viginti florenorum, per eundem nobilem Petrum eidem communitati in manibus thesaurarii sive receptoris ejusdem communitatis moderni et pro tempore existentis [solvendorum], terminis assuetis, more denariorum fiscalium. Promittentes etc. dictus Petrus Joly dictam firmam solvere etc. et ydonee cavere, et dicti syndici dictum introgium manutenere etc. Renunciantes etc. Actum Gebenn. in claustro ecclesie cathedralis. Presentibus ibidem supranominatis egregiis Anthonio de Fonte, Petro Magistri, Petro Navis, Guilliermo Megex ac hon. Henrico Emonini et Jacobo Frojon, testibus etc. De quibus premissis partes pecierunt fieri duo publica instrumenta etc. ||

Biolesii, n.

*Martis duodecima novembris.* — Montyon, Cartellier, Lestelley, Orseries locumtenens; — A. Versonnay, Curt, H. Fabri, Bovier, Foimerat, Megex, Leamon, Prepositi, Fonte, Pichon, Navis, Magistri, Frojon, Rosseti.

(*Burgensis.*) — Petrus filius quondam Petri Mermodi, de Passerier, excofferius, parrochie Sancti Gervasii Gebenn., fuit admissus in burgensem mediantibus viij ff.

Fiat mandatum n. P. Cornaz de quinquaginta ff.

Fiant duo mandata Jo. Balardi contorollata<sup>1</sup>.

<sup>1</sup> Voir un mandat de 27 ff. 11 g. 1 d. remis à J. Balard le 12 novembre (*Finances M*, n° 18, année 1521, fol. 34 v°, n° 140).

(*De macellariis.*) — Quia gabellerii carniū lamentaciones emiserunt in macellarios magni macelli, per quos asseruerunt se defraudari nec observare cridas, unde pro eorum indemnitatem pecierunt ut observentur cride et compellantur ad jurandum de non defraudando, fuit conclusum quod detur illis duplum cridarum et vadant Jovis domini sindici ad consilium episcopale et cum eis gabellerii; et ibidem petantur macellarii omnes et cogantur ad jurandum de non defraudando aut saltem (?), alioquin dstringantur ad observacionem cridarum.

(*De fassinis.*) — De venditoribus fassarum, compellantur ad vendendum ad formam cridarum et committitur Jacobo Frojon quod reperiat aliquos qui adducant ad hanc civitatem fassinis.

*Veneris xv novembris.* — Montyon, Cartellier, Lestelley, Orsieres locumtenens; — P. Versonnay, Danel, Fernex senior, Curt, Lunes, A. Versonnex, Fornerat, Leamon, Nergua, Fonte, Pichon, Rosseti, Magistri, Prepositi, Megex.

(*De officio vicedompnatus.*) — De officio vicedompnatus, committitur Prepositi, Fonte, thesaurario et Biolesii, ut faciant capitula ad formam franchesiarum.

(*De differentiis feudorum Sancti Germani.*) — De feudorum Sancti Germani differentiis, Prepositi et Fonte allocantur altarienses Sancti Germani sive procuratorem, et inde visitetur locus et summarie inde appunctuetur si possibile sit.

(37) (*De porcis et crida.*) — De capitibus porchorum que ad civitatem apportantur, non solvatur de illis gabella, et fiant cride ne aliquis retrahat carnes mortuas que apportantur occulte ad hanc civitatem.

De licteris placitoriis contra Chavanelli decretis, appunctuet idem Ludovicus cum parte.

(*De sinapio.*) — De sinapio vendito dicto Thierris, visitetur per expertos Danelli, Rosseti et de Villario et refferant, et relato fiat justitia et instetur illa fieri apud quem erit opportunum.

De vino, non apponatur precium in vino donec gectata venda.

(*Crida.*) — Fiant cride ne quis apportet carnes mortuas ad vendendum, demptis porchorum mirisalliis; nullus emat carnes ab illis nec illas retrahat.

(*Consilium generale.*) — *Dominico xvj [xvij] novembris.* — Montion, Lestelley, Orsieres; — Fonte, Lunes, Michael La Doey, P. Gardet, Duchacti, P. Mathei, P. Fabri, Jo. Frochet, Jo. Julliardi, A. de Becio, Ja. de Petragrossa, Jo. Collombi, P. Navis, Jo. Tissocti carpentator, Ja. Servelli, Jo. de Tullia, P. Puelli, Philibertus Matellon, Mauricius de Furno, P. de Cresto, Monetus de Vineis, P. Borsier, G. Fontane, G. Bastardi, P. Novelli, Ny. Chatellet, Ja. Girbelli, P. de Becio, Aymo Bovier, P. Vindret, Ambagarius de Saxo,

G. Turbulliodi, Ludovicus Porrallis, P. Magistri, G. Vouterii, Roletus Bonaz, Franciscus Benvenuti, P. Balli, Ja. Navillii, Christoforus Coudrey, Renanus Cohenteti, Aymo de Tullia, G. Fabri, Ludovicus de Bolo, Jo. Levrat, Jo. Colini, G. Somaretaz, G. Bessonnet, Franciscus Buffeti, P. Faguey, Christinus Tombeti, Glaudius Marchiandi, A. de Versoney, G. Chavanelli, Franciscus Morelli, F. Fornerat, Ludovicus patisserius, Jo. Perrodi, P. Botens, Andreas Pillisson, Jo. de Saxo, Andreas Chabodi, Anthonius Rosseti, Anthonius Comitiss, P. Genodi, H. Fabri, Michael Nergaz, Michael de Verneto, P. Levrierii, Ludovicus Luppi, Jo. Jaquini, P. Fabri, Jo. Morelli, Jo. Bocardi, Guyoctus Vuydat, F. Testuti, Jacobus Frojon.

(*Venda.*) — Fuit gectata venta, assistentibus r. dominis Jo. Gaugiatoris et Guillermo de Vegio, canonicis Gebenn.; ad decem octo grossos et sex denarios.

*Martis decima nona novembris.* — Montion, Lestelley, Orsieres locumtenens; — P. de Versonnay, A. Versonnay, Curt, Fonte, Prepositi, Leamon, Pichon, Megex, Magistri, Navis, Rosseti.

Venerunt filius Bessonnet, Colinus Chautemps et Ludovicus Prelati, fusterii, qui proposuerunt quod dominus procurator fiscalis fecit injunciones penales fusteriis ut infra tres dies facerent amoveri fustam existentem in plathea et subtus stilicidia Fusterie, que injunctio est in enervacionem capitulorum editorum per r. dominum officialem et ordinarium, presertim quoad fustam. Aliunde Beczansonus Hugonis et n. Petrus de Fernex contradicunt ne appodient nemora econtra eorum spondas existentes in platea Fusterie ultra solitum, unde pecierunt se manuteneri et instari erga fiscum ut desistat. Fuit petitus procurator qui se obtulit facere quod dixerunt et conclusum fuit in consilio, dicta injuncione non obstante, et, quoad appodiamentum, visitetur locus (38) nec permittatur eis fieri impedimentum donec cognito.

Venerunt illi de carreria Sancti Anthonii qui proposuerunt quod domine religiose Sancte Clare nituntur facere unum conductum per quem vacuare intendunt eorum latrinas et illud evacuare per terralia existencia prope et extra eandem partem Sancti Anthonii, in quibus stant exsc[r]amenta ipsius carriere; unde pecierunt super premissis maturam haberi deliberacionem, sic quod nulle feces per ipsum conducantur conductum. Quibus dictum fuit quod ille conductus fuit factus ad recipiendum aquam tectorum ne putrefaciant muros ipsarum dominarum Sancte Clare et ille evacuabitur per illa terralia sine cujusquam prejudicio.

(*Actestacio carronorum.*) — Actestantur Humbertus Trenchent et Petrus Chapisii dictus Corboz, vigilles, posuisse duo millia et quingentos quarronorum habitorem a compositore carronerie pertinentis civitati, in turre existente prope conventum Sancti Francisci Gebenn. et prope ginasium sive scolam.

(*Consilium quinquagenarium.*) — *Mercuri xx<sup>ma</sup> novembris.* — Montion, Lestelley, Orsieres; — P. Versonay, Fernex senior, Curt, H. Fabri, Fonte, Megex, Navis, P. Taccon, A. Reynaudi, Girardinus de Ripa, A. Millanesii, F. Testuti, Reymondus de Ponte, de Ponte, P. Grassier, P. Poterelli, Magistri, Robertus Fore, P. Fabri, Andreas Girardi, Jo. Ruffi, Jo. de Poste, P. Berteracti, G. Pactri, Franciscus Suchardi, Roletus de Nanto, Jo. Garini, Prepositi, Aymo Julliardi, Jo. Villieti, Jo. de Pilleo Rubeo, Ludovicus Curteti, Ste. Peccollat, Jo. Nycodi, Jo. Migerandi, Jo. Lullini, Jo. Ballard, Oddetus Paqueti, Ny. de Villario, A. Versonex, Leamon, Frojon, Rosseti, Jo. Sept.

De adventu illu. et r. domini nostri episcopi et domini Sancti Glaudii, habitis novis de eorum adventu de quo sunt certificati, ut in miss[iva]<sup>1</sup>, petetur aliud quinquagenarium consilium et quod fuit in illo conclusum, fiet.

(*De vino venali.*) — De vino patrie, non vendatur ultra quindecim denarios quarteronus.

De vino de Somon, non excedat precium pro quolibet quarterono sex quartorum.

De vino Choutagnie, non vendatur carteronus vini Choutagnie ultra septem quartos. — Et super hoc fiat crida.

(*De revenditoribus.*) — De revenditoribus et revenditricibus, apponatur taxa in victualibus et illa communicetur consilio episcopali et fiat taxa, et inde quid fuerit in illo ordinatum et conclusum, fiat.

(*De mandando Chamberiaci.*) — De mictendo Chamberiaci, occasione licitarum obtentorum contra r. dominum vicarium, Viennesii, Fornerii et alios, mictatur thesaurarius quatenus domini de consilio et de capitulo illac mandent et non alias.

(*De pane.*) — De pane, non vendatur ad libram sed fiat panis unius solidi, vj d., et trium denariorum, et unius denarii.

(*De molendinis.*) — De molendinis civitatis contra Versonex, sollicitentur domini doctores, arbitri et commissarii, et inde instetur fieri pronunciatio.

<sup>1</sup> Cette lettre de l'évêque (P. H., n° 886) est ainsi conçue : « A treschiers, bien amez et feaulx les sindiques et aultres du conseil de nostre cité de Geneve. — Treschiers, bien amez et feaulx, je vous rescripvy dernièrement par le chanoyne d'Angiers comme ma deliberacion estoit en brief de passer les montz et me retirer en ma cité de Geneve, et suys de ceste oppinyon tousjours m'y trover en briefz. Et depuis estant venu devers monseigneur, icy à Cargneam, j'ay trové le sindique Guillaume Aquynea, lequel m'a présenté une lettre de vostre part de creance sur luy, vous assurant que j'ay esté tresjoyeux d'entendre la passificassion et le bon mode de vivre qu'il est entre vous aultres, et espere que moy estant là, ne sera question que de fere bonne et grosse chiere. Et pource qu'il est home de la quallité que le cognoyssés, je luy ay bien vullu donner charge vous porter des nouvelles, lesquelles j'espere seront prouffitable et par tous mes subject et par moy avecques. Vous le croyrés par ceste foys commé moy mesmes, et il vous dira la poyne qu'il a fallu avoir par cedict affere. Et à tant prieray nostre Seigneur, treschiers, bien amez et feaulx, qu'il vous ayt en sa sainte garde. Escript à Cargneam le xiiij<sup>e</sup> de novembre. — L'évesque de Geneve. » — *Au dos* : « Recepta xix novembris. » — Sur la mission d'Acquinez, voir ci-dessus, p. 120.

(*Promissio pro dicta la Balla.*) — Facta querimonia per Henrietam, relictam Johannis Belli, administratricem Roberte filie quondam Andree Buclini, cui pertinet domus existens prope menia civitatis, querimoniam emisit contra lathomos qui faciunt conductum, cujus pretextu asseruit ipsos lathomos per illius conductus concavatum ipsam domum periculo ruine consistere; peccit inhiberi ne fiant nisi factis debitis assecurationibus. Presentibus Nycolao Martellet et Aymone Pictardi, qui lathomi promiserunt, unus per alium cavendo, casu quo domus ipsius in aliquo gravetur per ipsius conducti concavatum, demolliatur vel ruinam minari videatur, ipsum domum sive spondam suis sumptibus refficere, unus per alium cavendo in forma etc. Renunciantes... opportunis in forma.

(*Novum.*) — P. Charavelli dixit quod complebit terralia.

(39) *Veneris xxij novembris.* — Montion, Lestelley, Orseries locumtenens; — P. Versonex, Danel, Curt, Fornerat, Fernex, Ponte, Joly, Leamon, Fonte, Pichon, Rosseti, Navis, Megex, Prepositi, Frojon, Magistri.

Fuerunt tradita sigilla Petro Joly introgii vini.

Fiat mandatum pauperi Jane, relicte quondam Jacobi Quiby, de tribus florenis sibi debitis ut in libro ville. — (*Mandatum habet.*)

(*Commissio contra revenditricibus.*) — De revenditricibus, fiat taxa volatilium et taxa contoricium et aliorum per P. de Versonex, Danel, de Ponte, Fonte, Fornerat et thesaurarium, et inde illa in consilio extraordinario communicetur<sup>1</sup>.

(*De fassinis.*) — De fassinis, expediatur unus homo qui vadat super loco ad habendum fassinis et faciat adduci; cum mutuo dentur pecunie.

De jurisdictione, veniant citati et exponant causam quare fuerunt citati et inde, secundum casus exigenciam, rescribatur domino presidi et mandetur unus vigil sumptibus illorum.

*Martis xxvj novembris.* — Montion, Lestelley, Orsieres; — P. de Versonay, Curt, A. Versonay, Navis, H. Fabri, Leamon, Fonte, Pichon, Megex, Magistri, Frojon.

De Biolesii, tradat instrumentum Fonte, Magistri et Megex, et inde refferant.

De prato civitatis, videatur admodiatio.

De juratis et secret[is], rescribatur domino presidi.

De sindico Cartellier, rescribat exemptos et det rotulum in consilio.

De victualibus, remictatur ad Jovis in consilio episcopali.

De fassinis adducendis, dentur illis duobus adductis per Frojon xxx ff. per thesaurarium, caventibus unus per alium.

<sup>1</sup> Publication faite en 1521 au nom de l'évêque, de son vidomme et des prudhommes de la ville, fixant les prix du gibier, des lapins, volailles, etc. (P. H., n° 929).

*Veneris xxix novembris.* — Montion, Lestelley, Orseries; — P. Versonnay, Danel, Curt, Fonte, Prepositi, Nergua, Pichon, Navis, Megex, Frojon, Magistri, Rosseti.

Fiat mandatum domino Jo. Morelli, pro xxx<sup>ta</sup> solidis sibi debitis super sallario camere porterii pontis Rodani. — (*Mandatum habet.*)

(40) (*Burgensis.*) — Anthonius<sup>1</sup> filius quondam Anthonii Jaquemeti, librarius, Bellicensis dyocesis, fuit admissus in burgensem mediantibus viij florenis, parrochie Madalenes.

(*Burgensis.*) — Nycolaus filius quondam Johannis Paccocci, de Aysia, suctor, parrochie Madalenes, admissus ut supra mediantibus viij ff.

(*Burgensis.*) — Stephanus filius quondam Jacobi Blanchet, excofferius, de Magno Bornando, parrochie Magdalenes, admissus in burgensem mediantibus viij ff.

(*Burgensis.*) — Philibertus filius quondam Johannis Lamberti, excofferius, de Groysier in Bornis, parrochie<sup>2</sup> [beate Marie Nove], fuit admissus mediantibus octo ff. in burgensem.

(*Burgensis.*) — Johannes filius quondam Mermodi Losserandi, de Megeva, parrochie Marie Nove Gebenn., excofferius, admissus in burgensem mediantibus viij ff.

(*Burgensis.*) — Aymo filius quondam Petri Vulliermi, de Clusis, apothecarius, parrochie Marie Nove, fuit admissus mediantibus viij ff.

De molendinis, petatur commissarius ad Martis et audiatur; et inde dominus officialis et alius advocatus et ceteri arbitri imponant finem.

De vestimentis vigillum, dentur cuilibet tres ulne pagni, contemplacione adventus illustrissimi domini ducis et ejus consortis; et suis sumptibus faciant caligas et disploydes.

De fassinis, dentur nomina Rosseti qui illac vadat, et alloquantur domini sindici r. dominum vicarium.

*Martis 3<sup>a</sup> decembris.* — Montion, Cartellier, Orseries; — P. Versonay, A. Versonnex, Curt, Prepositi, Fonte, Pichon, Megex, Magistri, Rosseti, Navis.

(*Burgensis.*) — Anthonius filius Petri Rochex, borserius<sup>3</sup>, parrochie Sancti Germani Gebenn., fuit admissus in burgensem mediantibus octo ff.

De veste carpentatoris, videantur registra et observetur consuetudo.

De prato civitatis, remictitur ad primum consilium.

De vino P. Joly, fuit conclusum ut alias quod solvantur quatuor solidi pro quolibet quarterono tantum.

De facto molendinorum, remictitur ad Martis.

(*Caucio.*) — Cum pridem fuit admōdiatum introgium vini bossetorum n.

<sup>1</sup> *Lisez*: Amedeus. Voir *Finances M*, n° 18, année 1521, fol. 23; et *Bourgeoisie A*, n° 2, fol. 6, où le nom d'Anthonius a été biffé et remplacé par celui d'Amedeus.

<sup>2</sup> Nom en blanc; voir *Finances M*, n° 18, année 1521, fol. 23.

<sup>3</sup> De Longarea (*ibidem*, fol. 23 v°).

P. Joly et sibi ad consumacionem candele, factis proclamationibus solitis, et promiserit cavere, hinc est quod idem promictit solvere firmam et cavet per Anthonium Chicandi et Franciscum Rosseti, qui promiserunt in forma cum submissionibus et renunciacionibus opportunis; et renunciaverunt juri dicenti principalem prius fore conveniendum quam fidejussor, epistole divi Adriani etc. Actum in Domo civitatis, presentibus honorabilibus Guillermo Danelli, Henrico Emonini et n. P. de Versonay.

Ibidem, idem nobilis Petrus Joly associat Anthonium Chicandi in predicta admōdiacione, qui promisit in forma.

(*Recepit Fonte.*)

(*Burgensis.*) — Glaudius filius quondam Jacobi Aymonis, de Logra, chapellerius, parrochie Magdalenes, admissus mediantibus viij ff.

(41) *Veneris vj decembris.* — Montyon, Cartellier, Aqueneaz; — de Ponte, Navis, Emonini, Megex, P. Versonay, Rosseti, Orseries, Curt, Magistri, Prepositi, Danel, A. Versonay.

(*Burgensis.*) — Glaudius filius Anthonii Roujon, de Scalis, condurerius, parrochie Magdalenes, fuit admissus in burgensem mediantibus octo ff.

(*Burgensis.*) — Humbertus filius quondam Johannis de Rua<sup>1</sup>, de Challex, parrochie Magdalenes, fuit admissus [in] burgensem mediantibus octo ff.

(*Burgensis.*) — Ludovicus filius quondam Stephani Gay, de Villier le Boveret, condurerius<sup>2</sup>, fuit admissus in burgensem mediantibus octo ff.

Solvantur vigillibus pro expensis per eos factis in custodiendo illum in cappella compeditum triginta tres solidos.

Fuit mandatum thesaurario quod solvat n. P. Cornaz summam centum ff.

Solvantur Rosseti, tam pro expensis per eum factis eundo ad patriam Vuaudi pro habendis fassinis quam pena et labore suis, quatuor ff. — (*Mandatum habet.*)

De Guillermo Fiendaz pro exactione penarum, remictitur ad Martis.

(*Recepit Magistri.*)

*Martis x<sup>ma</sup> decembris.* — Montion, Cartellier, Lestelley, Aqueneaz; — Orseries, Curt, Prepositi, Nergua, Fonte, Emonini, Navis, Megex, Magistri, Rosseti.

(*Burgensis.*) — Jacobus filius Nycodi Fichet, de Parvo Bornando, parrochie Magdalenes, excofferius, admissus in burgensem mediantibus viij ff.

Fiat mandatum thesaurario quod solvat P. de Archa viij ff. in deducionem horum que debentur super libro civitatis. — (*Mandatum habet.*)

(*De licteris jurisdictionis*<sup>3</sup>.) — N. Guiliermus Aqueneaz exposuit credenciam suam horum que gessit erga principem et presulem nostrum, et dixit quod in licteris jurisdictionis describitur una clausula scilicet: « citra pre-

<sup>1</sup> Profession: « chapellerius » (*Finances M*, n° 18, fol. 23 v°).

<sup>2</sup> Parrochie Magdalenes (*ibidem*).

<sup>3</sup> Voir ci-dessus, p. 130 note.

judicium domini comitis et domine de Anymeur », quo<sup>1</sup> tamen clausulam convenit illustrissimus dominus dux auferre ab eisdem quociens fuit voluntatis ips[orum]<sup>2</sup>. Ulterius dixit quod fuit advisatus per ipsum illu. dominum ducem et oneratus dicere in hac Domo quod donum fiendum illustrissime domine ducisse, more solito, convertatur in duas sallerias auri, in quibus ipsum donum in totum exponatur.

De servitore Cornaz, admictatur in burgensem mediantibus quatuor scutis auri ad solem.

De cridis, ille fiant ad formam capitulorum et proclamentur.

De prato, proclametur et admodietur per sex annos et expediatur ad consumacionem candele.

De vigilibus, faciant auquitonos et faciant suis sumptibus caligas et displaydes.

(42) De carpentatore, non fiat vestis propter consequenciam et amodo solvantur jornate et quid operabitur pro civitate, eciam si sit ampliandum sallarium, ampliatur.

De Guilliet, admictatur in burgensem mediantibus sex scutis solis etc...

De rescribendo illu. domino episcopo, rescribatur regraciando de laboribus ut supplicet illustrissimo domino duci quod illa clausula amoveatur ab eisdem licteris.

(De Cartellier.) — De sindico Cartellier, commictitur visitacio sui rotuli et admodiacionis auditoribus computorum, et refferant.

Veneris xiiij decembris. — Montion, Cartellier, Lestelley, Aqueneaz; — Danel, Orseries, Curt, Lunes, Prepositi, Fernex senior, P. Cornaz, Fonte, Navis, Emonini, Megex, Magistri, Rosseti.

De fassinis, observentur cride, nec compellatur vendere in grosso ad plus de l, et refferatur r. domino vicario.

De Biolesii, ad Martis.

De relicta Proviens dicti Cualtaz, dentur illi xiiij solidi debite ex gabella carniurn, amore Dei, quia pauper, et absolvatur.

De vigilibus, fiant discretione thesaurarii et eorumdem illorum vestes sive auquitoni.

De Aquenea, satisfiat ei de expensis quarum (?) in sua consciencia sibi deberi et posuisse pro civitate dicet.

<sup>1</sup> Lisez : quam.

<sup>2</sup> Par des lettres patentes, datées de Carignan 13 novembre 1521 et adressées au conseil résidant à Chambéry et à la Chambre des comptes de la même ville, le duc Charles III, sur le vu d'une requête de l'évêque de Genève, confirme les lettres antérieures, notamment celles du 23 septembre 1514 (P. H., n° 894), enjoignant à ses officiers de respecter la juridiction de l'église de Genève. A la suite des négociations dont on trouvera la mention dans les pages qui vont suivre, la clause qui motivait l'opposition du conseil de Genève a été supprimée dans l'expédition qui fut présentée à ce conseil le 21 janvier 1522 (P. H., n° 928, avec la requête de l'évêque annexée).

Rescribatur illu. et r<sup>mo</sup> domino nostro episcopo quod faciat supplicacionem apud illu<sup>mum</sup> dominum ducem quod amoveatur clausula: « citra prejudicium domini comitis et domine de Animer », faciendo regraciaciones oportunas.

(Burgensis.) — Jo. filius quondam Sermodi Corajodi, de Extrambieres, parrochie Magdalenes, excofferius, admictitur in burgensem mediantibus octo ff.

(Burgensis.) — No. Michael filius quondam nobilis Francisci Guilliet<sup>1</sup>, de Thononio, nunc parrochie Magdalenes, admictitur in burgensem mediantibus sex scutis auri cigni regis ad solem.

(Burgensis.) — Penynus filius quondam Michaelis Vuaroz, de Monte Callerio, nunc parrochie Magdalenes, mercator<sup>2</sup>, admictitur in burgensem mediantibus iiiij<sup>or</sup> scutis solis per eum manualiter solutis.

(Admodiatio domus civitatis.) — Fuit admodiata domus pertinens civitati supra pontem Rodagni, a parte orientis, Jaquemet relicte quondam Petri Chenevalis, ad tempus trium annorum, die prima februarii proxime futuri incohendorum et simili die finiendorum, precio cujuslibet anni viginti ff. solvendorum secundum bonos usus etc., et promiserunt in forma etc., et cavet per Theveninum Lamberti, epinguerium, in forma etc.<sup>3</sup>.

(Mandatum.) — Fiat mandatum Cornaz de centum ff. super hospitali. — (Levatur.)

Martis xvij decembris. — Montion, Cartellier, Lestelley, Aquenea; — P. Versonay, Danel, Orseries, Fernex senior, Prepositi, P. Joly, Fonte, Frojon, Navis, Megex, Magistri, Rosseti; — Mauloz cui date lictere portande etc.

(Burgensis.) — Georgius filius quondam Georgii Mistralis<sup>4</sup>, de Troynex, nunc parrochie Sancti Leodegarii, admictitur in burgensem mediantibus octo ff.

(43) (Relatio.) — Nycodus de Villario et Anthonius Rosseti, commissarii ad visitandum synapum venditum Francisco, retulerunt cum juramentis dictum sinapum esse falsum et invalidum.

De barbitonsore hospitalis pestilencialis, maneat adhuc in eodem donec fiat preceptum quod exeat.

De Symone, navaterio, cui gabellerii petunt gabellam vini traditi armeris, nichil solvat ipse sed petant ab illis qui in minuto illud vendiderunt.

De paupere Petro Prini qui adduxit uxorem cum quinque liberis, qui debet ex resta gabelle carniurn sex florenos et certos grossos, conclusum quod dentur illi, amore Dei et pietatis intuitu, et fiat illi consensus purus.

<sup>1</sup> Profession: « drapperius » (Finances M, n° 18, année 1521, fol. 23 v°).

<sup>2</sup> Profession: « apothecarius », et paroisse de Saint-Gervais (ibidem, fol. 24).

<sup>3</sup> Ibidem, fol. 53 v°.

<sup>4</sup> Profession: « fornerius » (Bourgeoisie A, n° 2, fol. 106 v°).

De procuratorio fiendo et Viennam mictendo in causa contra Duchacti, fiat illud sicuti syndici constituerunt procuratorem Leamon quoad illam causam, et ratificent gesta per eum et ejus procuratorem substitutum; et ita fuit registratum. — (*Levatur.*)

De macellariis, apponantur in pede cridarum duo capitula concernencia vendicionem carniū boum et mutonum, et observentur illa<sup>1</sup>.

*Veneris vicesima decembris.* — Cartellier, Lestelley, Aquenea; — P. Versonnay, Orsieres, Bovier, Magistri, Leamon, Fonte, Pichon, Navis, Megex, Frojon.

(*De domino Sallagine.*) — Quia pluribus vicibus fuit factus sermo de indebitis oppressionibus factis per officarios vicedompnatus ultra formam franchesiarum, rescribatur domino Sallagine impresenciarum in Ru[millia]co existenti et requiratur ipse quod non admodiet officium vicedompnatus quyn prius alloquuti fuerint eciam domini syndici.

*Lune xxiiij decembris loco Martis, propter vigilliam Nativitatis domini.* — Montion, Lestelley; — P. de Versonnay, Danel, Fornerat, H. Fabri, A. Versonnay, Bovier, Leamon, Prepositi, Fonte, Pichon, Megex, Navis, Magistri, Frojon.

(*De vicedompnatus officio.*) — De vicedompnatus officio, demonstrentur domino Sallagine per dominos syndicos ad intelligendum abusus qui in illo fiunt, ut exinde tales extirpentur et ipsum officium rationis tramite exerceatur.

(*De Fonte.*) — Quia per egregium Leamon fuit propositum in loco de Jargonand esse locum aptum ad ibidem edificandum unum fontem, quem se obtulit facere in subventionem populi sibi data licencia illum construendi, quequidem licencia illi impartitur; sic fieri concluditur ordinario consilio.

(44) <sup>2</sup> *Veneris xxviij decembris.* — Montion, Lestelley, Aquenee; — Danel, Orsieres, Megex, Frojon, Leamon, Prepositi, Fonte, Pichon, A. Versonex, Navis, Lunes; — commissarius Fabri.

(*De dono illu. d. bastardi.*) — De illustrissimo domino bastardo, magno magistro regni Francie<sup>3</sup>, qui de proximo presentem est aditurus civitatem, quamprimum venerit, vadant ad eum domini syndici et eum graciose visitent, et faciant apud illum honestas recomandaciones et illi dentur, si bonum videretur, vj alabostre dragie ponderis duarum librarum cum dimidia pro

<sup>1</sup> Ces deux articles se trouvent, en effet, à la suite de la crie citée ci-dessus, p. 131 note.

<sup>2</sup> Dans le registre, la séance du 3 janvier 1522 précède celles des 27, 28 et 31 décembre 1521.

<sup>3</sup> René, bâtard de Savoie, comte de Villars (fils légitimé de Philippe Monsieur), grand-maître de France, chef de la « grande ambassade » envoyée en Suisse par François I<sup>er</sup> pour obtenir une levée de troupes destinées à la campagne d'Italie. — Voir Bonivard, *Chroniques*, t. II, p. 208; Rott, *op. cit.*, p. 256 et s. — Sur les relations de René avec Genève, voir R. C., t. V et VI.

quolibet et duodecim faces cere, reservata saniori conclusione. Que conclusio fuit revisa, et conclusum ut dentur illi due folliete vini de Biaune, due grosse quocassie melliciati continentes tres quarteronos, una albi et altera rubei.

De domino Sallagine, quamprimum ad hanc venerit civitatem, vadant ad illum domini syndici et illi dent ad intelligendum sive illi exponant et enarrent abusus qui in illo [vicedompnatu] fiunt et facti fuerunt.

(*De d. Levrerii, pro ministrandis juribus pertinentibus civitati.*) — De molendinis, vadant adhuc super loco domini arbitri et eciam domini syndici; et eciam domini syndici vadant ad dominum Levrerii et eum requirant quod ministret que habet ex juribus civitatis et que pridem ejusdem quondam patri fuere tradita, et eciam allegaciones per eum factas; et illi satisfiat de laboribus.

*Sabacti xxviiij decembris.* — Montyon, Lestelley, Aquenee; — Fernex senior, A. Versonay, Lunes, H. Fabri, Bovier, Fornerat, Leamon, Fonte, Magistri, Frojon, de Ponte, Rosseti.

Exposuit nobilis Ludovicus Montionis, consindicus, adventum illu. domini bastardi Sabaudie, magni magistri Francie, associati domino de La Pallisse, magno scutifero Francie, et reverendissimo domino episcopo de Sennys<sup>1</sup>, et quod sunt viij<sup>c</sup> equi quos conducunt, quos voluerit hospitari eorum forreriis, qui tamen forreriis, intellecta consuetudine, distulit hospitare et locagia marcere; super qua expositione fuit conclusum, quoniam venient illi equi in tanto numero, tunc fiet quod erit fiendum.

Dentur cuilibet ipsorum trium ambassiatorum duo cocacie duorum quarteronorum melliciati, una rubei et alia albi.

Fiat mandatum egregio Leamon, cessionario nomine Johannis Regis, heredis Petri Pachie, de sex scutis auri cugni regis ad solem per communitatem eidem quondam Petro debitorum<sup>2</sup> ut in libro civitatis<sup>3</sup>. — (*Mandatum habet.*)

Fiat magis mandatum eidem, cessionario nomine quondam Glaudii de Fonte senioris, olim curati Aquarie, de summa xxvj ff. eidem curato debitorum; item ulterius de summa xij ff. cum dimidio ipso Francisco debitorum, ut in libro civitatis<sup>4</sup>. — (*Mandatum habet.*)

(45) *Martis ultima decembris.* — Montyon, Lestelley; — P. Versonnay, Danel, Orsieres, Nergua, Magistri, Fernex senior, Rosseti, Prepositi, Leamon, Pichon, Navis, Frojon, Fonte, Lunes.

De vestibus sive auquitonis vigillum, fiat unus auquitonus et si ille sit bene factus, fiant similes pro aliis; de brodatura videbitur postmodum.

<sup>1</sup> Jacques de Chabannes, seigneur de La Palisse, et Jean Caluau, évêque de Senlis. — Voir Rott, *loc. cit.*

<sup>2</sup> Lisez: debitis.

<sup>3</sup> *Bourgeoisie* A, n° 2, fol. 48 v° et 49; *Finances* M, n° 18, année 1521, fol. 36, mandat n° 160.

<sup>4</sup> *Bourgeoisie* A, n° 2, fol. 57 v° et 58, 60 v° et 61; *Finances* M, *loc. cit.*, mandat n° 159.

De Cartellier, faciat instrumentum Biolesii et designet si vult in illo licteras gabellarum et tandem idem Cartellier det in manibus auditorum computos suos.

De negotio Sancti Germani, faciatur unus commissarius et captetur dies et finis imponatur.

De revenditricibus, eligantur duo vigilles qui inde communicentur r. domino vicario, et fiant illi remonstraciones sicuti hujusmodi negocium est politica et requiratur quod sit contentus ut illud per duos vigilles exerceatur.

De domino Sallagine, visitetur per dominos syndicos.

De pauperibus infectis in hospitali, fiat elemosina et illis succuratur in eorum necessitatibus et fiat mandatum de quinque ff. thesaurario ut libret Nerga. — (*Mandatum levatur.*)

(*Burgensis.*) — Amedeus filius quondam Anthonii Paquellon, de Jarcier in Dalphinatu, condurerius, parrochie nunc Magdalenes, fuit admissus in burgensem mediantibus viij ff. et receptus.

Exposuit nobilis syndicus Montion se et nobilem Lestelley fecisse reverentiam dicto illu. domino bastardo qui de dono regraciatu fuit civitatem et dixit quod semper fuit amator civitatis et illam in magna habet dilectione, et si quid pro illa possit impendere servicia, intimo corde faciet.

ANNI MUTACIO VIDELICET DE ANNO M<sup>o</sup> V<sup>c</sup> XXI IN ANNUM M<sup>UM</sup> [V<sup>c</sup>] XXII.

ANNI MILLESIMI V<sup>c</sup> XXII<sup>DI</sup>.

(43 v<sup>o</sup>) *Veneris tertia januarii.* — Montion, Cartellier, Lestelley; — P. Versonnay, Orsieres, Fornerat, Lunes, Fernex senior, Prepositi, Danel, Joly, Leamon, Pichon, Navis, Megex, Frojon, Rosseti, Fonte, Magistri.

(*Burgensis.*) — Johannes filius quondam Johannis Porterii, de Castellione in Michallia, mercerius, nunc parrochie Sancti Gervasii, admissus in burgensem et creatus mediantibus viij ff.

(44) (*De sindico Montion.*) — Exposuit nobilis Ludovicus Montion, consyndicus, quod, ex quo est indivisus cum ejus nepote, gabellerii nituntur ab eo exigere vini gabellam; super quo peccat oppinari si vel ne ad illius solutionem teneatur. Fuit conclusum ex quo est domus caput et regit totam domum, nullam solvat gabellam ymo ab illius solutione eximatur.

(*De rotulo ejusdem.*) — De rotulo ejusdem Montion exhibito occasione confratrie Eucaristie Christi, remictitur consillariis ejusdem confratrie.

(*De domino Sallagine.*) — De domino Sallagine qui hanc applicuit civitatem, vadant ad eum nobiles syndici et eum requirant ut in eodem vicedompnatus officio ydonee provideat de officariis qui in illo observent franchisesias quas juravit ipse dominus Sallagine.

(*De Leamon.*) — De Leamon, detur illi procuratorium receptum per secretarium.

De Michaeli Nergua, det computos suos in manibus illorum auditorum, et si in aliquo sibi teneatur, illi satisfiat.

(46) *Sabacti iij januarii.* — Montion, Cartellier; — P. Versonnex, Danel, Orsieres, Fernex senior, Bovier, Fonte, Pichon, Navis, Frojon, Leamon, H. Fabri, Magistri.

Exposuit Hugoninus Fabri sicuti nuper magnificus dominus gubernator Burgondie fecit detineri et barrari certam mercanciam alecum soretorum et alborum sibi et Dominico Franc spectantem, quam transve[h]i faciebant ad hanc civitatem pro provisione civitatis juxta morem solitum, et, quamvis illi fuisset dictum pro parte quorum supra quod illam mercanciam adducebant ad hanc civitatem, eciam in parte pro provisione magnificorum de Liguis, tamen noluit relaxare quym prius fuit certificatus per ipsius civitatis gubernatores. Unde suo et dicti Dominici [nominibus] supplicavit ut fieret illi missiva cum graciosam supplicationem ut dictam mercanciam velit relaxari, et in illa fieri mencionem quemadmodum ipsi mercatores soliti sunt annis singulis ad hanc civitatem [transvehere], pro illius et circumvicinorum provisione, centum dolea et ij<sup>c</sup> tonetas alecum alborum. Conclusum ut fiat missiva prepetita.

Exposuit n. Ludovicus Montionis intellexisse quendam fratrem dicti Laconex novissime interfecti in hac civitate adduxisse quamplures ad insultandum illos qui fuerunt causa mortis sui fratris. Fuit conclusum quod in hoc informetur, et si ita sit, sumantur pro fortificatione justicie cum vigilibus xx<sup>tl</sup> boni socii ad evictandum scandallis<sup>1</sup>.

(*De revenditricibus.*) — De revenditricibus, deputentur duo vigilles non suspecti ad exequendum cridas novissime factas, qui exigant penas.

Fiant cride ne quis faciat vel portet facies larvatas, claudantur porte exceptis tribus et deputentur in illis custodes tota die Lune; et fiant cride ne quis faciat insultum in civitate vel franchisesiis, sub pena trium tractuum corde sine misericordia.

(45 v<sup>o</sup>) *Lune sexta januarii.* — Montion, Cartellier, Lestelley; — Danel, Lunes, de Ponte, Megex, Joly, Fonte, Pichon, Navis, Frojon, Leamon, Fernex senior.

Exposuit nobilis Ludovicus Montionis sibi et dictis nobilibus syndicis fuisse expositum, nocte preterita circa undecimam horam de nocte, per commendabilem Beczansonum Hugonis, quod ipse Besansonus intellexerat a Besansono de Muro quod in presenti erant civitate multi ex patria Foucigniacci qui se jactabant bene reperire in hac civitate dominum Marli qui interfe-

<sup>1</sup> Lisez : scandalla.

cerat Goudier. Et ea causa, hodie bene mane, ipse dominus vicarius mandavit querere ipsos syndicos quibus consultavit ymo et precepit ut fieri facerent illico cridas, voce preconia, quod nemo, cujuscunque condicionis existat, audeat in hac civitate insultum sive rumorem facere, sub pena trium tractuum corde illico dandorum illi talem rumorem facienti. Et pariter ipse dominus vicarius preceperat quod peterent[ur] desinari et illis fieret preceptum ut essent presto si et quando petentur ad sonum cimballi vel alias, et in portis ponantur custodes et sint porte clause, exceptis guichetis. Qua preposita sic facta, fuit dictum quod petantur idem Besansonus Hugonis et pariter alius de Muro, qui quidem Hugonis venit et similia verba naravit et confirmavit; et ulterius dixit ipse Besansonus de Muro quod erat certus quod eundem dominum Marlii ipsi Foucignenses reperire[n]t. Sed idem de Muro non venit. Fuit conclusum quod ipsi domini syndici vadant ad dominum vicarium et petant ministrari justiciam de eodem de Muro et illum capi donec declaratis per eum dictis, et claudantur porte exceptis porta Sancti Anthonii [et porta] Corraterie, et tendantur cathene et petatur ci[m]ballum quatenus opus sit. Que conclusio fuit communicata ipsi domino vicario, qui illam acceptavit et precepit inquiri in eundem Beczansonum; et fuit preceptum vigilibus quod vadant ad desineros et faciant precepta ut supra et deputentur custodes.

(46 v<sup>o</sup>) *Martis vij januarii.* — Montion, Cartellier, Lestelley; — P. Versonnay, Orseries, Lunes, A. Versonnay, Fernex senior, Prepositi, Magistri, Leamon, Fonte, Pichon, Navis, Megex, Frojon, Rosseti; — Fabri, commissarius.

(*De Plonjon et aliis.*) — Venerunt honorabiles Stephanus de Mara, Ludovicus Plonjon et Johannes Balli in consilio ordinario, [qui] quidem Plonjon exposuit quod gabellerii gabelle vini ipsum sollicitant ut illis solvat gabellam vini; unde requisit ut sibi satisfiat de hiis que sibi debentur, ut in computo tradito et existente in hac Domo, et super premissis sibi fieri relationem si, vel ne, fiat satisfacio de contentis in illo. Aliunde exposuit sicut est unus rotulus expensarum factarum in hospicio Capitis Nigri per dominos Friburgi [qui] petunt illi hospiti de illo satisfieri, cum fuit decretus per consilium et signatus per secretarium. Fuit dictum quod querentur conclusiones facte super premissis, et inde Veneris illis fiet responsio.

De Besansono de Muro, sumantur informaciones et constito de premissis capiatur, sumptis informacionibus.

De illu. domino comite, quam primum veraciter intelligetur illius adventus, congregetur consilium super dono illi fiendo et honoribus illi impendendis.

Fiat mandatum pro commendabili Francisco Cartellerii, thesaurario, quod illi solvat centum quadra[gin]ta septem ff. et vj solidos sibi debitos pro pagnis vestium vigillum. — (*Mandatum levatur.*)

(47) *Veneris decima januarii.* — Montion, Cartellier, Lestelley; — P. Versonnay, Danel, Orseries, Lunes, H. Fabri, A. Versonnay, Bovier, de Ponte, Leamon, Prepositi, Fonte, Pichon, Navis, Megex, Magistri, Frojon, Rosseti.

(*De Baudi, Plonjon et hospite Capitis Nigri.*) — De Plonjon, Baudi et hospite Capitis Nigri, fuit conclusum quod, — insequendo conclusiones acthenus factas, visis eciam capitulis et ordinatione facta per illustrissimum dominum ducem Sabaudie de consensu illustris et reverendissimi domini nostri Gebenn. episcopi et principis<sup>1</sup>, quamquidem ordinationem insequendo eciam conclusiones acthenus factas, — nichil solvatur de ipsis rotulis Plonjon et hospitis Capitis Nigri et illis per dominos syndicos fiat responsio prescripta.

Venit ibidem quidam Johannes Fabri, qui peciit sibi solvi que pridem mutuo tradidit communitati et in illius subventionem, si non in toto saltem pro media parte. Cui responsum quod impresenciarum nulle sunt in manibus thesaurarii peccunie et, quam primum erunt, illi et ceteris meliori modo satisfiet<sup>2</sup>.

(*Burgensis.*) — Petrus filius quondam Johannis Deysieres<sup>3</sup>, parrochie de Herchant, condurerius, parrochie Magdalenes, fuit admissus in burgensem et creatus pro et mediantibus octo florenis.

(*Burgensis.*) — Guigo filius quondam Michalleti Losserii, de Quercu, macellarius, nunc parrochie Magdalenes, fuit admissus in burgensem mediantibus viij ff.

(*Burgensis.*) — Roletus filius quondam Johannis Foulat<sup>4</sup>, de Sancto Jorio in Foucigniaco, parrochie Magdalenes, fuit admissus mediantibus viij ff.

De revenditricibus, omnia levata vendantur per thesaurarium et dentur, amore Dei, peccunie per thesaurarium precipue relicte Gavid et sorori d. Jo. Regis.

De molendinis et domino officiali, vacuato negocio, satisfiet eidem domino officiali de laboribus, ut fuit ordinatum per consilium ordinarium.

De probo Amedeo Magnaz, thesaurarius, quam primum habebit peccunias, illi satisfiat quia senes de medietate.

*Martis xiiij januarii.* — Cartellier, Lestelley; — Leamon, Lunes, Fonte, Pichon, Navis, Megex, Magistri, Rosseti.

In eodem consilio nichil fuit propositum et sic nichil conclusum.

*Eadem die, vesperorum.* — Montion, Cartellier, Lestelley; — P. Versonnay, Lunes, A. Versonnex, Fornerat, Bovier, Leamon, Fonte, Pichon, Magistri, Rosseti, Navis.

Fuit exhibita certa lictera missiva mandata parte illustrium et potentium dominorum Ligarum, que ibidem fuit lecta, et fuit conclusum ut illis

<sup>1</sup> Ci-dessus, p. 42 n. 1.

<sup>2</sup> Voir *Bourgeoisie* A, n<sup>o</sup> 2, fol. 42 v<sup>o</sup> et 43.

<sup>3</sup> Nommé « de Eysieres » dans *Finances* M, n<sup>o</sup> 18, année 1521, fol. 24 bis.

<sup>4</sup> Folat, condurerius (*ibidem*).

rescribatur dictamine domini vicarii et consilii episcopalis quod petant domini sindici congregari.

Fuit ibidem loquutum de adventu illustris domini comitis Gebenn.: quam primum nobiles sindici intelligent illius adventum, petant apparentes et habentes equos et vadant illi ad obviam et dentur illi due folliete vini Baune, sex auloboztra dragie et due cocacie melliciati magne<sup>1</sup>.

(De G. Perrini.) — De Claudio Perrini et ejus uxore qui invaserunt vigilles, vadant [sindici] ad dominum vicarium et faciant sumi informaciones, et, constito de verbere et verbis injuriosis, capiantur ipsi vir et uxor<sup>2</sup>.

(48) *Veneris xvij januarii.* — Montion, Cartellier, Lestelley; — Danel, Orsieres, Prepositi, A. Versonnay, Ly. de Ponte, Frojon, Leamon, Fonte, Pichon, Navis, Megex, Magistri, Rosseti.

(De G. Perrini.) — De Claudio Perrini et ejus uxore, institetur ut fiat justicia.

De crida postarum, fiat generalis, nullam faciendo mencionem de aliquibus dominis Ligarum nec aliis<sup>3</sup>.

De archa secreti Domus communis in qua pretenditur esse foundationem hospitalis pestilencialis et cujus deperdite sunt claves, apperiat in presencia supradicti consilii ordinarii; quod ita factum fuit nec in ea quicquam repertum quam testamentum quondam commendabilis Girardini de Retro dicti Vinsonet.

De negocio domini sindici et visitacione computorum suorum receptarum, loco Nergua ponitur et deputatur commendabilis Danelli cum Fonte.

*Martis xxj januarii.* — Montion, Cartellier, Lestelley; — Danel, Orsieres, Fernex senior, H. Fabri, Bovier, de Ponte, Leamon, Fonte, Pichon, Navis, Megex, Magistri, Frojon, Rosseti; — Mauloz, P. Gay; — Hurricus Embler, Ja. de Cresto, Bertetus Sermodi, qui sunt tres reges.

Supradictus Molloz apportavit licteras jurisdictionis<sup>4</sup> cum duabus missivis illu. dominorum principis nostri et domini Sancti Glaudii<sup>5</sup>.

<sup>1</sup> Le compte de Pierre Gay, trésorier épiscopal, contient l'article suivant: « Item plus livré le x jour de fevrier 1522 à Guillaume et Boniface Offez dit Peter, pour ung ponsout vint d'Arboex pour donné à mons<sup>r</sup> le comte quant il vint de Flandre, ff. xxj s. vj. »

<sup>2</sup> *Procès criminels*, n° 210.

<sup>3</sup> Cette crie paraît avoir rapport à une démarche faite par les Cantons pour la sécurité des courriers traversant leur territoire. Voir E. A., t. IV 1, p. 161 n° 5, 163 c et 164 n.

<sup>4</sup> Ci-dessus, p. 134 n. 2.

<sup>5</sup> L'original de la lettre de Jean de Savoie est conservé aux Archives de Genève (P. H., n° 886); en voici le texte: « A treschiers, bien amez et feaulx les sindiques et aultres de nostre cité de Geneve. — Treschiers, bien amez et feaulx, j'ay veu ce que m'avés escript et suys esté tresayse d'entendre comme tous les affaires de ma cité se portent bien. J'avoys delibéré de me trouver de pardella, ce que ne m'a esté possible au terme que je pensoys à cause de ma grosse maladie, de laquelle à l'ayde de Dieu suys hors de dangier. Et incontinent que seray renforcé, me delibere passer les montz, pour donner ordre en tout ce qu'il sera de neccessité pour le bien et utilité de madicte cité. Et pource que le temps de l'election des sindiques

Supradicti reges trium bendarum fuerunt petiti ut se prepar(ar)ent pro adventu illu. domini comitis et pro associando dominos sindicos.

Fiant cride quod omnes habentes equos se preparent, eciam omnes arche-rii, collovrinarii, balistarii et custillierii, et hodie in sonitu tube illico se preparent et vadant ad obviam.

Petantur illi qui fuerunt in regno magni regis ut suis vestimentis se preparent.

Vadant sindici ad consilium episcopale et portent licteras jurisdictionis et petatur nominari aliquos ad eundem Chamberiacum, qui nominaverunt Boulet et Mauloz.

*Veneris xxiiij Januarii.* — Montion, Cartellier, Lestelley, Orseries loco Aquinee; — Danel, Navis, Megex, Magistri, Leamon, Fonte, Pichon, Frojon, Rosseti.

(De licteris jurisdictionis.) — De licteris jurisdictionis, domini sindici retulerunt ivisse ad consilium episcopale et requisisse aliquem nominari parte episcopi, qui vadat Chamberiacum cum thesaurario civitatis, et pecissime consilium an portarentur lictere aut si fieret transumptum; quod consilium dixit quod non erat opus facere transumptum nisi unam copiam tabellionatam per secretarium, et quod portent originales quas tamen non permictat extrahi ab eorum manibus.

Venit Reymondus de Ponte, dixit quod exposuerunt socii qui fuerunt obviam illu. domino comiti in cena decem florenos quos pecierunt solvi per communitatem sive thesaurarium. Fuit conclusum illis dari quinque ff. et de illis fieri mandatum thesaurario ut illos solvat. — (*Mandatum habet.*)

De vigilibus qui associaverunt dominos sindicos dum fuerunt obviam, dentur cuilibet ipsorum sex quarti.

(49) De negocio Cartellier, ad Martis.

De rotulo Bessonet, fiat mandatum.

*Martis xxviiij januarii.* — Montyon, Cartellier, Lestelley, Orseries locumtenens; — P. Versonnay, Danel, Magistri, Leta, Fernex senior, Megex Leamon, Fonte, Pichon, Navis, Frojon.

s'aprouche, je vous prie volloir eslire des gentz qu'ilz me soyent agreables et utiles au bien publicq. Touchant des lectres dont me faictes mencion, je les ay obtenu tout ainsi que les demandés et espere, à l'ayde de Dieu, les vous porter. Vous recomandant auparsus tous les aultres affaires concernantz l'honneur, bien et utilité de madicte cité. Et sur ce nostre Seigneur vous ayt, treschiers, bien amez et feaulx, en sa sainte garde. Escrip en l'abbaye de Pinerol le xij<sup>e</sup> de janvier. — L'evesque de Geneve. » — Dans une première lettre, datée de Pignerol le 10 janvier [1522] et adressée aux syndics et conseil de Genève, Pierre de La Baume écrit: « ... Mons<sup>r</sup> de Geneve vous escript la cause pour quoy ne luy ny moy n'avons peu passer les monts et le bon vouloir et affection que led. s<sup>r</sup> a envers vous, des lectres de sa jurisdiction dud. Geneve obtenues de monseigneur passees et accordees sans clause ny difficulté; et ne fust une maladie, dont au plaisir de Dieu j'en espere la convalescence, il estoit delibérer les porter et fere metre à execution, ce que j'espere ce fera en brief... » — Par une autre lettre du même jour, Pierre de La Baume informe les syndics que l'évêque a décidé de leur envoyer les lettres de juridiction et il les engage à les faire exécuter le plus tôt possible (P. H., n° 930).

(*Guilliet et Bessonet.*) — N. Michael Guilliet et Monetus Bessonet, super suis differentiis cujusdam muri et stillicidii ut lacius in relazione, promiserunt stare summarie ordinacioni nobilium sindicorum et consilii ordinarii, cum renunciacionibus et clausulis opportunis. — (*Compromissum levatur.*)

(*Burgensis.*) — Egregius Glaudius filius quondam Petri de Retro, de Villa Nova in terra Gaii, notarius, fuit creatus burgensis mediantibus iij scutis cum sole.

(*De thesaurario.*) — Fuit lectus rotulus thesaurarii. Fuit conclusum quod illum visitent n. P. de Versonay et Ludovicus de Lestelley et in illorum manibus cum mandatis.

De mandando Chamberiacum pretextu jurisdictionis, supersedeatur adhuc pro modico.

De sindico Cartellier, remictitur in consilio quinquagenario.

De mandato Navis, non fiat pro nunc.

*Veneris ultima januarii.* — Montion, Cartellier, Lestelley, Orsières locumtenens; — P. Versonnay, Danel, A. Versonnay, Bovier, Curt, de Ponte, Joly, Leamon, Fonte, Pichon, Navis, Megex, Magistri, Leta, Frojon; — Cornaz.

De uxore Madar, que petebat duos florenos pro ejus viro, nichil solvatur.

(*De G. Perrini.*) — De Glaudio Perrini et ejus uxore, dicatur vicedompno ut prosequatur causam et faciat justiciam.

De supplicacione patisseriorum, remictitur ad Veneris in consilio quinquagenario.

De Lestelley sindico, eligantur quatuor qui Martis nominentur et videantur computa illius.

De rotulo thesaurarii, fiat illi mandatum relacione nobilium P. de Versonnay et Ludovici de Lestelley, commissariorum, qui retulerunt bonum reperisse.

De Curt et fidejussoribus, compellat eos thesaurarius et agat ut voluerit cum illis.

De sindico Cartellier et suo negocio, occasione introgii vini, remictitur ad Veneris.

(50) De presbitero et hospitallero pestilencialibus, vadant extra hospitale, cum non sit infectio, quando voluerint.

(*De ambassiatoribus.*) — Domini ambassiatores Boulet et Mauloz vadant Dominico Chamberiacum ad obtinendum « parati obedire mandatis » et secum ducant unum servitorem eques, sumptibus civitatis.

(*Burgensis.*) — Guillermus filius quondam Glaudii de Ponte, parrochie Marigniaci in Foucigniaco, suctor, et nunc parrochie Magdalenes, admictitur in burgensem mediantibus viij ff.

(*Burgensis.*) — Thomas filius quondam Johannis Dentant, lathomus, de

Cholex, nunc parrochie Magdalenes, admictitur in burgensem mediantibus octo ff.

(*Burgensis.*) — Jacobus filius quondam Ludovici Ruffi alias Mallier, de Vyu in Sallacio, nunc parrochie Magdalenes, experonarius, admictitur in burgensem mediantibus octo ff.

Fiat mandatum dicte Ratellaz de viginti septem solidis. — (*Mandatum habet.*)

*Martis iii<sup>ja</sup> februarii.* — Montion, Cartellier, Lestelley; — P. Versonex, Danel, A. Versonnex, Curt, Bovier, de Ponte, Joly, Leamon, Fonte, Pichon, Megex, Navis, Magistri, Leta, Frojon, Rosseti.

(*De licteris jurisdictionis.*) — Fuerunt tradite originales lictere jurisdictionis episcopalis defferende Chamberiacum pro apponendo « parati obedire mandatis » egregio Bernardo Boulet, ambassiatori ad illac accedendum et quas confessus fuit habuisse et illas restituere, dumtamen non retinerentur per dominos consilii ducalis Chamberiaci residentis aut sibi depredarentur et, sub ea protestacione quod non possit molestari si retinerentur aut (deperderentur) [depredarentur], illas recepit; que protestacio admissa fuit.

De procuratore Animarum, ad Veneris.

De molendinis n. P. de Versonnay, sollicitentur arbitri ad visitandum jura et pronunciandum.

Comparuit n. Michael Guillieti et operarii dant relacionem sic ordinari; visa relacione, in contumaciam Aymonis Bessonet fuit pronunciatum ut in relacione, et illa mandatur observari. — (*Ordinacio levatur.*)

(*Consilium C, juncto ordinario consilio.*) — *Veneris septima februarii.* — Montion, Cartellier, Lestelley; — P. Versonay, Danel, Orseries, Lunes, Bovier, Ly. de Ponte, Curt, P. Joly, Fernex junior, Fonte, Pichon, Navis, Megex, Magistri, Leta, Frojon; — Franciscus Suchardi, Franciscus de Fossis, Raymondus de Ponte, Petrus Villiet, Guillermus Mercerii, Jo. Collondaz, Jo. Boulard, Jo. Vuidon, Jo. Reymondi, Monetus Mistralis, G. de Strata, Ny. Fabri, Ja. Servelli, P. Berteracti, Jo. de Poste, P. Grassier, Jo. Fabri, Andreas Chabodi, Jo. Gando, G. Furjodi, G. Lec, Geor. Pactry, An. Girardi, (51) Guillermus Pictardi, P. Rosseti, P. Gardet, Ny. Cortagerii, Philippus Regis, Ste. Macheret, Ste. Peccollat, Bernardus de Monte, Jo. Migerandi, Guyoctus carpentator, Jo. Nycodi, (P. Joly,) Jo. Oliverii, G. Bellexert, Philippus Breton, Girardinus de Rippa, Amedeus Magnini, Ludovicus Curteti, Jo. Testuti, (Jaco. Servelli,) A. Millaneys, P. Poterelli, Jo. de Pileo Rubeo, Johannes Lullini, dictus Goddet, Jo. Vallet, Ja. de Cresto, Tho. Monachi, A. Reynaudi.

De facto Cartellier et de patisseriis, remictitur consilio ordinario et quinquagenario, et conferunt potestatem providendi et agendi ut fuerit conclusum, quod ratum habebunt.

In quo supra consilio fuit facta prima electio sindicorum et f[uer]unt in eodem electi in carriera Ripparie n. P. de Orseriis, Hugoninus Fabri, Fran-

ciscus Formerat et Jo. Bovier, et superius f[uer]unt electi Jacobus Frojon, Guiliermus Megex, A. de Fonte et P. Navis, quorum octo, dicti Orsieres, H. Fabri, Jacobus Frojon et Guiliermus Megex habuerunt majores voces.

*Dominico nona mensis februarii*, fuit celebratum generale consilium in claustro ecclesie cathedralis sancti Petri Gebenn., more solito, prius proclamatum voce tube et inde ad sonum magni cimbali ecclesie cathedralis Sancti Petri Gebenn. congregatum pro electione novorum sindicorum, in quo interfuerunt subnominati.

Montion, Franciscus Cartellier, Ludovicus de Lestelley, consindici; — n. P. de Versonnay, Franciscus de Leamon, Franciscus de Lunes, Henricus Emoini, P. Navis, Andreas Girardi, Hudricus Pilliodi, Guyoctus Vuydat, Jo. de Bellicio, Amedeus Magnini, Glaudius Chenalis, P. Fabri, Franciscus de Ponte, Glaudius de Strata, Guiliermus Gaudi, Bellengier, e. P. Chapotani, Glaudius Bastardi, P. de Cresto, Jo. Ludovicus Ramelli (*recessit*), P. Villiet, Jo. filius du Picard, Aymo Medici, Michael Guilleti, Anthonius de Fonte, Jo. Frochet, Jo. de Croso, Jullianus Pougini, Georgius Molliez, P. Braserii, Falco Vachon, Michael de La Doey, Rolandus gybasserius, P. Magistri, Jaco. Servelli, Jo. Nycodi, Glaudius Mathei, Jo. Tissocti, Jo. Gando, Johannes Sept, Jaco. Frojonis, Rananus Cohendet, Jo. de Ponte, Jaco. Navillii, Girardinus de Ripa, Jo. Testuti, P. Villiet, Nycolaus de Cresto, Rey. de Ponte, Anthonius Rillieti, Jo. Mercerii, Jo. Levracti, Glaudius Buctini, G. Chenevalis, P. Berterat, Anthonius Rosseti, Amedeus Bombeys, Ja. Gervasii, Jo. de Fontana, Jo. Collondaz, Jo. Levet, Glaudius Coctet, Glaudius de Fontana, P. Poterelli, P. de Fernex junior, Jo. de Pileo Rubeo, P. de Mollario, G. Mollet, (P. Fabri,) P. Vindret, (52) Glaudius Somaretaz, Reymondus Cusinens, P. de Monthouz, Jo. Emetaz, Jaco. de Gerdili, Jo. Vuchardi, Jo. Vorsier, Amedeus Bombarda, Jo. Pilliodi, Henricus Dolens, P. Nycodi, P. Gardet, Franciscus Mermyni, Nycodus Ruffi, Aymonetus Rodulphi, Ludovicus carpentator de Bolo, Michael Mutini, Jo. Furjodi, P. Volandi, P. Grassier, Bartholomeus Ponceti, Marquetus Meynens, Jo. Fabri, Ny. Cortagier, Ste. Valletaz, Roletus Foulat, Jo. Rosseti, Glaudius Aymonis, P. de Villa, Bartholomeus Bramerelli, Jo. Boysson, G[eorgi]us Marchiandi, Jo. de Quarro, Ludovicus de Cresto, Andreas Chabodi, Henricus de Insula, Ste. Macheret, Ludovicus de Salis, P. Olivier, Ny. Fabri, P. Beral, Ludovicus Boytet, Franciscus Suchardi, Jo. Bocardi, P. Guigniet, Michael Plantallex, Philippus Breton, Ste. Peccollat, Jo. Reymondi, Anthonius Rubei, Michael Grasseti, Franciscus Rosseti, Aymo Vulliermi, Jo. Fuserii, Matheus Carrerii, Glaudius Marchiandi, Glaudius Mercerii, Glaudius Pictardi, P. de Montatis, Jo. Bolardi, Glaudius de Baumetes, Franciscus de Fosses, Amedeus Gervasii, Ludovicus Poralis, Aymo Julliard, Anthonius Chavanes, Anthonius Neyret, Ny. Martini, P. Thorens, P. Choudens, Glaudius Tappugnerii, Michael Collombeti, Michael Julliard, Monetus Mistralis, Martinus de Villa, Ste. Arnaudi, Jo. Chapuisii, Glaudius de Retro,

Ludovicus Ganterii, Roletus Medici, Ja. Profenat, Nyc. de Nanto, Ludovicus Tissocti, || Jo. Sept, || Jo. Serex, Lambertus Tissocti.

(*Creatio sindicorum.*) — Fuerunt creati syndici nobilis et honorabiles Petrus de Orseriis, Hugoninus Fabri, Guiliermus Megex et Jacobus Frojon, et constituti procuratores in forma, absentibus Orseries, Hugonino Fabri et Megex.

Fuit data potestas per idem consilium consilio quinquagenario et ordinario eligendi et deputandi auditorem computorum et eligatur Jo. Ludovicus Ramelli.

Idem Johannes Ludovicus Ramelli proposuit quod fuerunt imposite gabelle ad satisfaciendum dominis Alamanie et aliis quibus nulla fuit facta solucio, eciam mutuo tradidit ducentum scutos auri, de quibus non fuit sibi satisfactum; aliunde dixit quod nunquam consenciit capitulis editis per illustrissimum dominum ducem et quod indebite fuit appositus et peciit se ab illi tolli. Fuit replicatum quod fuerunt facte soluciones pauperibus et exposite peccunie ultra quatuor mille florenos, et intersit in computis et videre poterit quomodo fuerunt exposite. Et fuit electus conauditor, qui acceptavit<sup>1</sup>.

Quia e. Leamon proposuit servisse in officio piscidis septem annis et ultra et procuracionem sibi factam expiratam; peciit se eximi, paratum se offerendo computare; peciitque novam fieri electionem; se tamen obtulit obsequi creandum quantum poterit. Fuit conclusum quod fiat electio in consilio ordinario de duobus et sciatur si velint acceptare, et omnia communicentur in consilio generali ob hoc celebrando.

(53) *Martis undecima mensis februarii.* — Orsieres, H. Fabri, Megex, Frojon; — Cartellier, Versonnay, Danel, Fernex senior, Bovier, de Ponte, Leamon, Leta, Pichon, Fernex junior, Rosseti.

(*Adventus ambassiatorum Boulet et Mauloz.*) — E. Bernardus Boulet, thesaurarius communitatis Gebenn., et Glaudius Servandi venerunt ab oppido Chamberiaci, qui missi fuerant ad obtinendum «parati obedire mandatis» a consilio, et apportaverunt licteras unacum excusacione a tergo ipsarum<sup>2</sup> ad modum unius missive. Idem Boulet restituit licteras jurisdictionis, peciit se eximi et quictanciam sibi fieri de illarum restitutione, que quictancia fieri precipitur per secretarium et de ipsis quictatur et mandat consilium ipsum Boulet clamari ab eadem promissione de restituendo; et ulterius fuit conclusum quod rescribatur domino nostro episcopo et domino Sancti Glaudii, quod fieri precipitur; et rescribatur illi. domino nostro episcopo et domino Sancti Glaudii, apud quem fiant humiles recomendaciones.

<sup>1</sup> Cette dernière phrase a été ajoutée après coup.

<sup>2</sup> Au dos de l'original des lettres patentes du duc citées ci-dessus (p. 134, n. 2) est transcrite la protestation du conseil de Chambéry, en date du 8 février 1522, contre lesdites lettres dont il ajourne l'exécution qu'il estime préjudiciable aux intérêts du duc.

(*De G. Perrini.*) — De Claudio Perrini, dicatur illi quod si veniet et cognoscat reatum et suam offensam, agatur mite cum eo, si minus prosequatur causa.

De excessibus et bastardo Thorenci, queratur processus criminalis quo fuit inculpatus, et inde capiatur per vigilles, non expectando quod capiatur per locumtenentem domini vicedompni.

De gabelleriis carniū, solvant quod debent et ad id compellantur.

De ambassiatoribus, faciat rotulum thesaurarius, et, viso rotulo, videbitur de modo satisfaciendi<sup>1</sup>.

De Mauloz sive Servandi, dentur illi duo scuta auri solis.

Nomina consilliariorum consillii ordinarii:

Primo nobilis Ludovicus Montionis, Franciscus Cartellier, n. Ludovicus de Lestelley, n. Guiliermus Aqueneaz, n. P. de Versonnay, e. Franciscus de Leamon, comendabilis Guiliermus Danelli, n. P. de Fernex senior, s. d. Petrus Fabri, e. P. de Leta, e. P. Magistri, n. P. de Fernay junior, n. Anthonius de Versonnay, comendabilis Franciscus Fornerat, comendabilis Jo. Bovier, comendabilis Michael Nergua, comendabilis Lyonardus de Ponte, Anthonius Rosseti, comendabilis P. Cornaz, Anthonius de Fonte, Petrus Navis, Henricus Emonini, Petrus Joly, n. Franciscus de Lunes, Girardinus de Rippa, Petrus Berteracti, Johannes Migerandi, Bernardus de Monte, Johannes Balli, Jo. Ludovicus Ramelli, (Bernardus de Monte,) (Jo. Migerandi).

(54) *Veneris decima quarta mensis februarii.* — Orsieres, H. Fabri, Megex, Frojon; — P. Versonnay, Danel, Fernex senior, Lunes, Bovier, Fornerat, Curt, de Ponte, Cartellier, Lestelley, Leamon, Fernex junior, Fonte, Navis, Magistri, Rosseti, Pichon.

De Claudio Perrini, facta emenda per ipsum et ejus uxorem, qui ambo veniant Martis, solvat vigilli offenso duo scuta auri et alteri unum, et expensas omnes coram vicedompno factas; et si non veniant, ulterius non audiantur sed prosequatur via justicie contra eos.

(*Juramentum factum per reverendum dominum P. Grueti.*) — Heri, que fuit Jovis tresdecima februarii, reverendus dominus P. Grueti, vicarius Gebenn., veluti procurator reverendissimi domini Petri de Bauma, episcopi Gebenn., adepta possessione<sup>2</sup>, juravit franchisesias in forma super altare

<sup>1</sup> Voir un mandat de 66 florins délivré le 11 février « personis in rotulo nominatis » (Finances M, n° 18, année 1522, mandat n° 13).

<sup>2</sup> Sur la mort de l'évêque Jean de Savoie, survenue à Pignerol et dont le Conseil n'avait pas encore connaissance le 11 février, voir les lettres du nouvel évêque, Pierre de La Baume, aux « scindiques, conseillers, hommes et communaultez de Geneve » (Galiffe, *Matériaux*, t. II, p. 305; L. Sordet, dans M. D. G., t. II, p. 3) et au Chapitre de Genève (P. H., n° 931), datées de Pignerol, 7 février.

Dans le compte de Pierre Gay, trésorier épiscopal (P. H., n° 925), on trouve les détails suivants: « Item plus livré le xv jour de fevrier 1522 pour les biscoing fait aut sucre pour

Sancte Catherine, presentibus venerandis dominis Johanne de Charançonay, Johanne Gaugiatoris, Guiliermo de Vegio, canonicis Gebenn., necnon e. Bernardo Boulet, Humberto Trenchent et pluribus aliis.

De consilio quinquagenario, petatur ad Martis.

De consilliaris, maneat omnes anni preteriti.

De processionibus, petantur confratres confratriarum et cirei ut assistant in processionibus.

De auditoribus computorum, ad Martis.

De arreragiis, ad Martis.

De Britilliona, maneat conclusio et instetur apud r. dominum vicarium revocari licteras contra ipsam, alias appelletur.

De Curt, habeatur respectus in compellendo eum, et compellantur fidejussores et interim solvant.

Nomina consilliariorum consillii quinquagenarii. Et primo<sup>1</sup>...

(55) *Martis xviii februarii.* — Orsieres, H. Fabri, Megex, Frojon; — Cartellier, P. Versonnay, Danel, Curt, Joly, Fernex senior, Fornerat, Leamon, Fonte, Pichon, Navis, Leta, Rosseti, Lestelley, Fernex junior, Magistri; — Anthonius Millanesii, P. Poterelli, P. Chatel, Jo. Collonda, Ny. Cortagier, Ny. de Villario, Peronetus Joly, P. Fabri, P. Villiet, Ludovicus Curteti, Gyrardinus de Rippa, Ny. Gentilis, Philippus Breton, Guiliermus Pensabini, G. de Cresto, Jo. Lullini, Jo. Sept, P. Vindret, Jo. de Pileo Rubeo, Jo. Ruffi, Roletus Bonaz, Jo. Boysson, P. Rosseti, Ja. Comitiss, Tho. Monachi, Franciscus Suchardi, Jo. Nycodi, P. Grassier, Aymo Julliardi, Franciscus de Fosses, P. Gardet, Jo. Migerandi, Ja. Servelli, Monetus Mistralis, P. Berteracti, Jo. Testuti, Franciscus Testuti, A. Reynaudi, P. Olivier.

De prato pertinente civitati, proclametur voce cride et expediatur sive admodietur ad extinctum candele in claustro, et detur in admodiacionem ad sex annos et teneatur modus illud claudendi spinis sive sisia viride que ibidem plantetur.

boire la || marvese || l'ipocras pour la prise de posecion de l'evché pour mond. signieur, pour mesieur du chapitre et de la ville, ff j. — Item plus livré led. jour pour troex gram harme, pour metre en l'evché et en la porte de Sent Pierre et aut Siaux, fayts en hort et assur [les La Baume portaient: d'or à la bande vivrée d'azur], à iiij g. la pisse, ff. j. — Item plus pour xvj arme pour metre aut chatiaux et pour les sauve garde de mond. seigneur, à vj d. la pisse, viij s. — Pierre de La Baume paraît avoir notifié à l'empereur Charles Quint son accession au siège de Genève: « Item plus livré à l'ecuyer Buye le xiiij de fevrier 1522, en la presance du procurour de Sent Glaude, pour fere sont voage en Flandre vert l'emperour, en xxx escu soleil vallan ff. cvij s. vj. — Item plus livré le xvij jour de fevrier à Bernar Fonanche, mesagié de l'emperour, qui l'envoaz à monsigneur des lectre en aleman, et fut conclu aut conseil que le defriais de la part de mon dict seigneur pour v jour qui demora à l'Amge, à ung florin pour jour et pour sont vint, fuit hordoné à quatre florins d'Alemagnie qui valle iij escu soleil, qui sont en tout de florin ff. xv s. ix. » (*Ibidem.*)

<sup>1</sup> La liste manque et la page est restée blanche.

De patisseriis, fuit lecta supplicatio eorum parte tradita, cujus tenor talis est :

« Magnifiques et noz treshonorés seigneurs mes seigneurs les sindiques de ceste cité et noble conseil d'ycelle, exposent à vostres nobles seignories Jaques Lombard, Andrien Blanchod, Bernard Conjez, Glaude Pinget, Rolet Bonivard et Jeham Gay, patissiers, aut nom de eulx et de leurs adherissans, habitans de ceste cité de Geneve, estre vray que, az cause des franchises et libertés d'ycelle et aussi de bonnes, anciennes et louables coustumes, toutes gens et de tous cartiers desirant en ycelle demeure[r] et resider, ont acoustumé soy ilz retirer et en ycelle exercer leurs mestiers pour il visvre honestement, qu'est l'onneur et prouffit de toute la cité. Et à cause desdictes franchises et libertés, journellement viennent pluseurs bons compagnions en ycelle resider et apprendre ars et mestiers pour ilz vivre honestement, pretendant jouyr et gaudir de dictes libertés et franchises, bonnes et louables coustumes qu'ont regné en ycelle par tant de temps qu'il n'estz memoire d'home au contraire. A cause de quoy, lesdicts posvres supplians, en ensuyvant lesdictes lou[a]bles et anciennes coustumes, soy sont retirer en ycelle et ont appris leurs mestiers en ceste cité et ont en ycelle femmes et enfans, pretendant comment dessus joyr et gaudir desdictes franchises et libertés comment leurs ancestres ont fait par le passé. Or est aynsi que vous, messeigneurs les sindiques, avés fait deffense esdicts posvres supplians de non point exercer leurdict ars et mestier de patisserie, dysant qu'il a esté faite une conclusion en la meyson de la ville, en ung conseil de cinquante, de non point admectre ne recepvoer de heure en avant aulcons patissiers en borgoys jusque ilz soyent retourné au nombre de doze, laquelle chose ilz trosvent fort estrange, et non sans cause pour autant qu'il n'y ont point esté appellé, et ausi que en nuls aultres ars et mestiers vous n'y thoché ny contravené, jasoy ce qu'il soyent en plus grand nombre qu'il ne sont les patissiers. Et s'il estoit aynsi que ladicte conclusion heu leu, ilz faudroit que lesdicts posvres supplians, chargé de famille, abandonassent la ville et fussoyent posvres esgarés par les chans, mendicant, ou larrons, car ilz ne sceroient point exercé d'aultre mestier, que seroit une chose fort estrange et de droit contre vousdictes libertés et franchises, bonnes, anciennes et louables coustumes. Et aussy cella seroit ung nouveau impostz et ung nouveau vetigal, des queulx tous consentans sont de Dieu maudit, comment en est faite expresse mencion en la sainte escripture. Et ne doibt point avoer leu ladicte conclusion faite contre bonnes (56) meurs, cart la renommée de ceste cité, demeurant ladicte conclusion, seroit blasmée et anichillée et si, pour cas de fortune, à cause des guerres à presant regnant en pluseurs pay, soy retiroyent aulcons en ceste cité, patissiers ou aultres, et vouldissent demeuré en ceste cité, ilz est à croire que yceulx permectré en ycelle et exercer leur ars et mestiers et, par plus forte rayson, semble que ne debvés degecté de ceste cité ny a eulx contredire leursdict mestier exercer; aultrement ceste

cité ne soy disroyt estre franche, ce que elle est. Pour quoy lesdicts posvres supplians recourant à vous, comment leurs protecteurs, vous supplient à joynctes mayns qu'il vous playse revoquer vousdictes prohibicions et deffenses et yceulx recepvoer et admectre du nombre des aultres vous bourgoys, permectant à eulx leurdict ars exercé, et si ilz ne servent de leurdict mestier loyallement, qu'il soyent pugnys comment droit et rayson l'apporte. A laquelle poyne soy somectent lesdicts supplians et a tant prient nostre Seigneur qu'il vous doent tresbonne vie et longue.»

(*Conclusio.*) — Lecta dicta supplicacione et illius per consules audito tenore, causis in illis reseratis, que<sup>1</sup> fuerunt oppinate, fuit conclusum quod patisserii ipsi et ceteri in hac civitate existentes, dummodo sint ydonei, admicterentur in burgenses, condicione adjecta quod [si] defectuosi reperiantur ipsi et ceteri pugniantur; et procedatur ad illorum privacionem, si incorrigibiles reperiantur. Et solvant in promptu admictendi.

(*Electio auditorum computorum.*) — De arreragiis et auditoribus computorum eliguntur Johannes Ludovicus Ramelli, Michael Nerga, Girardinus de Rippa, Guilielmus Danelli, Anthonius de Fonte et Martinus Porrallis, ita quod si aliquis non possit ipsis vacare, adjunguntur n. P. de Versonay et Leamon.

(*Electio procuratorum piscidis.*) — De procuratoribus piscidis Animarum, eliguntur n. Benedictus Ginodi et e. Martinus Porrallis.

(*De Cartellier.*) — De Cartellier, conclusum fuit ut det scripto qui fuerunt illi qui adduxerunt vinum excretum et numerum ipsius vini excreti intrati, scripto vel per testes, et id admictatur et de firma detrahatur et residuum solvat, eciam totum si non det vinum intratum et illius debitores.

(*De pessoneriis.*) — De pessoneriis, separentur modo quo fuerunt separate existentibus sindicis n. P. de Versonay, F. de Leamon, P. de Fernex juniore et Guiliermo Danelli, et videatur illa conclusio tunc facta que observetur.

De facto Guilielmi Curt, remictitur consilio ordinario.

Dentur Servandi, alia conclusione non obstante et ultra illam, pro duobus voagiis per eum factis, videlicet dum primo cum Biolesii ivit Chamberiacum pro negocio dominorum sindicorum qui citati illac erant instante fisco ducali, et pro alio dum ultimate ivit cum egregio Boulet ad obtinendum « parati obedire mandatis », ultra expensas oris et equi, duo scuta, et sic inclusis illis duobus, quatuor scuti auri, et fiat illi mandatum<sup>2</sup>. — (*Mandatum habet.*)

Veneris xxj februarii. — Orsieres, Megex, Frojon; — P. Versonay, Danel, A. Versonay, Fernex senior, Curt, Bovier, Fornerat, Gyrardinus de Rippa, Lestelley, Leamon, Nerguaz, Fonte, Pichon, Navis, Leta, Magistri, Rosseti.

<sup>1</sup> Ici un mot non déchiffré.

<sup>2</sup> Ci-dessus, p. 86, 87, 135 et 142-144. Sur ce personnage, voir Gautier, *Hist. de Genève*, t. II, p. 89, 90 et 246.

(*Acceptacio visionis computorum.*) — Martinus Porrallis acceptavit electionem de eo factam visionis computorum thesaurarii, tamen noluit acceptare esse consulem consilii ordinarii, dicendo se non posse vacare.

(*Admissio consulis.*) — Girardinus de Rippa fuit admissus in consulem consilii ordinarii, et juravit in forma et acceptavit electionem de eo factam in audiendo computa.

De nivibus et glaciis, omnes mundent ante suas domus et qui denuo posuerunt et transmiserunt glacies juvent ad tollendum.

De rege collovrinorum, dentur illi et sociis qui interfuerunt in adventu illu. domini comitis xxxij solidi.

(57) De mandando ad illu. et reverendissimum dominum nostrum episcopum, vadant ad illum commendabiles Guiliermus Danelli et Lyonardus de Ponte et secum ducant pro servitore quem voluerint<sup>1</sup>.

De r. domino abbate Bonimontis, ad illius intercessionem admictatur gratis in burgensem Benevys.

De Andrea, patisserio, ad Martis.

De procuratore Animarum eligendo, ad Martis.

(*De gabella vini illorum de Sancto Gervasio.*) — De gabella vini illorum de Sancto Gervasio, solvant illi de Sancto Gervasio medietatem horum ad que ascendit gabella illius vini per eos venditi dum venerunt armigeri Liguarum.

(*Burgensis.*) — Bernardinus filius Jacobi Annequini, mercator, de Corniato, Thaurinensis dyocesis, nunc parrochie Sancti Gervasii, admictitur in burgensem mediantibus tribus scutis auri regis ad solem per eum manualiter traditis.

Solvat et libret thesaurarius commendabili Michaeli Nerga, in deducionem horum que sibi debentur ad causam confratrie hospitalis pestilencialis, vj ff. — (*Habet.*)

<sup>1</sup> A l'annonce de la mort de l'évêque Jean de Savoie, le Conseil de Genève avait écrit à Pierre de La Baume une lettre dont le brouillon est conservé (P. H., n° 930 bis):

« Nostre tresreverend et tresredoupté prince et seigneur, nous noz recomandons tres-humblement à vostre bonne grace. Monseigneur, nous avons repceu la lectre qu'il vous a pleu nous rescripre et sans nulle faulte sumes bien marri du treppas de feutz nostre tresreverend prince monseigneur de Geneve que Dieu absolve; mes comment vous a pleu nous rescripre, ilz s'en faulte conformer au vouloer de Dieu. Et puy qu'il a pleu à nostre Seigneur que aynsi soit, nous sumes tresjoeux vous avoer par nostre prince et seigneurs, de quoy avons lieu rendre grace à nostre Createur de nous pourvoer d'ung thel prince et seigneur comment vous este. Cart par vous nous experons moyenant vostre grace bien visvre soubz vostre protection, en bonne paix et tranquillité..... » Les syndics racontent ensuite l'insuccès de l'ambassade envoyée à Chambéry pour l'obtention du « parati obedire mandatis » au pied des lettres duciales du 13 novembre 1521 en faveur de la juridiction ecclésiastique de Genève. Ils transmettent enfin à l'évêque une requête tendant à obtenir « licence de mengé beurre et lacticyne ». — L'évêque leur répondit en ces termes: « Treschiers, bien amez et feaulx, nous avons veu ce que nous avés escript, et vous mercions la bonne volenté qu'avés de faire office de bons subjectz, vous priant continuer. Au demourant à nous ne tiendra que les aferez de la cité ne se conduysent de si bonne sorte que aurés cause vous contenter. Quant

*Martis xxv february.* — Orsieres, Fabri, Megex, Frojon; — P. Versonay, Danel, A. Versonnax, Curt, de Ponte, de Rippa, Lunes, Fernex senior, Lestelley, Leamon, Fernex junior, Nergua, Fonte, Navis, Leta, Magistri.

H. Bernardi exposuit sicuti Guigo Comitum moratur in civitate et insidiatur ipsi die noctuque et se jactavit de ipsum et ejus servitorem morti tradendo et ponit scripta et tiletos in quibus describitur ipsum Bernardi esse proditorem suo principi; rem ob quam peccit justiciam sibi ministrari, paratum se offerendo, dum ei ministrentur duo vigilles, illum capiet et adducet ad hanc Domum; alioquin protestatus fuit de recurrendo ad illu. et reverendissimum dominum nostrum episcopum. Qua exposita nobiles sindici mandaverunt querere egregium Porterii, cui requisicionem fecerunt ut sumat informaciones super premissis.

De procuratore Animarum, quia fuit electus n. Benedictus Ginodi qui acceptare recusat, compellatur coram r. domino vicario ad acceptandum.

De arreragiis, ponantur in manibus auditorum computorum, et si opus sit revideantur computa, et debentes ad solvendum compellantur, solutis et intratis que illis solvenda et intranda erunt.

De patisserio, admictatur in burgensem mediantibus octo florenis quos solvat in contentis.

De ambassiatoribus qui duos equos emerunt, reperiatur modus illis solvendi, videlicet de Muro xij scuta solis et Faulcon decem scuta cum dimidio, et inde quam primum vadant ipsi domini ambassiatores.

(*Burgensis.*) — Andreas filius quondam Johannis Blanchodi, de Urce, parrochie de Meynier, patisserius, nunc parrochie Beate Marie Nove, admictitur in burgensem mediantibus viij ff. hodie in manibus thesaurarii solvendis.

*Veneris ultima february.* — Orsieres, Megex, Frojon; — P. Versonnax, Lunes, de Rippa, A. Versonnax, Curt, Leta, Lestelley, Leamon, Nergua, Fonte, Navis, Magistri, Rosseti.

(*Burgensis.*) — Gladius filius quondam Johannis Pingeti, de Belleydou parrochie Excallonis, nunc parrochie Sancte Crucis, patisserius, admictitur in burgensem mediantibus octo ff.

(*Burgensis gratis.*) — N. Gladius donatus de Benevisio, parrochie Sancti Germani, nunc admictitur gratis in burgensem contemplacione r. d. abbatis Boni Montis.

aux lectres de nostre juridicion ecclesiastique dont nous escripvés, nous y donnerons le meilleur ordre que nous sera possible. Au surplus nous vous avons accordé la licence des mengailles dont nous avés requys, laquelle vous envoyons, entendant touteffoys qu'il s'en use en la sorte que nous avés supplié, et non aultrement, vous recomandant tousjours noz afferez de lad. cité. Et tenés main sur tout que justice ait lieu, et vous nous ferés plaisir. Et à tant, treschiers, bien amez, nostre Seigneur vous ait en sa garde. De l'abbaye de Pinerol ce xxij<sup>e</sup> de fevrier. — L'evesque de Genève.» (P. H. n° 930.)

(58) Fiat mandatum Guyocto Rolandi, carpentatori, de tribus florenis pro reparacione ponderis bladi quantum concernit jus civitatis. — (*Mandatum habet.*)

De infante posito in porta Sancti Petri, contemplacione capituli enutriatur donec proviso de procuratore.

De Oddeto Paqueti, quia habet gregem<sup>1</sup> cum Bucler, Alemano, concordet graciose cum eo.

De vigilibus quos vicedompni locumtenens petit sibi dari, non dentur nisi in casu neccessitatis.

De eisdem, manuteneantur et sumantur informaciones de injuriis sibi factis per detentum.

De detento, vadant domini syndici ad Insulam et sciant illius detencionem.

(*Visitatores piscium.*) — Visitatores piscium ponuntur magistri Andreas Gerardi et Guilliermus Nepotis.

De pessoneriis, separentur ut fuerunt separate de tempore n. Versonay et aliorum.

De gatelletis, fiant donec prohibeatur et maturius advideatur.

Compellat thesaurarius fidejussores Curt viriliter.

*Martis iiiij<sup>ta</sup> marcii.* — Orsieres, Fabri, Megex, Frojon; — P Versonnay, Lunes, Nergua, de Rippa, Bovier, Cartellier, Curt, Lestelley, Leamon, Fonte, Navis, Rosseti, Leta, Magistri.

(*Burgensis.*) — Nycolaus donatus egregii Reymondi Bocheti, de Ambillier, parrochie Magdalenes, patisserius, admictitur in burgensem median-  
tibus octo ff.

(*Burgensis.*) — Jacobus filius quondam Johannis Bonivardi, de Vend[ovres], nunc parrochie Sancti Gervasii, patisserius, admictitur in burgensem median-  
tibus octo ff.

*Veneris septima marcii.* — Orsieres, Fabri, Megex, Frojon; — Versonnay, Cartellier, Corna, Lunes, de Rippa, A. Versonay, Fernex senior, Curt, Lestelley, Leamon, Nergua, Pichon, Navis, Leta, Magistri, Rosseti.

(*Burgensis.*) — Petrus filius quondam Jacobi Durandi, de Sisignyn, patisserius, parrochie Sancti Leodegarii, admictitur in burgensem median-  
tibus viij ff.

(*Burgensis.*) — Petrus filius quondam Richardi Durandi, parrochie Sancti Leodegarii, patisserius, admissus mediantibus octo ff.

(*Burgensis.*) — Johannes filius quondam Andree Gay, de Monthouz, patisserius, nunc parrochie Sancti Germani, admictitur pro viij ff.

(*De gatelletis.*) — De gatelletis, quia ob illorum initium jam subsequitur bladorum caristia, prohibeatur, et fiant cride ne fiant gatelleti nec eciam

<sup>1</sup> *Peut-être pour: greugiam (jurgium).*

alibi emantur pro vendendo in civitate et franchesiis, qui eciam vendi ut supra prohibentur.

(*De licteris latinorum.*) — De licteris in favorem hospitalis decretis, fiant in impressione tilleti et inde illi in quibuscunque parrochiis sumptibus hospitalis pestilencialis mictantur.

(59) (*De salle petra.*) — De illo qui se obtulit colligere salpetram et illud inde vendere leviori precio quam alias, detur illi licencia colligendi salpetram in locis reperiendis per eum, dummodo fuerit illorum voluntatis et non alias.

(*De procuratore Animarum.*) — De procuratore Omnium Sanctarum Animarum, quia sunt multi repudiantes ipsum acceptare officium, quo audito, prefatus Leamon se obtulit in decus ipsarum laudabilium animarum officium ipsum exercere tamdiu quamdiu poterit, dummodo non coherceatur per dominum vicarium per penarum impositionem; quod si ita fieret, ipsum prothinus relinquet officium; datur illi potestas quem voluerit secum assumere, et ille gratus erit.

(*De auditoribus computorum.*) — De auditoribus computorum ordinari-  
rum et arreragiorum, incipiant Lune et congregentur ad tunc, et inde ut supra incipiant.

(*De revenditricibus.*) — De pessoneriis, vadant domini syndici iiiij<sup>or</sup> ad Mollare et eas segregent et servetur ordo positus existentibus sindicis nobilibus P. de Versonex, Leamon, Fernex et Danelli.

(*De Pichon.*) — De Pichon petente sallarium sui officii contorolatoris, quia pauca fuerunt facta edificia dentur illi decem floreni. — (*Mandatum habet.*)

(*De predicatore.*) — De r. domino predicatore ordinario, dentur illi fassine et candele, more solito.

(*De r. d. predicatoribus.*) — De eodem, quia r. frater Floret ibidem exposuit sicuti sermo qui fit in eorum conventu est ordinarius, et doctor adest doctissimus, supplicavit ut domini syndici et consilium velint erogare dominos de capitulo ut sermo qui in Magdalenes ecclesia fiat in ecclesia cathedrale et si(c) non fuerit de beneplacito ipsius venerabilis capituli, quod iterum supplicatur r. d. Magdalenes quod r. predicator in sua ecclesia sermonem faciat post illico finito sermone ordinarii et tunc poterunt auditores interesse in eodem sermone r. predicatoris Magdalenes, et si a casu nollet consensum prebere quod saltem sermones ipsorum reverendorum dominorum predicatorum uno et eodem contextu pulsetur et pulsatus finiatur, et finitis sermonibus saltem sermone predicatoris Magdalenes non pulsentur in eadem ecclesia sermones, donec finito sermone ipsius r. d. predicatoris Minoris, qui ordinarius est.

(*Deputatio contorolatoris.*) — Admictitur n. Girardinus de Rippa in contorolatorem communitatis, mediantibus decem ff., ad tempus unius anni hodie incohandi.

Solvat thesaurarius n. P. de Versonay, pro instructionibus per ipsum Versonay ultimo dictatis, unum ff.

*Martis undecima marcii.* — Orsieres, H. Fabri, Megex, Frojon; — P. Versonnay, Cartellier, de Rippa, Berteracti, Leta, Rosseti, Lestelley, Leamon, Fonte, Pichon, Navis, Magistri.

(*Procurator Animarum.*) — Adjungitur et deputatur comprocurator Omnium Animarum, cum e. Leamon, egregius P. Berteracti ad triennium, qui admittitur eciam (admittitur) in consulem consilii ordinarii et juravit in forma.

De detento, vadant domini syndici hodie hora prima post meridiem cum consulibus et inde examinetur.

De vigilibus qui vacaverunt post revenditricis post cridas factas pretextu caponum, solvantur cuilibet ipsorum duo testoni. — (*Mandatum habet.*)

De vicedompno qui nititur exigere sigilla sententiarum, fiant illi remonstraciones quod sibi non debentur vigore franchesiarum quas juravit.

Procurator fiscalis faciat debitum suum circa exercicium sui officii.

De prato, cridetur et expediatur Sabbati cum candela incensa, hora 3<sup>a</sup> post meridiem.

De consilliariis, fiant illis remonstraciones ut veniant.

De Cartellier, eligat duos et syndici eligunt Fonte et Leamon.

De secretario, solvantur sibi pro omnibus propositis duo scuti solis. — (*Mandatum habet.*)

(60) *Veneris xiiii marcii.* — Orseries, H. Fabri, Megex, Frojon; — Cartellier, de Rippa, Berteracti, Joly, Rosseti, Lunes, Bovier, Lestelley, Leamon, Fonte, Navis, Magistri, Fernex junior.

|| Adjungitur et deputatur comprocurator Omnium Animarum, cum egregio Francisco de Leamon, e. Petrus Berteracti et ad id admittitur, et representetur consilio generali et admittitur in consiliarium consilii ordinarii et juravit in forma. || — (*Alibi est.*)

(*Crida et prohibicio.*) — Quia est quidam patisserius ultra pontem Areris qui facit gatelletos, fiant cride ne quis emat ab eo gatelletos ad illos revendendum.

(*Deputacio custodie pontis Areres.*) — Quia dicitur pestis vigere in villagio de Pesey et certis aliis circumvicinis, deputatur custos sub stipendiis assuetis ad tempus dandis et ordinandis per dominos syndicos P. Dimierii, et advisetur ille custos quod advertat ne quis impediatur apportantes bladum in foro.

De hospite petente unum scutum auri, in presenciarum commorante in Nividuno sive in Coppeto, solvatur illi, relazione syndici Lestelley qui retulit ipsum scutum sibi deberi, et fiat mandatum. — (*Mandatum habet.*)

De cognata reverendissimi domini nostri episcopi, visitetur per dominos syndicos et donetur illi mellicratum<sup>1</sup>.

De detentis et potissime de Stephano, minuserio, feratur sententia in eum quod suspendatur in furchis Champelli et ibidem straguletur et, si sit possi[b]ile, feratur cras sententia.

De alio, vadant domini syndici ad r. d. vicarium et petant revocari licteras, alioquin interponatur appellatio.

(*Crida.*) — Fiant cride ne quis blasphemet nomen Redemptoris nostri et ejus pregratiosissime matris, sub pena collaris etc.

*Martis xviii marcii.* — Orsieres, Megex, Frojon; — Fernex, de Rippa, Berteracti, Lestelley, Pichon, Navis, Leta, Magistri.

(*De prato civitatis.*) — De prato pertinente civitati(s), tradatur Girardino, contorollatori, ut illud claudi faciat nomine civitatis pro hoc anno.

De carceratis, vadant domini syndici ad Insulam cum visitoribus parte consilii episcopalis deputatis et sciant an sit clericus et gaudere debeat privilegio.

(*Mandatum.*) — Fiat mandatum Nycodo pro septem jornatis.

*Veneris xxj marcii.* — Orsieres, H. Fabri, Megex, Frojon; — Montion, P. Versonex, Cartellier, Fernex senior, Lunes, Bovier, de Rippa, Berterat, Lestelley, Leamon, Pichon, Navis, Leta, Magistri, Rosseti.

(61) Fiat mandatum Johanni Cursilliat, catellerio, de summa quatuor ff. et duorum solidorum sibi debitorum, ut in libro civitatis. — (*Mandatum habet.*)

(*De evasione detenti.*) — Exposuit nobilis Petrus de Orseriis nobili Bertrando Tromberti, domino Terralium et locumtenenti magnifici domini vicedompni Gebenn., quod ipse nobilis Bertrandus bene sciebat et ignorare non habebat quym durante detencione Stephani, filii quondam Anthonii Reynaudi, de Cisterono, qui furta plura commisisse spontanea sua voluntate confessus fuerat, in ipsius nobilis Bertrandi presencia, fuerat ipsi nobili Bertrando tute custodiendus remissus et illum sub sua vita acceperat ipse

<sup>1</sup> Il s'agit probablement de Marguerite de Vergy, femme de Jean II comte de Gruyère, et dont le passage à Genève à cette date est attesté par les articles suivants du compte du trésorier épiscopal Pierre Gay (P. H., n° 925):

« Item plus livré le xij de mars 1522 pour tiré ung bossout de vint de Somons et ung d'Arboex, pour mené aut Siaux [maison du Sceau] pour maz dame La Gruyre, s. vj. — Item plus livré pour tache pour pendre la tapisserie en la chambre de maz dame La Gruyre et pour les sier [ciels] de sarge et pour les corde pour les pans, s. ij. — Item plus pour quatre bocle pour le lit de canz pour metre les verge de fert pour les pant, s. ij. — Item plus livré à mons<sup>r</sup> le segretayre Bacho, pour fayre sont voage pour allé querre maz dame La Gruyre, pour sa depece, comme mons<sup>r</sup> m'ecript de Penero le xxvj de fevrier 1522, vj escu sol vallant ff. xxj s. vj. — Item plus mes livré pour ungne selle et garnison de ungne aquené grise qui enmena de selle de maz dame La Gruyre, costa ff. v. — Item plus pour toyle et pintage pour fere ung fons de sier à ung lit de sarge aut Siaux, pour maz dame La Gruyre, ff. x. »

dominus Terralium; et ulterius fuerat ipse nobilis Bertrandus per ipsos nobiles syndicos exortatus ut a custodia ipsorum carcerum amoveret Johannem Bertier dictum Des Enfants, quem sciebat sua versucia et peccunia corruptus relaxasse et abire permisisse duos aut tres criminosos, et de alio custode provideret et eciam ipsum Stephanum, ut magis esset de eo securus, compeditaret eciam Veneris novissime decursa; et quod ipsi nobiles syndici in eundem nobilem Bertrandum protestati fuerant si a casu idem Stephanus ipsius nobilis Bertrandi defectu evaderet, de dampnis, jura et interesse reverendissimi domini nostri episcopi et ipsorum. Qui quidem nobilis Bertrandus confessus fuit fuisse premissa sibi enarrata et eum dixisse quod ipsum Stephanum super sua vita accepit. De quibus premissis iidem nobiles syndici, sindicario nomine, pecierunt a me notario et secretario ipsius communitatis testimoniales licteras sibi dari et instrumentum, quod et quas in presencia quorum supra concessi. Idem nobilis Bertrandus requisit pro modico temp[or]e supersederi, adeo quod pecierunt syndici illum remicti; dixitque idem nobilis Bertrandus quod intellexerat eundem Stephanum esse in civitate Lausanne et Johannem Bertier in loco de Viveys et ea causa rescripserat apud s. dominum gubernatorem Vuaudi, et sperabat illos in brevi habere et sic illos, quam primum illos haberet, remicteret<sup>1</sup>.

De macellariis, petantur ad Lune.

De auditoribus computorum, moneantur ad visitandum computa.

(*Commissio.*) — De Cartellier, qui emisit querimoniam quoad gabellam vini sublatam, peciit commicti aliquibus probis qui visitent adhuc et se informet de veritate, et eligit pro se n. Ludovicum de Lestelley et Biolesii, et domini syndici deputaverunt pro civitate e. Leamon et Fonte, et ad referendum.

(*De G. Perrini.*) — De Glaudio Perrini et ejus uxore qui dederunt positionem dicti per dominum Levrierii, portetur copia in consilio episcopali et petatur ministrari justiciam.

De detento qui allegat se clericum, vadant domini syndici ad dominum vicarium et petant revocari licteras, et dicant illi quod propter decretum ipsarum licterarum fuerunt impediti, et sic evasit alius.

De hospitalibus, provideatur de lintheaminibus.

De Matheo Regis, dicatur procuratori fiscali quod restituat anellum auri quod habet a dicto Stephano et pridem per eundem Stephanum ipsi Matheo furto substratum.

*Lune, loco Martis, xxiiiij marcii.* — Orsieres, Fabri, Megex, Frojon; — Montion, Cartellier, P. Versonnay, Bovier, de Rippa, Berteracti, Lestelley, Leamon, Fonte, Pichon, Navis, Leta, Magistri, Rosseti.

<sup>1</sup> Voir les informations prises par les syndics contre Jean Bertier, geôlier de la prison de l'île, accusé d'en avoir fait évader Etienne Reynaud, détenu pour vol (*Procès criminels*, n° 211).

Comparuit Humbertus Bernardi suis in manibus quosdam chapponos vinee per quos apparebat fuisse destructum unum pollerium suum, quod dicebat destructum fuisse per Guigonem Comitum contra quem tenebat unum rotulum, et super contentis in eodem peciit sumi informaciones et requisit ipsum capi, et fecit partem formalem contra eum et eam faciet quociens capietur. Super quo fuit conclusum quod postquam facit partem ipse Bernardi, capiatur idem Comitum.

De macellariis, petantur ad Mercuri, sub pena privacionis bocherie et borgesie.

*Recepit egregius Boulet.*

(62) *Veneris xxviiij marcii.* — Orsieres, Fabri, Megex, Frojon; — Montion, P. Versonay, A. Versonex, Curt, Lunes, Bovier, Fornerat, Joly, de Rippa, Fernex senior, Lestelley, Leamon, Fonte, Pichon, Leta, Magistri, Navis, Rosseti.

Fuerunt petiti macellarii et comparuerunt ibidem: dictus Gardet, Bellexert, Jullianus Ricouz, Losserii, Comitum, Veyron, Gardet, Gallouz, Peclet.

Fuit remissa conclusio ad aliud consilium et petantur omnes ad Lune.

(63) *Sabbati xxix marcii*<sup>1</sup>. — Orsieres, Fabri, Megex, Frojon; — Montyon, Cartellier, P. Versonnay, Lunes, Curt, Bovier, de Rippa, Lestelley, Leamon, Magistri, Rosseti, A. Versonay.

(*De ambassiatoribus.*) — Venerunt honorabiles Guiliermus Danelli et Lyonardus de Ponte, ambassiatores pridem destinati ad dominum nostrum episcopum et principem Gebenn., et exposito onere suo exhibuerunt licteram missivam ipsis sindicis et communitati per prefatum reverendissimum dominum nostrum missam, cum duabus licteris commissionalibus.

(*De d. Terralium.*) — De Johanne Bertier, nichil prosequatur contra eum nisi contra dominum Terralium, et instetur apud reverendum vicarium ministrari justiciam, et quod representet eum et ad id via justicie compellatur.

(*De jurisdictionis licteris.*) — De licteris jurisdictionis, vadant ad consilium episcopale et petant dari consilium ad habendum licteras « parati obedire ». De rescribendo reverendissimo domino nostro episcopo, rescribatur quando mandabuntur lictere.

De licteris commissionalibus, monstrentur r. domino vicario.

De domino Sallagine, nichil ei rescribatur.

(62) *Lune ultima marcii.* — Orsieres, Fabri, Megex, Frojon.

<sup>1</sup> Cette séance est placée dans le registre après celles du lundi 31 mars et du mercredi 2 avril.

Fuerunt petiti macellarii qui comparuerunt sequentes, videlicet:

P. Rosseti, Jacobus Comitit, P. Gardet, dictus Probi, dictus Briganton, dictus Veyron, G. de Ponte, Jullianus Ricos, dictus Pecllet, dictus Doblier, Borsacti, Jo. Gerdy dictus Coste, dictus Bombardaz, dictus Galloz, Jo. Thiollier, Johannes Losserii, Franciscus Curteti, Volandi, Colletus Mermodi, Amedeus Morelli.

Fuerunt interrogati supranominati anne volebant servire civitati decenter ad modum et secundum conclusionem factam anno novissime lapso<sup>1</sup>, que conclusio eis fuit declarata. Qui quidem macellarii [dixerunt] quod erunt contenti servire et vendere donec finita admodiacione gabellariorum, que erit prima jullii, ad quinque denarios libram carniū bovināliū usque ad festum Magdalenes, et libram mutonis amodo usque ad dictum festum Magdalenes ad octo denarios libram; et adhuc a festo Magdalenes usque ad festum Sancti Andree vendere se obtulerunt libram carniū bovināliū ad tres fortes et libram mutonis ad vij denarios; et extunc usque ad carnisprivium videlicet mutonem ad viij denarios et bovinales ad quinque denarios, hoc salvo quod quamprimum venerit reverendissimus dominus noster episcopus, conabuntur ut tollatur gabella. Fuit eis dictum quod premissa communicarent consilio ordinario.

(63 v<sup>o</sup>) *Martis prima aprilis*<sup>2</sup>. — Orseries, Fabri, Megex, Frojon; — Montion, Cartellier, Danel, Joly, Bovier, de Rippa, A. Versonay, Lestelley, Leamon, Fonte, Pichon, Navis, Leta, Magistri.

De macellariis, petantur adhuc macellarii et dicatur illis quod serviant precio anno novissime decurso ordinato, alioquin providebitur de aliis, et petantur macellarii Longemale.

De auditoribus computorum quoad Cartellier, post prandium se reperiant hic.

De archa scole, tradatur magistro scholarum et fiat inventarium jocalium cappelle.

De castellano Galliardi, nichil illi solvatur.

(64) De Guilliermo Curt et aliis, observentur admodiaciones.

De cridis macellariorum, fiant cride quod serviant ut stabilitum fuit anno novissime lapso.

De piscatura, capiant illam domini sindici et fiant regratiaciones apud reverendissimum dominum vestrum<sup>3</sup> qui illam se obtulit daturum civitati minori precio quam alteri de 1 ff. annualibus, relacione Guilliermi Danelli et de Ponte.

(*Ambassiatores G. Danelli et Lyonardus de Ponte.*) — De ambassiatoribus, quia Guilliermus Danelli et Lyonardus de Ponte, ambassiatores novissime

<sup>1</sup> Voir ci-dessus, p. 55 n.

<sup>2</sup> Cette séance est placée dans le registre après celle du 4 avril.

<sup>3</sup> *Lisez*: nostrum.

missi apud reverendissimum dominum nostrum, exposuerunt Petrum Gay et procuratorem Sancti Glaudii verba emisisse contra eosdem, dicentes illos positos fuisse in malam grāciam dicti domini episcopi et se jactaverunt de in malivolenciam principis ponendo, quos eciam asserunt verba nephanda protulisse contra Peter. Petantur thesaurarius et procurator et fiant illis remonstraciones et illis dicatur ambassiatores non excessisse eorum instrucciones, et manuteneantur ipsi ambassiatores.

De eisdem ambassiatoribus, faciant eorum rotulum et ministrent illum consilio.

Fiat mandatum Amedeo Folli de xij ff. sibi debitis, ut in libro. — (*Mandatum habet.*)

Fiat mandatum Guillierme, relicte quondam Jo. Folli, de sex ff. sibi debitis, ut in libro civitatis<sup>1</sup>.

(62 v<sup>o</sup>) *Mercuri secunda aprilis*, in aula Domus communis, assistentibus iiiij<sup>or</sup> sindicis nobilibus prefatis.

Petiti scilicet macellarii Longemale, scilicet Jo. Tiollier, Petrus Gallouz, Petrus Jacobi, Jacobus Sermodi et Gladius Salterii, declarata conclusione anni novissime decursi et edito, promiserunt servire civitati legaliter et probe de bonis carniū secundum eandem conclusionem et editum, cum renunciacionibus opportunis; presentibus Humberto Trenchent et Saturnino Rosat.

Equidem comparuerunt in eadem Domo petiti Gladius Ballexert, Gladius Luppi, Colletus Mercerii et Mermetus Thierrī, macellarii Pontis Rodani, quibus fuit declaratum editum de quo supra; et interrogati si volebant servire ad formam ejusdem editi, responderunt quod non.

(63) *Veneris quarta aprilis*<sup>2</sup>. — Orseries, Fabri, Megex, Frojon; — P. Versonnay, Curt, Lunes, Bovier, de Ponte, A. Versonnay, de Rippa, Cartellier, Berterat, Lestelley, Leamon, Fonte, Pichon, Magistri, Leta, Navis, Rosseti.

(*Relacio honorabilis Francisci Cartellier.*) — Egregii Franciscus de Leamon, Ludovicus de Lestelley, Anthonius de Fonte et P. Magistri, commissarii deputati, retulerunt vidisse et visitasse calculum gabelle vini, pridem per nobilem Franciscum Cartellier a nobilibus sindicis admodiate; et quia post admodiacionem predictam in qua erat comprehensa gabella vini excreti et non excreti et quod omnes solvent gabellam, demptis dominis de capitulo, quod introgium vini excreti paulo post fuit abolitum, eciam presbiteri, eciam sumptis per eos informacionibus erga illos qui exigebant in portis civitatis nomine ipsius Cartellier, qui retulerunt quod postquam fuit abo-

<sup>1</sup> *Bourgeoisie* A, n<sup>o</sup> 2, fol. 67 v<sup>o</sup> et 68.

<sup>2</sup> Compte de Pierre Gay, trésorier épiscopal: « Item plus livré à l'oste de la Tour Perse, pour le supé et digné de leindemens pour l'eraux de l'emperour avesque sa compaignez de friquet et pour deux patés qui prirent le v jour d'avril 1522, ff.ij s.vij. »

litum introgium vini excreti, de post non tenuerunt computum; tamen retulerunt quod viderunt plura dolea vini excreti post hujusmodi abolitionem intrare, de quo non tenuerunt computum; et sic ipsi commissarii in eorum consciencia retulerunt quod debentur eidem Francisco solvi centum floreni aut saltem diminui a firma. Qua relacione facta, fuit conclusum quod mandatur thesaurario quod solvat Francisco Cartellier dictos centum florenos. — (*Levatum.*)

De macellariis, fiant cride quod serviant ad formam ordinacionis anni lapsi, sub pena privacionis.

De detentis, fiat justicia.

De Cergat, loquatur domino vicario.

De jurisdictione, mictatur de Ponte cum uno servitore.

(64) *Martis viij aprilis.* — Orsieres, Fabri, Megex; — Cartellier, Curt, Fornerat, P. Versonnay, Bovier, Berterat, Lestelley, Nergua, Fonte, Pichon, Navis, Leta, Magistri, Leamon, Rosseti.

De detento, fustigetur et bampniatur perpetuis temporibus<sup>1</sup>.

De processu baillivi de Exchallayn, tradatur processus domino de Brandys cum missiva que regraciatur et in qua in simili casu ministrabunt processus.

De vino illorum Sancti Gervasii qui molestantur occasione vini, alloquantur domini sindici dominum Terralium.

Fiat mandatum Francisco Cartellier super parcella Johannis Therex de summa xvij ff. vj, ut in libro<sup>2</sup>. — (*Mandatum habet.*)

De macellariis, fiant cride lecte in consilio.

De jurisdictione, fiat provisio turturum mandandorum reverendissimo domino episcopo<sup>3</sup> et mictatur de Ponte, si possit haberi, cum licteris jurisdictionis; si minus vadat secretarius vel Leamon.

De equis, non vendantur donec venerit ambassiator a loco Chamberiaci.

(*Missilliaris.*) — Deputantur vigilles missilliaris, eciam nemorum et carparum.

(*Burgensis.*) — Johannes filius quondam Aymonis de Nanto, alias Gynerii, parrochie de Extaux, patisserius, admittitur in burgensem medianibus viij ff., nunc parrochie Sancti Germani.

Fiat mandatum Jacobo Comitibus de summa lxiiij ff. vj solidorum et novem denariorum. — (*Mandatum habet.*)

<sup>1</sup> Procès de Jean Huguet, prévenu de larcins qu'il confesse volontairement (*Procès criminels*, n° 212).

<sup>2</sup> *Bourgeoisie A*, n° 2, fol. 65 v° et 66; mandat de 17 ff. 6 s. payé à Jeham Tarex, sellier.

<sup>3</sup> On trouve dans le compte du trésorier épiscopal P. Gay la mention de poissons envoyés à l'évêque, soit à Pignerol soit à Chambéry: lamproies (achetées à Lyon), truites, ombles, brochets, féras, « bisoles » (P. H., n° 925).

Suivant ce même compte, le trésorier Gay s'était rendu à Chambéry le 10 avril 1522; il apportait à l'évêque une « troyte freche... qui fut envoyé à Monmelians aut devant de mons<sup>r</sup>, quand venyt en pelerim ».

(65) *Veneris undecima aprilis.* — Orsieres, Frojon; — P. Versonay, n. Ja. de Pesmes, Fernex senior, Bovier, Fornerat, Fonte, Navis, Pichon, Rosseti, Magistri.

(*Burgensis.*) — Gladius filius quondam Gladii de Exerto, de Meynier, nunc parrochie Sancti Germani Gebenn., affanator, admittitur in burgensem medianibus viij ff.

Fiat mandatum relicte Martini Verdeti de sex ff., ut in libro<sup>1</sup>, solvendis P. de Versonay cum tenetur. — (*Mandatum habet.*)

De gabelleriis vini qui petierunt prolongari terminum duorum mensium, remittitur thesaurario Boulet.

(*De domino de Greyriis.*) — De vino domini Amblardi de Greyres, civis Gebenn., qui venit moraturus in hac civitate, nichil exigatur de introgio vini sui excreti adducendi continentis iiiij<sup>or</sup> bossetas.

(*Provisio piscium.*) — De piscibus dandis, fiat provisio piscium dandorum reverendissimo domino nostro.

De detento Lugduni, liberetur cum non fuerit remissus.

(*De missilliaris.*) — De missilliaris, vigilles reperiant ydoneum aut exercent officium.

De custode pontis Areris, fiat illi mandatum pro mense lapso et serviat donec expelletur. — (*Mandatum habet.*)

*Eadem die, vespere.*

(*Admodiatio.*) — In claustro ecclesie cathedralis, fuit expedita platea Mollaris ad unum annum n. Petro Joly ad extinctum et consumptionem candeles, more solito, precio xvij ff. vj g.

(*Admodiatio.*) — Platea Longemale cum doya Rippe fuit expedita Andree Girardi precio iij ff., presentibus Humberto Trenchen[t], Georgio Pluchet et Petro Paquet.

*Martis quindecima aprilis.* — Orsieres, Fabri, Megex, Frojon; — Cartellier, P. Versonnay, Danel, Curt, de Ponte, Fernex senior, de Rippa, Lunes, Berterat, Lestelley, Fernex junior, Fonte, Pichon, Magistri, Navis, Rosseti.

(*De predicatore.*) — Exposuit frater Christophorus Forracti, gardianus conventus Rippe, sicuti est predicatio ordinaria hoc anno in conventu Rippe et ordinarii predicatorum soliti sunt hac in civitate et in ecclesia cathedrali facere sermones episcopales; et Jovis proxima est fiendus sermo unus ex illis pastoralibus in ecclesia cathedrali, et tamen intellexit fuisse datum locum illum sermonem faciendi predicatori qui predicat in ecclesia Magdalenes; unde requisivit dominos sindicos et consilium ut super hiis advertant et apud r. d. vicarium intercedant ut sermo ille secundum antiquas consuetudines fiat per r. dominum predicatorem qui est in eorum conventu ordinarius. Fuit conclusum quod domini sindici, associati aliquibus ex consu-

<sup>1</sup> *Bourgeoisie A*, n° 2, fol. 79 v°.

libus, vadant ad ipsum reverendum dominum vicarium et illum requirant quod r. d. predicator conventus Rippe Jovis proxima habeat locum et ipsum faciat sermonem, insequendo bonas et antiquas consuetudines.

(*De macellariis.*) — De macellariis, dicatur illis quod serviant ad formam cridarum et, adveniente festo Nativitatis, habebitur respectus ad carnes bovinales; et fiant cride quod non apportentur (crides) [carnes] mortue in hac civitate nisi dumtaxat caprioli, eciam rutisserii non assent carnes nisi emptas a macellariis, exceptis capriolis. Eciam macellarii non admictantur ad tenendum cabaretum.

(*De preysoneriis.*) — De preysoneriis, rescribatur reverendissimo domino nostro episcopo.

De piscibus, mandentur adhuc hodie prelibato reverendissimo domino episcopo.

(*Deputacio vigillis.*) — Admictitur in vigillum Glaudius Gay in locum Johannis Girodi deffuncti.

(66) *Jovis sancta xvij aprilis, loco Veneris.* — Orsieres, Fabri, Frojon; — Montion, P. Versonex, Cartellier, Fernex senior, Danel, Bovier, A. Versonnay, Joly, de Rippa, Berterat, Curt, Leamon, Fonte, Pichon, Navis, Magistri, de Ponte, Lunes, Fornerat.

Venit egregius Franciscus Leamon, ambassiator pridem destinatus parte civitatis apud reverendissimum dominum nostrum episcopum, pro obtinendo a dominis preside et aliis Chamberiaci licteras de « parati obedire mandatis » super licteris jurisdictionis, et fecit credenciam juxta missivam et eciam dixit quod erat oneratus per prelibatum illustrissimum dominum episcopum, tam pro eadem jurisdictione quam pro maxima utilitate civitatis, eligerentur sex aut plures qui, infallanter arrepto itenere Martis proxima, vadant ex magis apparentibus ad eum. Qua proposita sic facta, fuit processum ad electionem et fuerunt nominati et electi sequentes, primo Ludovicus Montionis, P. de Versonnay, Guiliermus Danelli, Leonardus de Ponte, Franciscus de Leamon, Franciscus Fornerat et thesaurarius Boulet, Dominicus Varamberti.

Qua sic facta electione, se excusavit n. Ludovicus Montion et fuit dictum quod si Michael Nergua sit sua persona dispositus, vadat illac loco Montion.

*Martis xxij aprilis.* — Orsieres, Fabri, Megex, Frojon; — Cartellier, P. Versonnay, Curt, de Ponte, de Rippa, Fernex senior, Berterat, Lunes, Fornerat, Leamon, Fernex junior, Lestelley, Nergua, Fonte, Pichon, Navis. Nulla consultacionis materia occurrit.

*Veneris xxv aprilis.* — Orsieres, Fabri, Megex, Frojon; — Cartellier, Lunes, de Rippa, Berterat, Joly, Navis, Pichon, Leta, Magistri.

Exposuit n. P. de Orsieres sicuti illu. dominus comes Gebennesii est de proximo applicaturus et ideo, insequendo scripta reverendissimi domini nostri episcopi, advideatur de dono fiendo et honore illi prebendo. Fuit conclusum, domini sindici equestre vadant illi ad obviam quos associent habentes equos, et fiat illi donum quatuor quarteronorum melliciati et dimidie filliete Arbosii. — (*Vide qualiter alibi est facta reparacio, qua concluditur dari una follieta, die Martis sexta maii.*)

(67) *Martis xxix aprilis.* — Orsieres, Megex, Frojon; — Cartellier, Lunes, de Rippa, Berterat, Fonte, Navis, Magistri, Rosseti, Leta.

(*De pascuis Galliardi et civitatis.*) — Exposuit Petrus de Casalibus, suo et aliorum macellariorum nominibus, sicuti officarii Galliardi nituntur — et de facto capiunt animalia incontinenti illa exeunt communia civitatis et intrant communia Galliardi — cappare et pro illis componere ut patiantur depasci promiscue, ultra assueta, que consuetudo [est] ut animalia illorum civitatis depascentur in pascuis Galliardi circonvicinis, et reciproce illa locorum Galliardi et circonvicinorum. Peciiit haberi recursum et remedium apponi. Fuit conclusum quod domini sindici in exitu consilii vadant ad s. d. Glaudium Grossi pro remedio apponendo et tales usurpaciones anichillando.

(*Compromissum e. Jo. Pochacti.*) — E. Johannes Pochacti ibidem comparuit et exposuit sicuti intellexit dictum Cergat, hiis [diebus] non longe decursis, querimoniam fecisse et dixisse ipsum Pochacti se jactasse de eundem Cergat verberando. Qui Pochat negavit unquam voluisse eundem Cergat verberasse nec unquam minas intulisse, et, ut cognoscant domini sindici contrarium esse, promisit et juravit, super Dei evangeliiis, super differentiis quas habet idem Pochat cum eodem Cergat sentencie ipsorum dominorum sindicorum et consilii acquiescere.

De confratriis, fiant.

De custode pontis Areris, maneat mense incohato.

De detentis, relaxentur mediante promissione de se representando tociens quociens.

(*Laudimium.*) — Fuit factum laudimium Johannete, relicte Petri Chosardi, de quadem pecia prati per eam empta a nobili Francisco de Laconay, sita in territorio civitatis, in Areneris, continente duas seyturas, precio ducentum ff., instrumento recepto per Nycodum de Prato xix aprilis, mediantibus xxv florenis.

(*Testimonialis relicte Bertellier.*) — Nobilis Amblarda relicta quondam Philiberti Bertellerii, administratoris nomine suorum liberorum, protestata fuit quod per eam non stat quominus adimpleat relata per operarios; et si quid accidat protestatur quod non possit sibi impugnari, et de dampnis et interesse et quod non siõi imputetur.

Andreas Piardi confessus habere clavem cathene Longemale, licet non sit b...<sup>1</sup>.

Admodiatio vini venalis et gabelle illius facta n. Stephano de Mara.

¶ Anno Domini m<sup>o</sup> quingentesimo vigesimo secundo, indicione decima et die Mercuri ultima mensis aprilis, in mis notarii etc., personaliter constituti nobiles Petrus de Orseriis, Guiliermus Megex et Jacobus Frojon, consindici hujus civitatis Gebenn., ex una, et nobilis Stephanus de Mara, civis Gebenn., dominus Vansiaci, ex altera, partibus, prefati nobiles consindici sindicatusque nominibus dicte civitatis et communitatis, qui, scientes etc., nomine premissis, pro se et suis in eodem officio successoribus, admodiant et accensant tituloque admodiationis tradunt prefato nobili Stephano de Mara, presenti et stipulanti pro se et suis heredibus, gabellam vini vendendi tam in hac civitate quam suburbiis et franchesiis ejusdem, cum tamen honore et onere assuetis, sibi per extinctum et consumationem candele tanquam plus offerenti expeditam, factis eciam prius de illa proclamacionibus et cridis assuetis. Et hoc spacio et per tempus unius anni integri, die crastina inchoandi et simili die finiendi; et hoc precio et nomine precii duorum millium ducentum et sexaginta florenorum auri p. p., quolibet floreno valente duodecim solidos bone monete cursalis, solvendorum per eundem nobilem Stephanum de Mara vel suos in manibus nobilis thesaurarii sive receptoris communitatis hujus civitatis, more denariorum fiscalium, de mense in mensem, omne exceptione et conditione cessantibus. Promictentes dicte partes juramentis suis etc., videlicet dictus nobilis Stephanus dictam summam modo premissis solvere et ydonee cavere hinc ad octo dies proximos, prefatique nobiles consindici dictam gabellam sindicario nominibus premissis eidem nobili Stephano manutenere. Submictentes se omnibus curiis, etc. Renunciantes etc. Actum in dicto claustro ecclesie cathedralis Sancti Petri Gebenn., presentibus ibidem nobilibus et honorabilibus viris Petro Joly, Anthonio Millanesii, Nycodo Cortagerii, Johanne Migerandi, Bernardo de Monte, Johanne Bues, Johanne Testuti, Girardino de Rippa, Petro de Carro, Nycodo de Villario, Andrea Roget, Ludovico Roget et Petro Berterat, testibus. ¶ — (*Solvit.*)

Idem S. Biolesii n.

(68) *Veneris secunda maii.* — Orsieres, Megex, Frojon; — Cartellier, P. Versonnay, Lunes, Fornerat, Danel, A. Versonex, Berterat, Leamon, Nergaz, Navis, Magistri, Rosseti, de Rippa.

(*Ambassiatorum adventus.*) — Venerunt nobiles P. de Versonnay, Franciscus de Leamon, Guiliermus Danelli, Michael Nergua, Franciscus Fornerat, de Ponte et egregius Boulet, pridem destinati apud illu. et reverendissimum dominum nostrum episcopum tam pro jurisdictione quam nundi-

<sup>1</sup> Mot illisible.

nis, qui dederunt missivam; qua data tam idem Versonnay quam Nergua explicarunt credenciam suam et inter cetera dixerunt se esse oneratos dicere ut congregentur cum ordinario consilio numerus bonus, usque ad xxv salvo pluri, et tales habeant juncto consilio ordinario dicere quale donum debeat fieri illustrissimo domino duci pro ejus pena, quamprimum suo medio nundinas antiquitus ibidem et in hac civitate ristauraverit et remiserit. Fiat rotulus et petantur hora vesperorum. Post consilium fuit factus rotulus.

*Eadem die Veneris, hora secunda post meridiem.* — Orsieres, Megex, Frojon; — P. Versonay, Danel, P. Fernex senior, Curt, Lunes, Fornerat, de Rippa, Leamon, Nergua, Leta, Cartellier, Navis, Magistri; — Dy. Dada, Jo. Arlo, F. Testuti, Jo. Boysson, P. Poterel, Luquinus de Pane, L. Curtet, Ny. Gentilis, G. Vandelli, Bar. de Crosa, D. Varambet, Perrinus Villiet, Michael de Pane, G. Pitardi, Ny. de Villario, A. Millanesii.

Quia petiti non venerunt, fuit resolutum quod cras secretarius, associatus duobus aut tribus vigilibus, petat nominatim et cognominatim nominatos in rotulo consistentes in civitate, parte illu. domini episcopi et nobilium sindicorum, quibus supra nominatis nichillominus fuit iterum explicatum onus ambassiatorum et lecte quatuor lictere missive. Ad Dominico inter sextam et septimam horam.

*Dominico quarta mensis maii,* fuit celebratum consilium in Domo communi, hora septima de mane, in quo astiterunt sequentes.

Orsieres, Megex, Frojon; — s. d. Ja. de Pesmes, P. de Versonnay, Cartellier, Danel, Fernex senior, Curt, Lunes, Fornerat, G. Pitardi, Bartholomeus de Crosa, Jo. Lec, G. Hugoz, Jo. Malliard, G. Bessonnet, Amedeus Girardi, P. Malbosson, P. Joly, Leamon, Nerguaz, Navis, Leta, Magistri, Rosseti, Berterat, Jo. Baudi, Jo. Ballard, Anthonius Comitiss, (Jo. Lec,) G. Vandelli, Jo. de Pileo Rubeo, Martinus Porrallis, G. de Castronovo, H. Goula, Dy. Dadaz, A. Millanesii, Jo. de Arlo, Luquinus de Pane, Philippus Breton, P. Poterelli, H. Pollier, Ludovicus Gautier, Ludovicus Curtet, Besansonus Hugoz, Franciscus Testuti, Ludovicus Plonjon, Jo. Boysson, Nantermetus Tissocci, Dominicus Varambet, Perrinus Villet, Anthonius Fabri, (69) P. Taccon, (Philippus Breton,) Jo. Surdi, Girardinus de Rippa, Oddetus Paqueti.

Exposuit nobilis P. de Orseriis sicuti nobiles P. de Versonay, Franciscus de Leamon, Guiliermus Danelli et ceteri ambassiatores novissime missi ad reverendissimum dominum nostrum episcopum, insequendo credenciam relatam per dictum Leamon, qui antea fuerat missus ad ipsum reverendissimum dominum episcopum, licteram missivam novam apportaverunt, que eciam et alie tres fuerunt per secretarium coram quibus supra perlecte, et perlectis unusquisque ipsorum ambassiatorum scilicet primo missus Guiliermus Danelli et tercio Leamon retulerunt respective credenciam suam; et auditis illis per supranominatos fuit posita in deliberacione cre-

dencia ultime licere, tam per P. de Versonnay quam Michaellem Nergua, novissimos ambassiatores; et inter cetera explicarunt ambassiatores se fuisse oneratos, tam per reverendissimum dominum nostrum episcopum quam prefatum illustrissimum dominum ducem, ut secum appellarent unum bonum numerum magis apparencium in consilio, et ibidem fieret conclusio quale donum dona(re)retur et presentaretur prefato illustrissimo domino duci in casum in quem ipse illustrissimus dux, sive ejus medio, antique nundine<sup>1</sup> que antiquitus esse solebant in hac civitate restauraret et remitteret, et hujusmodi responsio fieret illi in oppido Annessiaci die Jovis novissime ventura. Et facta hujusmodi expositione, more solito per voces majores fuit conclusum quod Besansonus Hugoz et duo alii vadant ad reverendissimum dominum episcopum, eciam syndici, quatenus veniat; ut dicitur est venturus apud Compesieres, qui illac est venturus, et habeatur consultacio cum eodem reverendissimo domino nostro, et de dono fiat discretione ipsius reverendissimi domini episcopi et habita consultacione cum eo, nec fiat oblacio sine consilio ipsius reverendissimi domini nostri episcopi; et si contingat eundem Besansonum ire, eligantur in consilio ordinario qui equidem ibunt et modus portandi loquelam.

*Martis vj maii.* — Orsieres, Megex, Frojon; — P. Versonnay, Cartellier, Danel, A. Versonnay, Fernex senior, de Rippa, Berterat, Lestelley, Leamon, Fonte, Navis, Leta, Magistri, Rosseti.

Nycodus Mauricii juravit tradidisse unum bossetum vini albi dum venerunt armigeri ducales; corrigetur liber<sup>2</sup> et dentur illi xxij solidi, pro quibus fiat mandatum, habita relacione Danel et Biolesii.

Mandetur unus vigil eques et rescribatur reverendissimo nostro conclusio facta Dominico.

De alio equo, detur Girardino de Rippa, qui se obtulit donec vendatur illud enutrire sine constu de feno, dummodo illi solvatur avena quam illi moderate dabit.

*(De auditoribus computorum.)* — De auditoribus computorum, procedant quam cicius fieri poterit nec ulterior illorum fiat retardacio.

De vino domini comitis, quia fuit illi presentata una fillieta vini Biaune et fuerat conclusum de dimidia, quod donum eciam erat nimius parvum, expediatur una fillieta.

*(De arrestis.)* — Quia nobilis P. de Orserii exposuit sicuti heri fuerunt nonnulli qui fecerunt apud ipsum instanciam ut arrestarentur nonnulli venientes a sancto Sudario<sup>3</sup>, fuit conclusum quod talia non fiant nisi arresta nocturna ordinaria more assueto fieri solita.

<sup>1</sup> Lisez: antiquas nundinas.

<sup>2</sup> Bourgeoisie A, n° 2, fol. 55 v° et 56.

<sup>3</sup> Le saint Suaire de Chambéry, aujourd'hui à Turin, dont la fête est célébrée le 4 mai. Voir A. de Jussieu, *La Sainte Chapelle du château de Chambéry*, dans les *Mémoires de l'Académie de Savoie*, 2<sup>e</sup> série, t. X, p. 123.

(70) *Veneris nona maii.* — Orsieres, Fabri, Megex, Frojon; — Montion, Fernex senior, Curt, Lunes, de Ponte, de Rippa, Cartellier, Danel, Berterat, P. Versonay, Lestelley, Nergua, Leamon, Fonte, Rosseti, Navis, Leta, Magistri, Bovier.

*(Caucio.)* — Cum pridem, scilicet die ultima aprilis, fuit in claustro ecclesie cathedralis Sancti Petri Gebenn., ad extinctum et consumationem candele ceree, per nobiles syndicos hujus civitatis admodiata gabella vini venalis nobili Stephano de Mara, ad tempus unius anni die prima maii incohandi et simili die finiendi, sub firma et pro sallario duorum millium ducentum et sexaginta florenorum, et ipsam firmam de mense in mensem solvere promiserit ad ratam dicte firme, more denariorum fiscalium, et ydonee cavere, hinc est quod coram me notario et civitatis secretario, personaliter constitutus dictus nobilis Stephanus de Mara qui scienter, pro se et suis etc., promittit dictam firmam demum solvere dicte communitati in manibus thesaurarii et receptoris dicte communitatis, terminis prestatutis; et pro premissis melius observandis, ad preces dicti nobilis Stephani se dant et constituunt fidejussores et principales, quilibet ipsorum principaliter et insolidum, nobilis Glaudius de Castronovo aurifaber et Johannes filius Colini Chicandi, qui gratis etc. promiserunt et se submiserunt, cum renunciacionibus opportunis; et presertim renunciarunt juri dicenti principalem prius fore conveniendum quam fidejussorem.

*(De illis Sancti Gervasii.)* — De illis suburbii Sancti Gervasii, de quibus petitur gabella vini dum transitum fecerunt armigeri Ligarum, veniant et jurent quod domini syndici pro tunc eis dixerunt quod non solverent gabellam; et jurato non solvant gabelleriis sed fiat mandatum thesaurario de illa summa. — *(Habet.)*

De domino Brandici qui contradicit solvere gabellam, fiant illi graciose remonstraciones quod non contradicat, ne ceteri sic facere vellent.

*(Mandatum.)* — De Montagnier et Riclam dicto Claret, fiat mandatum thesaurario quod solvat.

*(De Danel et de Ponte.)* — De Danel et de Ponte, solvantur quod exburzarunt et cuilibet ipsorum pro qualibet die sex solidi, et servitori pro qualibet die tres, et ipsi Danelli, pro qualibet die sui equi, quatuor solidi<sup>1</sup>.

*(De cridis vini venalis.)* — De vino vendendo, fiant cride quod nullus vendat vinum in minuto quym prius apponat signum ante domum in qua est vinum venale.

*(De religiosis Rippe.)* — Quia magna querimonia de religiosis conventus Rippe qui vitam lubricam et sceleratam ducunt, vadant domini syndici ad ministrum impresenciarum in civitate existentem et illi detur vinum, et faciant requestam apud illum ut talem lubricitatem abstergat a conventu et discolos expellat.

<sup>1</sup> Mandat de 133 ff. 6 g. (*Finances M*, n° 18, année 1522, mandat n° 57).

(*De Cartellier.*) — De Cartellier qui peccit sibi solvi ea que pridem mutuo civitati tradidit et si post nundinam civitas indigeat denuo mutuabit, fuit conclusum quod si idem Cartellierii debeat civitati, intretur quod debeat; si non debeat, nichil adhuc illi solvatur.

*Dominico undecima maii, post vespas.* — Orsieres, Megex, Frojon; — Montion, Cartellier, P. Versonnay, Fernex senior, Lunes, Berterat, Lestelley, Leamon, Fernex junior, Navis, Fonte, Leta, Nergua, Magistri.

Exposuit nobilis P. de Orseriis, consindicus, sicuti heri venit Glaudius de Cresto, vigil, pridem mandatus apud reverendissimum dominum nostrum episcopum, qui apportavit (71) licteram missivam qua cavetur infra duos aut tres dies ab illius data, debet idem reverendissimus dominus noster episcopus hanc appropinquare civitatem pro conferendo cum nobilibus sindicis et consilio ac communitate occasione agibilium hujus civitatis, tam pro jurisdictione quam alias; ex quo habeatur advertancia de modo agendi circa premissa et qui erunt ad illum destinandi, ne in malivolentiam ipsius reverendissimi domini et illustrissimi ducis incidat civitas et consilium hujus Domus. Fuit conclusum quod petatur ad cras consilium ordinarium, eciam jam petiti iterum petantur.

*Lune duodecima mensis maii.* — Orsieres, Megex; — Versonnay, Danel, Lestelley, Leamon, Nergua, Fonte, Navis, Leta, de Rippa, de Ponte, Berterat, Fernex senior, Cartellier; — Jo. de Mara, A. Millanesii, Tho. Monachi, Philippus Breton, Franciscus Milleti, P. Poterelli, Georgius Gynodi, Dyonisius Dadaz, Jo. Ludovicus Ramelli, Amedeus Girardi, Johannes Baudi, Nantemetus Tissocci, Nycodus de Villario, Glaudius Pitardi, Michael de Pane, Jo. Malbosson, Jo. Ballard, Dominicus Varamberti, Perrinus Villieti, Anthonius Comit, Jo. Chapuisii, Ste. de Mara, (Philippus Breton,) Jo. Darloz.

Fuerunt exhibite due lictere missive, una per reverendissimum dominum nostrum episcopum et principem Gebenn., et alia per illustrissimum dominum ducem Sabaudie, mandate et transmissa ad ipsos nobiles syndicos et consilium communitatis Gebenn. occasione thesaurariorum regionum deferencium dominis Ligarum, ut asseritur, certa[m] quantita(s)[tem] parte christianissimi Franchorum regis<sup>1</sup>. Quibus lectis, fuit dictum quod in civitate sunt securi et dum erunt super patria prelibati illustrissimi domini ducis, amplius non ad eos spectat aliqua tencio securitatis.

Exposuit nobilis Petrus de Orseriis, consindicus, sicuti fuit conclusum

<sup>1</sup> En date d'Annecy, le 11 mai [1522], le duc Charles écrivait aux syndics et communauté de Genève: «Nous sumes adverty comme le roy a envoyé des tresoriers avecques quelque somme d'argent à Geneve. Et pource qu'entendons que par là où ilz passeront ilz soyent en toute seheureté, à ceste cause retirez vous devers mons<sup>r</sup> de Geneve et, suyvant le commandement que sur ce il vous fera, regardez de leur faire tout le plaisir, faveur et aide que vous sera possible...» (P. H., n° 888.) — La lettre de l'évêque ne se retrouve pas.

in precedentibus consiliis quod esset necessarium accedere ad illustrissimum principem || nostrum || dominum || episcopum Gebenn. || ducem, et ad eum irent Besansonus Hugonis et Dyonisius Dadaz, et alias ut in conclusione nunc lictera lictera (?) quod vadant ad reverendissimum dominum nostrum, dominum episcopum Gebenn., qui est in loco Sancti Jullini, et ibidem cum eodem conferant et teneant propositum de modo agendi; et vadant duo ex nobilibus sindicis cum ambassiatoribus pridem missis Chamberiacum et dicant ipsi reverendissimo domino quod, ex quo non venerunt ipsi illustrissimus dominus dux et reverendissimus dominus noster episcopus in oppido Annessiaci, distulerunt illac accedere. Et dicant ipsi reverendissimo domino nostro quam primum ambassiatores missi parte civitatis tam ad ipsum illustrissimum dominum ducem quod<sup>1</sup> prefatum reverendissimum dominum nostrum episcopum et principem facta relatione oneris ipsorum ambassiatorum, fuit illico convocatum consilium, in quo fuerunt quamplures ex eminentioribus hujus civitatis in bono numero evocati, quibus fuerunt per ipsos ambassiatores, tam organo nobilis Petri de Versonnay quam commendabilis Michaelis Nergaz ex ambassiatoribus missis, declarati tres puncti quos prefatus illustrissimus dominus dux sibi ambassiatoribus réferre fecerat per magnificum dominum presidem Dereaz, qui erant scilicet: primus, quod haberetur advisus, respectus et advisamentum de mediis tenendis pro actrahendis nundinis et illas venire faciendo in presenti civitate ut antiquitus erant; secundus quod reperirentur media ad illas intertenendas quando essent in civitate; tercius de faciendo declarationem doni fiendi ipsi illustrissimo domino duci et qualis ei fieret recompensa, eventis et existentibus eisdem nundinis et radicatis suo medio in hac civitate Gebenn. sicuti antiquitus esse solebant. Fuit dictum quod non concludatur de aliquo dono fiendo pro nunc, sed maturius advideatur.

*Eadem die Lune duodecima maii, post meridiem sive post prandium.* — Orsieres, Megex, Frojon; — P. Versonnay, Danel, de Ponte, de Rippa, Berteracti, Lestelley, Leamon, Fonte, Leta, Magistri, Navis.

(72) Exposuit nobilis P. de Orseriis, consindicus, quod ex quo reverendissimus dominus noster episcopus et princeps Gebenn. est ista nocte venturus in oppido Sancti Jullini et sic habeatur respectus quale donum illi fiat. Fuit conclusum quod vadant ad eum electi, eciam duo syndici dumtaxat, nec fiat donum donec habito majori consilio.

*Eadem die Lune, circa horam septimam post meridiem.* — Orsieres, Megex, Frojon; — Danel, Leamon, Fonte, Dyo. Dadaz, Jo. Balli, Lestelley, Ramel, Guilliet, Jo. Taccon, Jo. Malbosson, Nergua.

<sup>1</sup> Lisez: quam.

Exposuit nobilis Petrus de Orseriis sicuti fuit mandatus vigil de Cresto ad sciendum a reverendissimo domino nostro horam qua vadant ad eum electi; qui vigil [retulit] quod reverendissimus dominus noster sibi dixit quod venirent et irent ad eum cras, et sic fuit conclusum quod electi ad eum vadant cras, hora sexta, nec deficiant se preparare.

*Martis xiiij maii*, non fuit tentum consilium ordinarium, ex quo nobiles sindici et electi iverunt apud Sanctum Jullinum ad reverendissimum dominum nostrum episcopum et principem Gebenn., ad illi reverenciam faciendam et enarrandum conclusionem precedentem retro descriptam.

*Mercuri xiiii maii*. — Orsieres, Megex, Frojon; — s. d. G. Grossi, s. d. P. Fabri, s. d. Jo. Ludovicus Blecheret, s. d. de Lestelley; — Cartellier, P. Versonnay, Danel, Fernex senior, Lunes, Berterat, Lestelley, Leamon, Navis, Fonte, Curt, Leta, Rosseti, de Rippa, Pichon, A. Versonay, Jo. de Mara, Jo. Taccon, Michael Guilliet, Dyo. Dadaz, Ste. Macheret, Nantermetus Tissocci, Jo. Balli, Guilliermus Pensabini, Peronetus Mugnerii, Amedeus Reynaudi, Mermetus de Ulmo, Jo. Collondaz, Stephanus de Mara, Glaudius Vandelli, Nycolaus Gentilis, Nycodus de Villario, Bartholomeus de Crosa, Glaudius de Castronovo, Andreas Girardi, Philippus Regis, Jo. Ballard, P. Chatel, Franciscus Millieti, Nycodus Cortagier, Anthonius Probi, Monetus cinturarius, P. Poterel, Philippus Breton, Perrinus Villiet, G. Pitardi, G. Bessonet, P. Rosseti, Anthonius Fabri, Jo. Ludovicus Ramelli, Jo. Vallet, Besansonus Hugonis, Ste. Macheret, P. Fabri, Franciscus de Fosses, Robertus Fore, Stephanus Peccollat, Anthonius Comitiss, Jo. Garini, Georgius Pactrisii, Jo. Nycodi, Roletus Bonoz, Bellexert.

Conclusio sequens fuit hic in libro in gallico apponi ordinata, que talis est: « Estre expouser par noble Pierre Dorsieres, consindique de Geneve, en ceste meyson commune de ceste dicte cité de Geneve, ouz jourduhy xiiii<sup>me</sup> de may, en conseil ou quel estoient congregé le nombre de septante bons personages ou environ, comment nostre tresreverend seigneur monseigneur de Geneve auret commander que l'on fitz response touchant les foyres et le don qui on devoit fere a tresillustre et nostre tresredoubté seigneur et fere la relation de ladicte response à nostre tresreverend seigneur et prince monseigneur de Geneve, a esté conclu que l'on ne fasse point de promesse de quelque nombre d'argeant a nostredict tresredoubté seigneur par le present, affin que s'il estoit tropt petit que il ne l'eu en desdayn. Mais quant le pleyisir de Dieu seroit de nostredict tresredoubté seigneur monseigneur le duc que les foyres seront à Geneve comment anciennement elles estoient, (73) alors l'on pourra cognoistre de fere ce que sera raysonable, en telle magniere que nostredict tresredoubté seigneur aura cause soy contenter et cognoistra la bonne volonté des citoyens et habitans de Geneve. »

*Eadem die Mercuri, hora octava post meridiem*. — Orsieres, Megex, Frojon; — P. Versonex, Danel, Fernex senior, A. Versonnay, Stephanus de Mara, Lunes, Curt, Johannes Baudi, Lestelley, Leamon, Nergua, Fonte, Navis, Besansonus Hugoz, Leta.

Expositum extitit per prefatum nobilem P. de Orseriis ut postquam opus est facere responsonem in precedente consilio ordinatam et conclusam, ut eligantur duo qui cum instructionibus vadant ad associandum reverendissimum dominum nostrum de proximo deambulaturum apud illustrissimum dominum ducem, et juxta resolutionem faciant responsonem apud prelibatum illustrissimum dominum ducem, in quo consilio fuerunt electi ad id agendum Michael Nergua et Anthonius de Fonte, qui onus assumpserunt.

*Jovis quindecima maii*. — Orsieres, Megex, Frojon; — Cartellier, Lunes, Danel, Curt, de Rippa, Berterat, Fonte, Magistri, Besansonus Hugonis, Navis, Ste. de Mara.

Exposuit nobilis Petrus de Orseriis, consindicus, sicuti hodie mane fuit petitus parte reverendi domini officialis, per unum ex servitoribus ipsius reverendi domini officialis Gebenn., ut ad eum veniret, cui pro utilitate civitatis aliqua habebat enarrare; ad quem ivit et a quo intellexit et advisamentum datum exstitit quod esset bonum, adeo quod reverendissimus dominus noster episcopus et princeps sua benignitate venit et labores sumpsit de veniendo ad oppidum et locum Sancti Jullini, ut fieret ei aliquod graciosum donum, ut illi daretur intelligere bonum velle quod apud illum habet tota civitas; et eum interrogavit si super premissis esset aliqua facta deliberacio, et si aliqua non adhuc esset facta, quod haberetur advertancia, quoniam illo impresentiarum tam pro jurisdictione episcopali quam alias (illo) multum indigemus, ut sit pro civitate apud illustrissimum dominum ducem, tam in absentia civitatis quam alias, continuus intercessor. Cui respondit quod civitas proposuerat in suo jocundo adventu tam de dono assueto quam aliis laboribus donum magis amplum facere. Quiquidem r. dominus officialis non reperit talem conclusionem utilem. Qua sic facta et audita proposita, qui supra conclusuerunt quod esset bonum illi fieri donum centum scutorum auri ad solem, et quod pro majori consultacione congregetur consilium et petantur omnes in magno rotulo petiti, si reperiantur.

*Jovis quindecima maii, hora meridiei*. — Orsieres, Megex, Frojon; — Danel, Lunes, Curt, de Rippa, Berterat, A. Millanesii, Jo. Ludovicus Ramelli, Jo. Malbosson, Jo. Ballard, Thomas Monachi, Glaudius Vandelli, Franciscus Millieti, Reymondus de Ponte, Jo. Taccon, Dyonisius Dadaz, Michael Guilliet, Philippus Regis, Anthonius Comitiss, Nantermetus Tissocci, Jo. de Pilleo Rubeo, Lestelley, Fonte, Navis, Nergaz, Fernex junior, Fernex senior, Magistri.

(74) Sequuntur nomina et cognomina in consilio proxime descripto petitorum per Humbertum Trenchent, Jo. Martini, Monetum Luppi et Saturninum Rosat, vigilles et ebdomadarios modernos.

(*Petitus in domo*) Pierre Taccon.

( » *in personam*) Jeham Taccon.

(*Infirmus et fuit petitus*) Jeham Lullini.

(*Petitus in personam*) Hurry Embler.

(*Absens*) George Lec.

(*Petitus in domo*) Benoyt Gynod.

( » » » ) Domeyne Varambert.

( » *in personam*) Jeham Loys Ramel.

( » » » ) Pierre Poterel.

( » » » ) G. Vandelli.

( » » » ) Bartholomeus de Crosa.

( » » » ) Anthoine Comte.

( » » » ) Pierre Vioz.

( » » » ) Jeham Ballar.

( » » » ) Michel Guilliet.

( » » » ) Francoy Milliet.

( » » » ) Besanson Hugoz.

( » *in domo*) Jeham Baud.

( » *in personam*) Denys Dadaz.

( » » » ) Jeham Lavenay.

( » » » ) Miche du Payn.

( » *in domo*) Jeham de la Mart.

( » *in personam*) Thomas Moyne.

( » » » ) Nycod du Villard.

( » » » ) Nycolas Gentil.

(*In personam*) Estienne de la Mart.

( » » ) Anthoine Millaneys.

( » » ) Loys Curtet.

(*In domo*) Glaudius Pitard.

(*In personam*) Jeham Sord.

( » » ) Jeham Malbosson.

( » » ) Jeham Chapeau Roge.

(*In domo*) Glaude Bessonnet.

( » » ) Guillierme Pensabini.

(*In personam*) Reymond du Pond.

( » » ) Andrien Girard.

( » » ) Jeham Ros.

( » » ) Philippe Roys.

(*In domo*) Mermet de Ulmo.

( » » ) Jeham Sept.

(*In personam*) Nantermet Tissot.

(*In domo*) Jeham Malbosson.

( » » ) Glaude de Chateauneuf.

( » » ) Yllayre Richardet.

Supra nominati vigilles retulerunt supra nominatos peciisse, ut supra describitur.

Fuit per supranominatum nobilem Petrum de Orseriis replicata expositio per eum facta in precedente consilio in quo, ausencia supranominatorum non obstante que oppinata vallida, ausencia non obstante tantum vallet ac si petiti omnes adesse[n]t, fuit facta resolutio quod dentur reverendissimo domino nostro episcopo, pro pena per eum sumpta et sit magis inclinatus habere civitatem et illius negocia apud illustrissimum dominum ducem (habeat) recomendata, et sit pro illa intercessor, dentur hodie vel cras illi centum scuti auri cugni regis ad solem <sup>1</sup>.

*Eadem die Jovis, hora vesperorum*; — Orsieres, Megex; — P. Versonnay, de Rippa, Joly, Lestelley, Fonte, Navis.

Venit egregius de Biollo, secretarius illu. et reverendissimi domini nostri episcopi Gebenn., qui apportavit licteras jurisdictionis episcopalis cum «parati obedire mandatis» <sup>2</sup> et enarravit labores quos sumpsit prefatus reverendissimus dominus noster episcopus et multipharias requisiciones de illud habendo apud illustrissimum dominum ducem, et eciam magnos quos habuit eundo a loco d'Ugini apud Chamberiacum, apud dominos consilii, ad habendum illud, qui primo recusarunt et eciam illas quas secundo habuit et illac ibidem redeundo; et, consideratis laboribus, fuit advisatum quod darentur illi sex scuta auri, et super hoc cras in consilio ordinario fieret conclusio.

(75) *Veneris xvj maii*. — Orsieres, Megex, Frojon; — P. Versonnay, Danel, Fernex, Lunes, de Ponte, de Rippa, Berterat, A. Versonay, Curt, Lestelley, Nergua, Fonte, Leamon, Navis, Leta, Magistri, Rosseti, Fernex junior.

De ambassiatoribus et dono fiendo reverendissimo domino nostro episcopo, illud faciant ambassiatores, scilicet presentent, et vadat apud Sanctum Julinum cum illis n. thesaurarius.

<sup>1</sup> Mandat de 366 ff. 8 g. au nom de l'évêque Pierre de La Baume (*Finances M*, n° 18, année 1522, mandat n° 26). L'écu est donc compté à 3 florins 8 gros.

<sup>2</sup> Ordre donné par le duc Charles de Savoie, à la requête de l'évêque Pierre de La Baume, au conseil résident de Chambéry et à la chambre des comptes de respecter les lettres antérieures concernant la juridiction ecclésiastique de l'évêché de Genève. Au dos de cette pièce, le conseil de Chambéry déclare, en date du 13 mai 1522, entériner l'ordre ducal sous les conditions fixées dans son «parati odebire» daté du même jour et inscrit au dos des lettres ducales du 23 septembre 1514 (ci-dessus, p. 134 n. 2). Il y maintient notamment la réserve concernant les droits du comte de Genevois et de la duchesse de Nemours. La requête de l'évêque est jointe audit ordre (P. H., n° 933).

De secretario qui apportavit licteras jurisdictionis cum «parati obedire», dentur illi sex scuti solis.

De peste, provideatur ut fuerit necessarium.

*Martis xx<sup>ma</sup> maii.* — Orsieres, Megex, Frojon; — P. Versonnay, Cartellier, Danel, Fernex, de Rippa, Fornerat, Lestelley, Leamon, Leta, Navis.

Venit castellanus capituli Gebenn. qui, nomine r. domini Lustriaci, exposuit sicuti ipse r. dominus emit quoddam curtile prope crucem Raffurni<sup>1</sup>, quam<sup>2</sup> requisit limitari et visitari per nobiles syndicos cum operariis etc.; vadant sumpto prandio.

Exposuit r. p. frater prior Pallacii sicut a tribus diebus fuerunt nonnulli iniquitatis filii qui unum parvum puerum portarunt hora suspecta in eorum conventum, quem tribus diebus fecit enutrir; requisit ut procurator Animarum illum suscipiat et enutrir faciat ne fame pereat. Fuit conclusum quod accipiat procurator et, non sunt peccunie, accipiantur de peccuniis confratrie Sancti Yvonis.

(*De confratria Sancti Yvonis.*) — De eadem confratria, quia in velliis fiunt multi abusus et tractantur nephanda<sup>3</sup>, fuit conclusum quod domini syndici vadant ad reverendum dominum vicarium ut aboleantur ille vellie et teneantur porte clause; eciam provideatur de alio priore, et sicut in ceteris confratriis de triennio in triennium.

De hospitalibus, expellantur extranei et fiant cride ut in illis existentes infra xxiiij horas vacuent et absentent civitatem.

De blado et pondere bladi illorum Sancti Victoris, fiat ut est assuetum: ponderent.

De procuratore fiscali, de(n)tur sibi duplum accusationum nec remaneant processus penes illum.

De rotulo Leamon, solvat illi thesaurarius, tam pro ipso quam ejus servitore, ad rationem quindecim solidorum pro qualibet die, et solvat civitas loqueria equorum ultra premissa et eciam solvatur quod extraordinarie expedit<sup>4</sup>.

*Veneris xxiiij maii.* — Orsieres, Megex, Frojon; — Cartellier, Curt, Lunes, Joly, Danel, Fernex senior, Fornerat, A. Versonnay, Leamon, Fernex junior, Navis, Leta, Magistri, Rosseti.

(*Burgensis.*) — Ludovicus Martini, excofferius, parrochie Sancti Leodegarii, filius quondam Petri Martini, de Gyne in patria Vaudi, fuit admissus burgensis mediantibus octo ff.

<sup>1</sup> Sur l'emplacement de cette croix, voir L. Blondel, dans M. D. G. in-4<sup>o</sup>, t. V, p. 68.

<sup>2</sup> *Lisez*: quod.

<sup>3</sup> Sur la chapelle de cette confrérie, voir Blondel, *loc. cit.*, p. 37.

<sup>4</sup> Mandat de 22 ff. 3 g. 4 d. ob., daté du 23 mai (*Finances M.*, n<sup>o</sup> 18, année 1522, mandat n<sup>o</sup> 32).

De servitore hospitalis pestilencialis, fiat ut est assuetum si habeat opus.

(*De domo Chappellet.*) — De domo que fuit Chappellet, sita supra pontem Rodani, super qua hospitale pestilencialiale percipit certum legatum, et domus indiget reparacione, super qua relicta ejusdem supplicavit ut supportet hospitale jus suum onerum reparacionum, fuit conclusum quod vadat ad hospitalerium et concordet et faciat cum eo.

(76) De infectis, obediant et via justicie ad id compellantur.

De rotulo Biolesii, commictuntur Magistri et Leta.

(*De domino Lustriaci.*) — De supplicacione facta hodie et antea per r. dominum Lustriaci ut albergetur certam partem communis contigui predii per eum novissime empti prope cruce[m] Raffurni, vadant nunc cum nobilibus syndicis consules super loco et ipsum visitent, et visitato ulterius refferant et agatur super illo negocio, et inde tenebitur majus consilium ad concludendum illo in negocio.

*Dominico xxv maii.* — Orsieres, Fabri, Megex, Frojon; — P. Versonnay, Cartellier, Danel, Bovier, Fernex senior, A. Versonnay, de Rippa, Bertectacti, Nerga, Fonte, Leamon, Pichon, Navis; — A. Millanesii, P. Poterelli, A. Reynaudi, Jo. Ruffi, Nyco. Gentilis, Ste. Machereti, Anthonius Comitit, G. Pictardi, P. Villiet, Franciscus de Fosses, Michael Sept, Franciscus Millieti, Peronetus Joly, Nantermetus Tissocci, Bartholomeus de Crosa, Jo. Ludovicus Ramelli, Jo. Fabri, Tho. Monachi, Ja. Servelli, Jo. de Pileo Rubeo, Guilliernus Pensabini, Andreas Girardi, Ludovicus Plonjon, Oddetus Paqueti, Anthonius Probi, P. Fabri serrallionus.

Michael Nergua et Anthonius de Fonte, ambassiatores pridem per consilium et nobiles syndicos missi apud illustrissimum dominum ducem, retulerunt que per eos gesta fuerunt apud prelibatum illustrissimum d. ducem quod<sup>1</sup> illu. et reverendissimum dominum nostrum episcopum occasione nundinarum et eciam jurisdictionis, et dixerunt quod prefatus illustrissimus dominus dux duas missivas licteras destinabat et ipsis ambassiatoribus tradiderat ut ille portarentur magnifico domino presidi et ceteris dominis consilii Chamberiaci, concernentes jurisdictionem et salvum conductum nundinarum. Super qua relacione fuit conclusum quod prefatus Fonte vadat Chamberiacum ad prefatum dominum presidem et dominos de consilio(s) et ipsas licteras defferat et tradat et expediat ipsi domino presidi, et instet apud illos habere salvum conductum et revocationem penarum pretextu horum qui per curiam ecclesiasticam traxerant creditores suos, et eciam lites sedentur mote et vertentes indecise inter aliquos ex civibus sive mercatoribus ac burgensibus Gebenn., et defferat duplum salvi-conductus dudum concessi, ut similis fiat sive similes lictere.

(*Recepit Magistri.*)

<sup>1</sup> *Lisez*: et.

*Martis xxvij maii.* — Orsieres, Fabri, Megex, Frojon; — P. Versonnay, Cartellier, Danel, Fernex senior, Curt, de Rippa, Berteracti, A. Versonnay, Joly, Lestelley, Leamon, Fonte, Navis, Leta, Rosseti, Magistri, Nergua; — Plonjon.

(*De procuratore fiscali.*) — De procuratore fiscali, sint domini syndici aut saltem unus ipsorum presens cum vigilibus dum procurator fiscalis aliquem criminis cappare voluerit post vel ante solis occasum vel ortum, nec permittatur aliter fieri.

(*De domino Lustriaci.*) — De negotio domini Lustriaci, remittitur negocium ad consilium quinquagenarium.

De pauperibus Omnium Animarum, vacuent sani.

(*De adjuncto pontis Areris.*) — De custode pontis Areris, detur unus adjunctus cum eo.

De Philippo Regis, retrahat se pro modico tempore et se absteineat a conversacione mundorum et sanorum.

De presbitero hospitalis, experimentetur.

(*Recepit Magistri.*)

(77) De Guilliermo Curt, solvat.

De homine domini Alamonie detento in castro Insule, sumantur informationes si fuerit captus in butica P. Joly, et si fuerit captus, instetur relaxari.

*Veneris, penultima maii.* — Orsieres, Megex, Frojon; — P. Versonnay, Cartellier, Danel, Fernex senior, Curt, de Rippa, A. Versonnay, Lestelley, Leamon, Nergua, Navis, Leta, Magistri, Rosseti.

(*Deputacio custodis pontis Areris.*) — Deputetur custos pontis Areris, pro infectis reppellendis ne intrent civitatem, Roletus de Retro, dictus de Onnay, cum P. Dimerii, sub stipendiis solitis.

Pochat et Cerguat super eorum differentiis promiserunt stare ordinacioni videlicet dictus Cerguat domini Blecheret et dictus Pochat domini P. Fabri et de Fonte senioris, sub pena decem scutorum auri cugni regis ad solem, et hoc in majori forma.

De rotulo Nergua et de Fonte, dentur illis prout fuit conclusum dari Leamon.

(*De archeriis.*) — De trabe archeriorum plantato in Plano Pallacio, credatur eorum juramentum aut alterius ipsorum, scilicet de Cresto, de exbursatis que, inde jurato, solvantur.

Dentur custodes in porta Rippe ad evictandum ne(c) infesti intrent civitatem.

(*De processionibus.*) — Fiant processiones in parrochiis novem diebus continuis.

*Martis tercia jugnii.* — Orsieres, Megex, Frojon; — Cartellier, Danel, Joly, Versonnay, de Rippa, Fernex senior, Curt, Lestelley, Leamon, Nergua, Navis, Leta.

Fuit lecta lictera missiva [missa] per Fonte a loco Chamberiaci.

(*De macellariis.*) — Quia innolevit fama ut plures hujus civitatis proposerunt ire emptum carnes bovis pinguis de proximo ultra pontem Areris mactandi, quod esset in enervacionem licterarum gabelle impositae et etiam gabelleriorum ac macellariorum, ut igitur omnis de medio tollatur suspicio et ne ulla fiat questio sive perturbacio, fiant de novo cride sub pena lx solidorum ne quis ex civibus, burgensibus et habitantibus infra civitatem et franchesias ullo modo vadant ad emendum carnes preter quam in macellariis hujus civitatis, etiam sub pena perdicionis carniarum cum dicta pena lx solidorum.

Quia stat indigencia peccuniarum ad succurrendum in hospitali pestilenciali, thesaurarius reperiat peccunias et illi subveniatur, etiam infectis in illo.

(*De carronerio.*) — De barbitonsore dicto Le Ron infecto qui, sua auctoritate propria, intravit carroneriam, vadant domini syndici ad reverendum dominum vicarium et requirant quod dictus dominus vicarius mandet unum ex officariis qui faciat ipsi Rotondo mandatum penale ad vacuandum carroneriam, et inde, congruo tempore, instent ipsi domini syndici fieri justiciam de satisfieri carronerio de dampnis et interesse.

(78) (*De patisseriis.*) — De patisseriis, advertantur per vigilles ut faciant panem rationabilem secundum precium bladi occurrens, alioquin privabuntur sine gratia habenda.

(*De infectis.*) — De infectis, cogantur ad vacuandum viriliter et rigide, alioquin includantur in eorum domibus.

(*Mandatum.*) — Fiat mandatum Jacobo de Cresto pro dicta trabe, qui juravit de summa undecim ff. — (*Mandatum habet.*)

*Veneris sexta jugnii.* — Orsieres, Fabri, Frojon; — Montion, P. Versonnay, Danel, Bovier, A. Versonnay, de Rippa, Fernex senior, de Ponte, Fornerat, Lestelley, Nergua, Fonte, Navis, Leamon, Leta, Magistri, Rosseti.

Venit egregius Fonte a loco Chamberiaci a sua ambassiata inibi facta apud dominum presidem et dominos de consilio Chamberiaci, pro obtinendo salvum conductum nundinarum, et, inter cetera, retulit ipse Fonte (inter cetera) tradidisse manualiter ipsi domino presidi duas missivas licteras sibi per illustrissimum dominum ducem et Michaeli Nergaz, ambassiatoribus apud eum missis, traditas et ipsi domino presidi tradendas, concernentes dictum salvum conductum et abolicionem fatigarum et molestacionum per ipsos dominos consilii Chamberiaci acthenus factarum et ne exinde fierent, et retulit ipsas licteras tradidisse in presencia domini Glaudii Millieti, domini Follieti, et quod, non obstantibus pluribus propulsationibus et

instanciis, fuit sibi denegatus dari salvus conductus. Super qua expositione et relacione, fuit conclusum quod idem Fonte redigat relacionem suam et gesta per eum in scriptis et illam apportet et legatur<sup>1</sup>, et inde rescribatur reverendissimo domino nostro de negotio predicto, et scripta lictera legatur in consilio quod post prandium petatur, scilicet nominati alias, si reperiuntur, et inde illi mictatur.

*Eadem die Veneris, vespere, scilicet hora tertia post meridiem.* — Orsieres, Fabri, Megex, Frojon; — P. Versonnay, Leamon, Nergua, Fonte, Navis, Magistri, Bovier, de Rippa, Michael Guillieti, Ny. Gentilis, Peronetus Joly, Anthonius Comitiss, M. de Ulmo, Ludovicus Curteti, Philippus Breton, Jo. Ruffi, A. Reynaudi, Girardinus Bergeyron, Jo. Ludovicus Ramelli, G. Besonet, P. Poterelli, Jo. de Pileo Rubeo, Jo. Boysson, Franciscus Testuti, Andreas Girardi, Nantermetus Tissotti, Ludovicus Plonjon, Dy. Dada, Jo. Balli, G. Pensabini, Jo. Ballard.

Prefatus Fonte iterum declaravit gesta per eum in Chamberiaco jam hodie in consilio ordinario explicata et proposita de convocando mod[icum] consilium an sit rescribendum illustrissimo domino duci seu reverendissimo domino nostro episcopo de gestis per eum. Fuit conclusum quod rescribatur reverendissimo domino nostro episcopo dumtaxat et mictatur relacio cum duplo salvorum conductuum domini Amedei<sup>2</sup> et vidimus salvi conductus dominorum Liguarum<sup>3</sup>.

(79) *Martis decima jugnii.* — Orsieres, Megex, Frojon; — P. Versonay, Cartellier, Danel, Curt, de Rippa, Joly, de Ponte, Lestelley, Leamon, Fonte, Magistri, Rosseti.

*(Deputacio porterii Sancti Christofori.)* — Fuerunt remisse claves porte Sancti Christofori civitatis Gebenn. Glaudio Bastardi, condurerio, parrochie Sancte Crucis (condurerio), sub stipendiis duorum ff. per annum incohatum die festi Sancti Germani nuper lapsi.

Amedeus Magnaz et Gladius, ejus filius, presertim filius de auctoritate patris, quilibet principaliter et insolidum, confitentur debere nobili Bernardo Boulet, thesaurario, presenti et nomine communitatis stipulanti, triginta unum solidos et sex denarios causa reste vendicionis unius equi pertinentis communitati, pili rubei habiti, venditi precio viij scutorum cum sole, solvendos hinc ad proximum festum Magdalenens, cum promissionibus et submissionibus et renunciacionibus opportunis.

Magister Petrus Fabri, dictus Goddet, Jacobus Barberii, tornerius, et Jo.

<sup>1</sup> Ce rapport est conservé (P. H., n° 935).

<sup>2</sup> Les sauf-conduits délivrés par Amédée IX, duc de Savoie, en 1465, 1468 et 1470, sont conservés (P. H., n° 659).

<sup>3</sup> 3 décembre 1512. Voir R. C., t. VII, p. 307 n. 1.

Carrara querimoniam fecerunt sicuti in carreria Budelli, videlicet in domo r. d. Jo. Ronserii et in domo domini Bossonet et in domo dicte Neyradaz, eciam in domo Besansoni Hugoz, sita in Cancellio Judeorum, est una spelonca meretricum, ibidem vitam sceleratam ducentium, in qua die noctuque affluunt quamplures tam noti quam ignoti, sic quod metu non audent hora nocturna suas exire domos, eciam nec eorum ancillas ad furnum mictere; eciam stant meretrices in domo que fuit domini Coudree. Fuit conclusum quod dominus procurator vadat et faciat vacuare et dentur illi nomina domorum in quibus sunt.

*(Burgensis.)* — Bernardus de Bolo, patisserius, parrochie Sancte Crucis Gebenn., filius quondam Nycodi de Bolo, fuit admissus in burgensem mediantibus octo ff.

Fuit lecta lictera missiva que fuit reparari mandata et inde congregandum consilium peti solitum, in quo exponatur que hodie dixit commendabilis Henricus Bucloz, qui dixit quod in loco Lugduni fiunt tante extorsiones et incarcerationes plurium, sic quod fere omnes nationes appetunt venire ad hanc civitatem et de facili venient, obtento salvo conductu ab illustrissimo domino duce et dominis Liguarum.

De custode moderno pontis Areris, antiquo<sup>1</sup> tollatur, et remaneat de Onnay.

De meretricibus, expellantur.

De processionibus, fiant et petantur per tres dies.

De infectis compellandis ad vacuandum et obediendum.

De passagio de l'Amandollier et charrotonis ducentibus regressum turris Sancti Petri, de(n)tur illis ad bibendum et comedendum discretionem sindici Frojon et egregii Leamon, quibus committitur; et fiat rotulus habencium predia econtra iter reparandum, et inde fiant illis injuncciones ut reparent, per justicie officarios.

*(De Curt.)* — Quia Guiliermus Curt lacrimose exposuit in gabella carniium magnam perdam fecisse, requisit Dei zelo haberi advertanciam et quod magis commune potest portare dampnum quam ipse et, si compellatur et non misericorditer agatur in hoc negotio cum eodem, erit ejus bonorum totalis anichillatio; et neominus se obtulit infra totam diem Jovis proximum dare thesaurario ij<sup>c</sup> ff. Fuit remissum negotium ad consilium quinquagenarium in quo exponat negotium.

De visitacione portuum, visitentur et observentur statuta eciam quoad vendicionem nemorum et victualium, sicuti pagnorum, gallinarum et ceterorum animalium.

(80) *Eadem die decima jugnii, vespere, 3<sup>a</sup> post meridiem.* — Orsieres, Megex, Frojon; — P. Versonnay, Cartellier, Curt, de Rippa, Lestelley,

<sup>1</sup> Lisez: antiquus.

Navis, Magistri, Fornerat, Fonte; — P. Taccon, M. de Ulmo, A. Reynaudi, Ny. Gentilis, Jo. de Pileo Rubeo, Philippus Breton, Jo. Boysson, Nantermetus Tissocti, P. Villiet, Peronetus Joly, Jo. Ballard, Nycolinus de Cresto,<sup>1</sup> de Rippa, Andreas Girardi, Jo. Ruffi.

Retulerunt vigilles se transtulisse ad domos nominatorum in rotulo, quorum plures sunt absentes.

Exposuit nobilis Petrus de Orseriis ea que hodie fuerunt gesta in consilio ordinario, eciam Philippum Breton recepisse unam licteram missivam sibi transmissam per nobilem Corna a civitate Lugduni et quod prepararet domum, quia fuit commissus ex banqueriis Genuarum qui de proximo venient ad civitatem et ad ejus domum moraturi, causantibus insolentiis, perturbationibus et molestiis que fiunt parte regia mercatoribus et banqueriis; et inde fuit lecta lictera missiva mandanda reverendissimo domino episcopo et tandem relacio de Fonte, et audita, fuit conclusum quod lictera bene stat et illa mandetur ut brevius fieri poterit per unum vigillum apud reverendissimum dominum nostrum episcopum et principem.

*Veneris xiiij jugnii.* — Orsieres, Fabri, Frojon; — P. Versonnay, Cartellier, Bovier, de Ponte, Danel, Lestelley, Nergua, Leamon, Fonte, Leta, Magistri, Rosseti.

De confratriis<sup>2</sup> Eucaristie, observetur rotulus.

De confratria Eucaristie Christi, fiat preparatura, et inde convivium.

De infectis, reperiantur peccunie per thesaurarium ad subveniendum pauperibus infectis non habentibus unde enutrientur.

De ludis et stuphis, cessent et fiant cride.

De scola, maneat adhuc.

De officiariis, non fiant novi.

De meretricibus, vadant ad locum communem et fiant cride.

De ludis, prohibeantur eciam tractus rilorum.

Fiant cride ut nullus blasphemet Deum, ejus genitricem nec sanctos.

*Eadem die<sup>3</sup>, vespereorum.* — Orsieres, Fabri, Frojon; — Fernex, Bovier, Joly, Lestelley, Nerga, Navis, Leta.

Quia quidam barbitonsor Longemale fuit vulneratus letaliter per quemdam Alexandrum, barbitonsorem, et idem Alexander se retraxit in conventum Sancte Clare, quia dubitetur de morte lesi, vadant syndici, insequendo preceptum domini vicarii, ad ipsum conventum et faciant diligenciam de reperiendo eundem Alexandrum; et si contradicant religiosi, fiat appertura vi et si reperietur, compeditetur.

<sup>1</sup> Prénom en blanc.

<sup>2</sup> *Lisez*: confratribus.

<sup>3</sup> Le procès-verbal de cette séance est en marge du registre.

*Martis xvij jugnii.* — Orsieres, H. Fabri, Megex, Frojon; — Bovier, Lestelley, Navis, Leamon, Fonte, Nergua.

(*De thesaurario.*) — N. Bernardus Boulet exhibuit vj<sup>xx</sup> scutos mandandos Alamanie debiti pro interesse communitati facti; et preceptum illi fuit ut illos traderet Petro Gervasii et rescribatur ipsis creditoribus, ut est assuetum<sup>1</sup>.

(*Mandatum.*) — Fiat mandatum Nergua, priori confratrie hospitalis pestilencialis, de xl ff.

(*Confessio thesaurarii.*) — Idem thesaurarius, de consensu quorum supra, tradidit et expedit eidem P. Gervasii dicto[s] vj viginti scutos, quos confessus fuit habuisse portandos apud Bernam et Luchernam.

(81) *Veneris xx<sup>a</sup> jugnii*, in conventu Fratrum Predicatorum ad causam confratrie Corporis Christi. — Orsieres, H. Fabri, Megex, Frojon; — Monthion, P. Versonnay, Bovier, Jo. Balli, de Rippa, Fornerat, Ponte, Cartellier, Lestelley, Leamon, Nergua, Danel, Magistri, Leta; — Dominicus Varambert.

(*De religiosis.*) — Exposuit n. Petrus de Orseriis, consindicus, quemadmodum tam heri quam hodie facta fuit querimonia tam per priorem ejusdem conventus quam plures alios contra ipsius conventus religiosos qui ibidem vitam lubricam tenent, suntque suo priori inobedientes et suos inavuos affectus ducunt et faciunt nec correctionem suscipere volunt, verum se jactant de eundem priorem ab eodem conventu expellere. Et expositis premissis, fuit conclusum quod pro potiori remedio domini syndici vadant ad reverendum dominum vicarium, cui omnia enarrent, et faciant ibidem appellari eundem priorem[m] contra quem faciant querimoniam; et requiratur idem d. vicarius ut talibus religiosi remonstraciones faciat de vivendo honeste et obediendo eorum priori; et similiter faciant syndici remonstraciones comminatorie<sup>2</sup> quod si non aliter vivunt, mandabitur eorum superiori.

(*De prato ville.*) — De prato civitatis, fiat crida et plus offerenti expeditur si reperiatur competens precium; si minus, recolligi faciat contorollatur<sup>3</sup> et reponatur fenum in aliquo loco tuto.

(*De Johanne Daricort.*) — Johannes Daricort, quia hodie et heri fuit factus sermo in confratria et convivio de lite stante inter ipsum et Humbertum Bernardi, et cavetur in statuto quod quecumque lites potissime injuriarum accelerentur per priores et consilliaros et contradicens privetur a confratria, idem Johannes se obtulit omnibus differentiis quas habet contra eundem Humbertum Bernardi stare ordinationi domini prioris, consilliariorum et dominorum syndicorum et se submictere sub ea pena que fuerit arbitrata et ordinata, dummodo idem Humbertus similiter se sub-

<sup>1</sup> *Finances M*, n° 18, année 1522, mandats n°s 46 et 47. Voir ci-dessus, p. 81 n. 1.

<sup>2</sup> *Lisez*: comminatorias.

<sup>3</sup> *Lisez*: contorollator.

mictat et compromictat. Fuit conclusum quod domini prior et syndici alloquantur eidem Bernardi et exortetur de appunctuamento penali, alioquin observetur contra ipsum Bernardi statutum confratrie.

(*De Plonjon.*) — Ibidem fuit iterum expositum per prefatum nobilem Petrum de Orseriis se intellexisse hodie in convivio matutino ejusdem confratrie, Ludovicum Plonjon inter cetera dixisse se et ejus socios pridem fuisse creatos syndicos hujus civitatis et magis ydonee quam alii qui fuerunt in eorum locum positi, et quod fuerant ipse Plonjon et ejus socii secundum bonas et antiquas consuetudines creati syndici, quod ita non fuerat factum de illis qui in eorum locum positi fuerant ut era(n)t scitum ab omnibus<sup>1</sup>; de quibus verbis prolatis fuerunt equidem conquesti n. P. de Versonay, Guiliermus Danelli, qui in locum ipsius Plonjon et aliorum fuerunt positi et creati post demissionem ipsius Plonjon et consortium; alioquin, si non fierent remonstraciones opportune, quod conquerentur apud reverendissimum dominum nostrum episcopum. Fuit conclusum quod petatur idem Plonjon et fiant ei remonstraciones debite, et petatur ad Lune vel Martis.

*Lune xxiiij jugnii*, anticipata die Martis propter festum Nativitatis Beati Johannis Baptiste. — Orsieres, Fabri, Megex, Frojon; — Montion, P. Versonnay, Fornerat, Curt, Jo. Balli, de Rippa, Leamon, Nergua, Fonte, Navis, Leta, Magistri, Rosseti.

(*Obligatio contra Nergaz.* — *Pulveres colovryne, mutuate honorabili Michaeli Nerga.*) — Fuerunt mutuate Michaeli Nergua tresdecim libre pulverum collovrine, tradite per eum Jacobo Charbonerii alias Cocugnion, servitori nobilis castellani Gaii, propter adventum (82) illu. domine de Anymeur hodie additum suum fiende in oppido Gaii, quas promisit restituere, alias illas solvere quociens fuerit requisitus.

(*De negotio d. Sancte Clare.*) — Petrus Marescalli iterum querimoniam fecit contra lathomos perficere debentes conductum dominarum Sancte Clare, qui non tenent computum de auferendo terram per eos positam in sua grangia intantum quod illa non potest se juvare; unde requisit illos compelli ut amoveant terram et repararent dampnum quod fecerunt in ejus grangia, in presencia dicti Martellet qui dixit quod perfecerunt opus ad plus quam receperunt peccuniam. Fuit conclusum quod Leamon, Nerga et Fonte vada[n]t hora prima post meridiem et visitent negocium, et theysent id quod factum est; et perficiant laborem et ad perficiendum cogantur.

Retulit nobilis Petrus de Orseriis alloquutum fuisse r. d. vicarium et querimoniam apud eum fecisse ad causam scelerate vite quam ducunt religiosi, et quod ejus oppinio erat ut no. syndici, associati quinque aut sex consulibus, vadant ad conventum Pallacii et inde illis fiant remonstraciones ut emendent vitam; et tandem retulit alloquutum fuisse r. domi-

<sup>1</sup> Allusion au conseil général du 27 août 1519 (R. C., t. VIII, p. 344 et s.).

num priorem qui eidem dixit quod intendebat illos inde esse obedientes et requisit quod nil fiat donec eo alloquuto.

Idem nobilis Petrus exposuit se intellexisse nonnullos aventurerios armigeros ibi prope et sic esse bonum habere advisamentum et si sint desinerii alloquendi. Fuit conclusum quod nichil fiat donec fiat amplior certificatio.

Fuit factum advisamentum de turre civitatis existenti(s) in domo nobilis Andree de Malvenda et, ne perdatur, preservetur. Conclusum ut petat[ur] ad Veneris idem Malvenda.

De Plonjon et verbis per eum prolatis in crastinum Eucaristie Christi, quia eciam nobilis Hugon. Fabri dixit quod dictus Plonjon, eundo Lugdunum, protulit quod illi de consilio civitatis et communitatis erant proditores, et de hiis est unus bene apparens testis inter ceteros; sumantur informaciones antequam petatur super omnibus prenarratis.

Commendabilis Michael Nergua dixit se audivisse, die predicta et in crastinum Eucaristie, sicuti P. de Malodumo dixit quod erant sex mali et protervi, quia in hac civitate non sunt (in hac civitate) nisi tres congreg[aciones] consulares, scilicet consilium episcopale, consilium hujus Domus et venerabile capitulum.

Retulerunt egregii Leta, Fonte et Magistri ut dentur Biolesii, pro scriptis extraordinariis petitis et repositis in ipsorum manibus, (dentur) tres ff. — (*Mandatum habet.*)

*Veneris xxvij jugnii.* — Orsieres, Fabri, Frojon; — Montyon, P. Versonnay, A. Versonnay, Fernex senior, de Rippa, Curt, Lestelley, Leamon, Nergua, Fonte, Navis, Leta, Magistri, Rosseti.

(*De mugneriis.*) — Venerunt mugnerii molendinorum pertinencium civitati Gebenn. et querimoniam fecerunt et proposuerunt contra alios mugnerios, tam civitatis quam suburbiorum ejusdem Gebenn., se fuisse cohactos per ipsos mugnerios, subsequentibus minis, ad eisdem faciendum unum prandium quod eis constitit duodecim florenos. Aliunde ex quo ipsi mugnerii molendinorum civitatis molunt ad rationem quinque librarum pro qualibet cupa frumenti et nichil ultra recipiunt, ceteri mugnerii inferunt illis minas de (de) molendo ad minus de sex libris pro qualibet cupa, asserentes esse eorum maximum prejudicium ad eo quod ipsi mugnerii molendinorum civitatis molunt ad dictas quinque libras; unde requisierunt ipsi mugnerii civitatis hoc in negotio tale remedium apponi quod talium et aliorum mugneriorum malicie refrenentur et eis ipsi duodecim floreni restituantur, et eis prohiberi ne tales minas ulterius inferant. Ex adverso comparuerunt quinque mugnerii in numero aliorum molendinorum, qui dixerunt quod illos duodecim florenos reposuerunt et converterunt in utilitatem cujusdam eorum confratrie. Fuit conclusum ut videantur lictere mencionem facientes de jure competente ipsis mugneriis pro qualibet cupa et pro-

hibetur eisdem et aliis ne de cetero compellant aliquos mugnerios ad faciendum prandium. De residuo, remittitur ad Martis et videantur ipse licere.

Comparuit ibidem egregius Johannes Pochat et se presentavit et paratum se obtulit audire pronunciacionem arbitrorum quatenus sint parati, alioquin protestatur quod per eum non stetit nec stat quominus eandem audiat pronunciacionem, et illa protestacione quod nullum sibi possit inferri prejudicium compromissum ultimate huc factum et captum quym jura sua possit prosequi.

(83) De relicta Bertellerii, exequantur licere novissime date per reverendissimum dominum nostrum episcopum et intimentur in consilio episcopali ne contraveniat.

(*De collovineriis.*) — De collovrin[er]is petentibus solvi ut datum fuit aliis bendis in adventu illu. domini comitis, dentur illis ut datum fuit ceteris bendis.

(*De eisdem.*) — De eisdem collovineriis petentibus fustam tecti terralium Sancti Anthonii, asserentibus illud edificium suis sumptibus factum fuisse, fuit conclusum quod tale edificium erat multum antiquum et non constat illud fecisse, nichil habeant ex eadem fusta nec ultra ludant in eisdem terralibus.

De licteris jurisdictionis et modo illas exequendi, remittitur ad Martis.

De trompeta et laboribus suis habitis die Eucaristie, remittitur ad Martis.

De fusteriis, pugnantur ad formam cride et edicti r. domini officialis.

*Lune ultima jugnii.* — Orsieres, Fabri, Megex, Frojon; — Cartellier, Fornerat, Curt, Joly, de Ripa, Fonte, Navis, Leta, Magistri, Rosseti.

Venit Petrus Gervasii ab urbe Bernensi de portando interesse, et apportavit quictanciam et exposuit sicuti illu. dominus bastardus Sabaudie, magnus magister Francie, eum humaniter festinavit sicut quod in mensa semper erat prope magistrum ipsius magni magistri.

(*De gabella carniū.*) — De gabella carniū, ponant illam n. P. Joly et Rosseti usque ad xvij<sup>c</sup> ff., et si sit plus offerens expediatur nec minori precio expediatur. A qua misa civitas sive communitas ipsos relevet et indemnes servet, et hec conclusio facta quia vox est quod fuit precedentibus gabelleriis dampnosa, et hec conclusio facta fuit ne gabella deterioretur.

De Johanne Testuti infecto, tollat cabanam suam a loco Plani Pallacii et, ne scandalliset venientes ad hanc civitatem, (et) reperiatur alius locus magis limitrophus.

De Petro Gervasii qui peccit sibi satisfieri de custodia piscium quadragesima decurse, ad cras.

Admodiatio introgii salis facta Benevenuti.

Anno Domini millesimo quingentesimo vigesimo secundo, indicione decima et die ultima mensis jugnii, in mis notarii et civitatis Gebenn. secre-

tarii etc., personaliter constituti nobiles Petrus de Orseriis, Hugoninus Fabri, Guiliermus Megex et Jacobus Frojon, syndici civitatis Gebenn., ex una, et commendabilis Ludovicus<sup>1</sup> Benevenuti, civis et mercator Gebenn., ex altera, partibus. Prefati nobiles syndici, sindicario nominibus dicte civitatis, qui scientes etc., pro se et suis in eodem officio successoribus, admodiant et accensant et titulo admodiacionis dant, tradunt et concedunt predicto || Ludovico || Francisco Benevenuti, ibidem presenti et tanquam plus offerenti, ad extinctum et consumationem candele ceree, modo assueto, factis prius (de eo) proclamacionibus de eodem multis, voce cride, (tanquam plus offerenti,) introgium salis in hac civitate et franchesiis intrandi. Et hoc spacio et per tempus unius anni, die crastina prima jullii incipiendi et simili die finiendi, cum honore et onere assuetis. Et hoc sub firma et salario octocentum et quadraginta florenorum auri p. p., quolibet floreno valente duodecim solidos monete cursalis in patria Sabaudie, per eundem Ludovicum vel suos dicte civitati et communitati in manibus nobilis thesaurarii et receptoris ejusdem pro tempore existentis realiter persolvendorum more denariorum fiscalium, terminis sequentibus, videlicet in proximo festo Omnium Sanctorum terciam partem ejusdem firme, aliam terciam partem die carnisprevii et aliam terciam partem in tunc sequenti festo Nativitatis beati Johannis Baptiste. Promittentes juramentis suis, videlicet nobiles syndici dictam firmam manutenere et idem Franciscus firmam solvere et cavere ydonee infra octo dies. Submittentes se omnibus curiis. Renunciantes etc. Actum in dicto claustro, presentibus ibidem n. P. de Versonay, Anthonio Damex, Guiliermo Curt, Petro Rosseti patisserio, P. Joly, Girardino de Ripa.

Biolesii n.

(84) Vendicio facta per nobiles syndicos de presia prati pertinentis civitati, facta precio sexaginta florenorum solvendorum in festo Omnium Sanctorum, et cavet per n. Girardinum de Ripa.

Anno Domini millesimo quingentesimo vigesimo secundo, indicione decima et die ultima mensis jugnii, in mis notarii et communitatis civitatis secretarii etc., personaliter constituti nobiles Petrus de Orseriis, Hugoninus Fabri, Guiliermus Megex et Jacobus Frojon, syndici civitatis Gebenn., qui scientes etc., sindicario nomine dicte civitatis, vendunt et titulo vendicionis tradunt et deliberant nobili Bernardo Boulet, civi Gebenn., ducale Sabaudie secretario ac curie spiritualis Gebenn. jurato, presenti, preysiam prati pertinentis civitati(s) siti in suburbio Sancti Gervasii, in Pascuis, precio et nomine precii sexaginta florenorum auri p. p., quolibet floreno valente duodecim solidos monete, solvendorum hinc ad proximum festum Omnium Sanctorum. Promittentes juramento suo tanquam principalis et, ad ejus

<sup>1</sup> *Lisez*: Franciscus.

preces, se dat et constituit fidejussor et principalis insolidum nobilis Girardinus de Rippa, civis Gebenn., qui promisit sub consimili juramento etc., promissa per principalem adimplere etc. Submictentes se etc. Renunciantes etc., presertim fidejussor juri dicenti principalem prius fore conveniendum quam fidejussor, epistole divi Adriani etc. Actum in claustro ecclesie cathedralis, presentibus ibidem n. P. de Versonnay, P. Joly, Anthonio Damex, Guilliermo Curt et Petro Rosseti, patisserio.

Biolesii. n.

Licet fuit proclamata gabella carniurn in claustro, more solito, nemo apparuit qui illam miserit, excepto P. Joly qui illam misit de precepto nobilium sindicorum ad xvij<sup>c</sup> ff., quod preceptum factum fuerat cum esset mirum quod non reperirentur admodiarii, et sic non fuit expedita et fuit remissum in consilio ut eligerentur collectores sicut in principio.

*Martis prima jullii.* — Orsieres, Fabri, Megex, Frojon; — Montion, Curt, de Rippa, P. Versonay, Jo. Balli, Lestelley, Fonte, Navis, Magistri.

*Caucio.* — Cum pridem, videlicet die ultima jugnii, fuerit admodiatum introgiurn salis marini Francisco Benevenuti et eidem in claustro ecclesie cathedralis tanquam plus offerenti expeditum, spacio unius anni prima hujus incohendi et simili die finiendi, precio octo centum et quadraginta florenorum, promiserit ipse cavere de solvendo eandem firmam, quiquidem Franciscus denuo promittit solvere dictam firmam et cavet per Petrum Benevenuti et Roletum Bonoz, patisserium, et quemlibet insolidum, qui promiserunt in forma et renunciarunt in forma juri dicenti principalem prius fore conveniendum etc., epistole divi Adriani etc.

*(Adjunctio custodis pontis Areris.)* — Adjungitur Abbagarus de Saxo, suctor, custos pontis Areris cum Roletto filio Johannis de Retro, et exinde habeant, pro eorum sallario cujuslibet mensis, quilibet ipsorum tres ff., et juravit in forma.

De Petro Gervasii, pro visitacione et custodia piscium pro quadragesima, triginta solidos.

De collectoribus gabelle carniurn, eligantur tres magis ydonei de quibus ex nunc eligitur unus, Ste. Peccollat, et alloquatur P. Gervasii si velit acceptare, eciam Guilliermus Curt.

*(De macellariis.)* — De macellariis, observent editum et compellantur ad observandum.

*(85) Veneris quarta jullii.* — Orsieres, H. Fabri, Megex, Frojon; — Montion, Cartellier, de Rippa, Baudi, Curt, A. Versonnay, Leamon, Navis, Rosseti, Migerandi, Bernardus de Monte, Fonte, Magistri, Leta.

*(Admissio consiliariorum.)* — Fuerunt admissi in consilliariorum e. Jo. Migerandi et Bernardus de Monte.

Venit Glaudius de Cresto a partibus Pedemontanis, qui apportavit missivam cum salvo conductu r. domini nostri<sup>1</sup>, que fuerunt lecte.

Venerunt Glaudius Bellexert, Sermodi, dictus Veyron, P. Jacobi, dictus Doblir, dictus Consciencia et dictus Gallouz et proposuerunt quod videtur sibi bonum ponere uncias carniurn et illas reducere ad taxam capitis animalis; et si ita fiat, erunt contenti illam admodiari.

De bonis Alexandri, qui alterum barbitonsorem interfecit, solvantur illius debita super bonis et residuum tradatur heredibus.

Quia fuit propositum quandam mulierem pannos suos immundos lavasse in fonte Templi et eam verberasse quemdam hominem, de quo non constat, nec eciam de grusa quod officarii vicedompnatus ab eo extorserunt xxij solidos, prosequatur pro eodem paupere qui grusam fecit ut restituantur eidem peccunie.

De licteris noviter concessis contra decretum licterarum jurisdictionis per dominum presidem Chamberiaci, rescribatur sibi ut aboleat illas.

De salvo conductu, non pu[blice]tur pro nunc<sup>2</sup>.

De procuratore Animarum, repu[gnan]te Leamon ulterius exercere, remittitur ad Martis.

*(86) Sabacti quinta jullii<sup>3</sup>.* — Orsieres, Fabri, Megex, Frojon; — Montion, Cartellier, Fernex senior, Curt, Fornerat, de Rippa, Lestelley, Leamon, Fonte, Navis, Rosseti, Migerandi, de Monte.

Exposuit nobilis Petrus de Orseriis sicuti fuit proclamata gabella carniurn et inde in claustro candela accensa, nec fuit quis qui illam posuisset excepto P. Joly qui, de precepto consilii, illam posuit ad xvij<sup>c</sup> ff., sed fuit conclusum quod si non reperirentur ultra xvij centum ff. illa non admodiaretur et recolligeretur nomine civitatis, sicut primo anno recollecta fuit. Actamen heri venerunt macellarii qui se obtulerunt illam admodiare et pro illa dare decem septem centum florenos, que proposita fuit in consilio posita. Fuit conclusum quod ipsis ipsa gabella expediretur macellariis dummodo solvant pro illa, pro hoc anno, dictos xvij<sup>c</sup> ff. et promittant solvere quilibet insolidum, quod sic factum fuit et caverunt per P. de Casalibus, dictum Rosset.

Admodiatio gabelle carniurn facta per nobiles syndicos  
hujus civitatis macellariis ejusdem.

|| Anno Domini millesimo quingentesimo vigesimo secundo, indicione decima cum eodem anno sumpta et Sabacti quinta mensis jullii, in mis

<sup>1</sup> Sauf-conduit accordé par l'évêque Pierre de La Baume aux marchands étrangers, pour Genève et les autres lieux soumis à sa juridiction, daté de Pignerol, le 27 juin 1522 (P. H., n° 934).

<sup>2</sup> Cette publication eut lieu le 12 juillet; on en trouve le texte en français, P. H., n° 934.

<sup>3</sup> La séance du 5 juillet suit, dans le registre, celle du 8.

notarii et communitatis civitatis Gebenn. secretarii et testium subnominatorum presencia, personaliter constituti nobiles Petrus de Orseriis, Hugoninus Fabri, Guiliermus Megex et Jacobus Frojonis, syndici hujus civitatis et communitatis Gebenn., ex una, et honesti viri Petrus Jacobi, Johannes de Gerdili, Johannes Danellet, Amblardus Comitiss, Jullianus Bergerat, Jacobus Sermodi, Ansermus Chambet, Bernardus Probi et Petrus Pastoris, suo et aliorum macellariorum hujus civitatis adherere volencium nominibus, ex altera, partibus, prefati vero nobiles syndici, scientes, gratis et sponte, pro se et suis in eodem officio sindicatus successoribus, admodiant et accensant ac titulo admodiacionis dant, tradunt, deliberant et concedunt sindicario nominibus || ac titulo admodiacionis dant, tradunt, deliberant et concedunt || prefatis Petro Jacobi, Johanni de Gerdili, Johanni Danelleti, Amblardo Comitiss, Julliano Bergerat, Jacobo Sermodi, Jacobo de Chambet, Bernardo Probi et Petro Pastoris, ibidem presentibus ac stipulantibus pro se et aliis macellariis absentibus secum adherere volentibus, gabellam carniū vendendarum in hac civitate et franchesiis Gebenn. ac macellis ejusdem, cum tamen honore et onere assuetis, noviter impositam per reverendissimum dominum nostrum episcopum et principem Gebenn., per eosdem admodiarios levandam et percipiendam ad formam licentiarum per prelibatum illustrem et reverendissimum dominum nostrum episcopum et principem Gebenn. eidem civitati propterea concessam. Et hujusmodi admodiacionem faciunt ipsi nobiles syndici spacio et per tempus unius anni integri, die prima hujus jullii inchoati et simili die finiendi, tanquam de ea plus offerentibus, sub firma (87) et sallario decem septem centum florenorum auri p. p., quolibet floreno valente duodecim solidos bone monete cursalis in patria Sabaudie, per eosdem admodiarios et quemlibet ipsorum insolidum realiter dandorum et persolvendorum, omni lite postposita, more denariorum fiscalium, in manibus nobilis Bernardi Boulet, moderni thesaurarii et receptoris ejusdem communitatis, ibidem presentis et stipulantis ad opus dicte communitatis, de mense in mensem ac quolibet mense ad ratam dicte firme, in pace et sine lite, ac si esset res judicata et judicialiter confessata, omni contradicione cessante. Promictentes propterea supra nominate partes et quelibet ipsarum in quantum eam concernit, per juramenta sua etc., videlicet prefati nobiles syndici sindicario nominibus premissis dictos admodiarios manutenere etc.; et dicti admodiarii et quelibet ipsorum insolidum dictam firmam modis et terminis ac formis suprascriptis in manibus cujus supra solvere subnominatumque eorum fidejussorem ab infrascripta fidejussione indemnem servare. Et, pro potiori dicte firme solucione fienda, ad preces et requisicionem dictorum admodiatariorum, se dat et constituit erga prefatos nobiles syndicos, communitatem et thesaurarium, fidejussorem et principalem insolidum videlicet honestus vir Petrus de Casalibus, macellarius, civis Gebenn., qui sciens, gratis et sponte promictit per juramentum suum etc. et sub obli-

gacione omnium bonorum suorum etc., omnia et singula per supranominatos admodiarios promissa adimplere et inviolabiliter observare etc., in majori forma. Submictentes se etc. Renunciantes etc., maxime fidejussor juri dicenti principalem prius fore conveniendum quam fidejussorem, epistole divi Adriani, nove constitucioni de duobus vel pluribus reis debendis, cedendarumque ac dividendarum actionum beneficio; eciam omnes ipsi eidem epistole divi Adriani, de duobus vel pluribus reis debendis, cedendarumque et dividendarum actionum beneficio. De quibus premissis dicte partes a me notario fieri pecierunt duo instrumenta et tot quot fuerint necessaria. Acta fuerunt hec in aula Domus communis dicte civitatis, presentibus ibidem Humberto Trenchent, Moneto Luppi, vigillibus, Nycolao Bocheti, Henrico de Furno, Andrea Blanchodi, Julliano Pougini et Glaudio Chavanelli, patisseriis, testibus etc.

Subsequenter vero, anno et indicione suprascriptis et die Martis octava mensis jullii, cum ita sit pridem videlicet die quinta mensis jullii, nobiles Petrus de Orseriis, Hugoninus Fabri, Guiliermus Megex et Jacobus Frojon, syndici, sindicarioque nominibus hujus civitatis, admodiaverunt et accensaverunt Petro Jacobi, Johanni de Gerdili, Johanni Danellet, Amblardo Comitiss, Julliano Bergerat, Jacobo Sermodi, Ansermo de Chambet, Bernardo Probi et Petro Pastoris, macellariis hujus civitatis tunc presentibus, suis et aliorum macellariorum secum adherere volencium nominibus, gabellam carniū vendendarum in tribus macellis et franchesiis hujus civitatis, spacio et per tempus unius anni die prima hujus jullii inchoati et simili die finiendi, cum honore et onere assuetis, sub firma et sallario ac precio decem septem centum florenorum auri p. p., quolibet floreno valente duodecim solidos, ipsamque firmam solvere promiserint, quilibet ipsorum principaliter et insolidum, eidem communitati in manibus nobilis Bernardi Boulet, thesaurarii ejusdem communitatis, aut alterius pro tempore existentis, modo et forma ac terminis in eodem admodiacionis instrumento per me dictum notarium predicta die quinta hujus jullii recepto. Hinc est quod, in mis notarii etc., personaliter constituti supranominati nobiles syndici, ex una, et honesti Gladius de Ponte, Gladius Belexert, Petrus Gardet, Jullianus Ricou, Petrus Borsacti, Gladius Luppi, Johannes Curtet, Gladius Salterii, Colletus Mermodi et Guiliermus Bocherens, ex altera, partibus, prefati vero nobiles syndici, sindicario nominibus premissis, scientes etc., citra derogacionem dicte prime admodiacionis, adjungunt et associant in eadem admodiacione (88) supra nominatos Gladium de Ponte, Gladium Belexert, Petrum Gardet, Jullianum Ricouz, Petrum Borsacti, Gladium Luppi, Johannem Curtet, Gladium Salterii et Guiliermum Bocherens, presentes et acceptantes, modo et forma premissis. Quequidem partes promiserunt juramentis suis etc., videlicet dicti nobiles syndici, sindicatus nominibus premissis, dictam associationem ratam habere et ipsam firmam sicut supra manutenere etc.; et prefati de Ponte et alii as-

sociati dictam firmam, quilibet ipsorum principaliter insolidum, terminis in dicto admodiationis instrumento descriptis solvere et non contravenire, quinyimo eandem admodiationem et omnia in eodem admodiationis instrumento contenta tenere, actendere et inviolabiliter observare, subnominatumque ejus fidejussorem ab infra scripta fidejussione indempnem servare. Et ad eorum preces et requisicionem iterum se constituit fidejussorem et principalem insolidum erga dictam communitatem et thesaurarium prefatus Petrus de Casalibus, qui sciens etc. promisit et juravit, sub consimilibus juramentis et bonorum obligatione omnium, per supranominatos adjunctos et associatos in eadem associatione premissa rata habere et illa observare et illis non contravenire. Submittentes se etc. Renunciantes, tam associati quam fidejussor, juri dicenti principalem prius fore conveniendum quam fidejussorem cedendarumque et dividendarum actionum beneficio. De quibus premissis partes pecierunt instrumentum et instrumenta etc. Acta fuerunt hec in aula communi dicte civitatis, presentibus ibidem nobilibus et honorabilibus Francisco Cartellerii, Guillermo Curt, Francisco Fornerat, Petro Joly, Lionardo de Ponte, Girardino de Rippa, Johanne Bovier, Ludovico de Lestelley, Francisco de Leamon, Michaelae Nergua, Anthonio de Fonte, Petro Navis, Petro de Leta, Petro Magistri, Anthonio Rosseti et Johanne Migerandi, consilliariis nostris, testibus etc.

Consequenter vero, anno et indicione premissis et die undecima mensis jullii, in mis notarii etc., personaliter constituti supra nominati nobiles Petrus de Orseriis, Hugoninus Fabri, Guilielmus Megex et Jacobus Frojon, syndici hujus civitatis, ex una, et honesti viri Jacobus Comitiss, Johannes Losserii et Mermetus Volandi, ex altera, partibus, prefati vero nobiles syndici, sindicario nominibus premissis, scientes, grati etc., pro se et suis in eodem officio sindicatus successoribus, in dicta gabella carniium associant et adjungunt cum ceteris admodiariis et associatis ac adjunctis prenomi-natos Jacobum Comitiss, Johannem Losserii, Jacobum Gerdi et Mermetum Volandi, ibidem presentes et hujusmodi associationem et adjunctionem acceptantes, stipulantes et recipientes, modo et forma et sub condicionibus in eodem admodiationis instrumento descriptis. Et promiserunt dicte partes, sub consimilibus juramentis et bonorum obligatione, videlicet dicti nobiles syndici, sindicatus nominibus premissis et sub obligatione bonorum civitatis, hujusmodi associationem et adjunctionem ratam habere dictamque gabellam carniium ipsis Comitiss, Losserii, Gerdi et Volandi prout supra et sicut ceteris manutenere, et ipsi Jacobus, Johannes, Jacobus et Mermetus et ipsorum quilibet principalis et insolidum ipsam gabellam carniium modis et formis ac terminis in eodem admodiationis instrumento descriptis eidem communitati in manibus dicti thesaurarii moderni aut pro tempore existentis solvere in pace et sine lite, cum submissionibus et renunciationibus opportunis. Et ad eorum preces se iterum constituit fidejussorem et principalem insolidum prefatus Petrus de Casalibus qui, prout supra jam superius,

promisit, promittit, sub consimilibus juramentis et bonorum obligatione, omnia per dictos Jacobum Comitiss, Johannem Losserii, Jacobum Gerdiliss et Mermetum Volandi promissa et jurata adimplere et non contra venire, cum submissionibus et renunciationibus opportunis; et presertim fidejussor et qui supra renunciaverunt juri dicenti principalem prius fore conveniendum etc., cedendarum et dividendarum actionum beneficio etc. et denique juri dicenti generalem renunciationem etc. De quibus premissis dicte partes fieri (89) pecierunt per me notarium instrumenta tot quot fuerint neccessaria. Acta fuerunt hec in dicta aula communi dicte civitatis, presentibus ibidem Humberto Trenchent et Petro Mariglerii, vigillibus, testibus. || — (Soverunt.)

Biolesii n.

*Martis viij jullii.* — Orsieres, Fabri, Megex, Frojon; — Cartellier, Curt, Fornerat, Joli, de Ponte, de Rippa, Navis, Lestelley, Leamon, Nergua, Fonte, Leta, Rosseti, Magistri, Migerandi.

(*Burgensis.*) — Petrus filius quondam Mermeti de Bolo, de Meynier, patisserius, parrochie Sancte Crucis, fuit admissus in burgensem median-tibus octo florenis.

(*Mandatum.*) — Fiat mandatum Nergua pro Moneto de Chievres sive eidem Mon(d)eto.

(*De sallario vigillis missi.*) — De de Cresto, vigille, solvantur eidem expense per eum facte et quas fecisse jurabit et, ultra illas, tres solidi pro quolibet die.

De instrumento, queratur hinc ad Veneris.

De salvo conductu, publicetur ut conten[te]tur princeps noster <sup>1</sup>.

De domino Agripa, admittatur in burgensem mediante malvatico.

De procuratore Animarum noviter eligendo, convocetur consilium generale et fiat electio.

(*De sallario piscium custodum.*) — De visitoribus piscium, dentur cuilibet ipsorum duorum visi[ta]torum unus scutus solis.

(*De carpentatore civitatis.*) — De carpentatore, detur illi de triennio in triennium sicut vigilibus una vestis, qua mediante apponat pecias in pontibus, et visitaciones quas faciet pro civitate modicas includantur super illa veste.

*Veneris undecima jullii.* — Orsieres, Megex, Fabri, Frojon; — Cartellier, Fernex senior, Joly, A. Versonnay, Bovier, Fornerat, de Rippa, Jo. Boysson, Lestelley, Leamon, Nergua, Navis, Fonte, Leta, Magistri, Rosseti.

(*Burgensis, gratis.*) — S. d. Henricus Cornelius Agripa, arcium et medicine doctor, de Collognia super le Ryns, nunc parrochie Sancti Gervasii, fuit admissus burgensis gratis.

<sup>1</sup> Voir ci-dessus, p. 189 n. 2.

(*De instrumento Alamagnie.*) — De instrumento Alamagnie, temptetur meliori modo quo fieri poterit si possint haberi pecunie ad satisfaciendum de debitis illibi debitis, et presertim temptetur apud dominos ecclesiasticos et interim convocetur consilium quinquagenarium cum ordinario.

(*De procuratore Animarum; nominatio procuratoris.*) — De novo procuratore Animarum eligendo, recusante egregio Leamon ulterius illud exercere, fuerunt nominati Benedictus Gynodi, Jo. Boysson, Petrus Pollier, P. Vindret, Jacobus de Cresto et Jo. Ballard, qui pandantur in consilio quinquagenario et electio que fiet iterum pandatur in consilio generali.

(*De Leamon.*) — De rotulo Leamon, dentur eidem et ejus servitori pro quolibet die xvij solidi pro omnibus, et super illis solvant expensas et fiat deductio expensarum per thesaurarium ministratarum et residuum tradatur ei.

De licteris jurisdictionis, intimentur castellanis mandamentorum et procuratoribus fiscalibus Gebenn. et Foucigniati et Gay.

(*De Boysson.*) — De relatu facto per operarios et juratos in facto Boysson et Bessonnet, observetur, actento juramento et promissione facta per partes in manibus n. Orsieres et Fabri Martis lapsa, ut sic retulerunt.

De levacione bonorum tam defuncti barbitonsoris quam alterius Alexandri, homicide, servetur antiqua consuetudo.

*Martis xv jullii.* — Orsieres, Fabri, Megex, Frojon; — P. Versonnay, Danel, de Rippa, Leta, Magistri, Lestelley, Leamon, Nergua, Fonte, Navis, Migerandi.

De Jacobo Comitibus, intretur super debito.

De Johanne du Banc, teneatur consilium <sup>l<sup>ri</sup>um</sup> et fiat electio, et qui ex sex electus fuerit, conclusum illico presentetur consilio generali et admictatur in procuratorem piscidis, in quo consilio quinquagenario non vocentur macellarii.

De Plonjon, perficiantur informaciones et inde ille consultantur.

De macellariis, faciant quod debent ad formam conclusionis.

De scripturis extraordinariis, commictitur Magistri, Migerandi et Leta.

(*Receptit Boulet.*)

(90) *Veneris xviii jullii.* — Orsieres, Fabri, Megex, Frojon; — Cartellier, Danel, A. Versonnay, Curt, de Rippa, Magistri, Leamon, Lestelley, Nergua, Fonte, Leta, Navis, de Monte.

De arena extracta prope crucem de l'Amandallier, fiant cride quod nullus exinde accipiat arenam in eodem loco et communi.

De visitacione piscium, ad Martis.

*Martis xxij jullii.* — Orsieres, Fabri, Megex, Frojon; — Cartellier, Danel, A. Versonnay, Curt, Joly, de Rippa, Lestelley, Leamon, Nergua, Fonte, Navis, Leta, Rosseti, Migerandi.

De introgio vini Fratrum Minorum hujus civitatis, nichil solvant.

De visitatoribus, visitent domini sindici et vigilles et ponderantur pondera, et rogatur P. Joly quod adjuvet visitatores quoad revenditricas.

*Veneris xxv jullii.* — Orsieres, Megex, Frojon; — Cartellier, de Rippa, Migerandi, Rosseti, Leamon, Navis, Leta, Magistri.

(*Burgensis.*) — Brunetus Priocti, apothecarius, nunc parrochie Sancti Gervasii, filius Bernardi Priocti, de Monte Calerio, admictitur in burgensem mediantibus octo ff.

(*Compromissum.*) — Ludovicus Chamossi et nobilis Francisca, relicta nobilis Amblardi Pojoliti, super differentiis eorum domorum sitarum in carreria du Bouloz, promictunt habere ratum quicquid fuerit relatatum et pronunciatum per nobiles sindicos.

De reverendissimo domino nostro episcopo, nichil ei rescribatur.

De bonis barbitonsoris, custodiantur et expendantur ordinacione domini officialis.

De revenditricibus, fiant cride opportune.

*Martis xxix jullii.* — Orsieres, Fabri, Megex, Frojon; — Danel, de Rippa, Curt, Magistri, Lestelley, Leamon, Fonte, Navis, Nergua, Rosseti.

Vadant auditores computorum ad domum Nergaz, propter ejus infirmitatem, et claudant computa et finem imponant.

(91) (*Admissio visitatorum piscium.*) — Admictuntur visitatores piscium et revenditricum Jo. Vallet et P. Gervasii, per unum annum hodie incohandum et simili die finiendum, et de sallario advideatur in uno alio consilio.

Fuit lectus rotulus expensarum factarum Chamberiaci et ministratarum per thesaurarium et tradatur contorollatori, et, signato, fiat mandatum<sup>1</sup>.

*Veneris prima augusti.* — Orsieres, Fabri, Megex, Frojon; — Cartellier, Danel, Fornerat, Curt, Joly, de Rippa, Rosseti, Lestelley, Leamon, Nergua, Fonte, Navis, Magistri, Leta, de Monte.

Venerunt magistri Glaudius Quiblet, Guyoctus Rolandi, carpentatores, Jacobus Rosselli et Nycolaus Martellet, lathomi; dederunt taxam per eos factam de domo et grangia ac curtilli quondam domini Bojonis sitis in suburbio Sancti Gervasii, quam taxaverunt valere tercentum et quinquaginta ff., ut in taxa scripto per eos data continetur.

De domino magno magistro Francie<sup>2</sup>, dentur illi una cocacia malvatici et due vini Biaune.

De computis, concludantur Martis.

De Buclo, det decem scuta auri si vult effici burgensis.

<sup>1</sup> Voir ci-dessus, à la date du 9 mai, p. 169.

<sup>2</sup> René, bâtard de Savoie, qui rentra de Suisse en France. Voir Rott, *op. cit.*, t. I, p. 264.

De mugneriis ville, manuteneantur, nec solvant quicquam de banqueto quod petunt ceteri mugnerii.

(*De Plonjon.*) — De vino per Plonjon dato certis capitaneis, nichil illi solvatur.

De nemoribus Fusterie, serventur et observentur lictere.

*Lune quarta augusti.* — Orsieres, Fabri, Megex, Frojon; — Cartellier, de Ponte, Curt, Danel, de Rippa, Navis, Leamon, Lestelley, Nergua, Fontè, Leta, Magistri, Migerandi, de Monte.

(*De insultu d. Viriaci.*) — Exposuit no. P. de Orseriis sicuti nocte novissime decursa fuit factus insultus in Burgo Foris tam per nobilem et potentem Franciscum dominum Aquarie, quam bastardum de Benevisio et bastardum ipsius domini militis, in quo fuerunt eviginatè plures rapperie et plures pugniardi, et quod ea de causa ipse et nobiles ceteri sindici, associati pluribus civibus et burgensibus, iverunt ad domum nobilis Aymonis Consilii, in qua idem miles de Viry moratur, et quod tam ipsi quam dominus procurator fiscalis fecerunt remonstraciones ut omnia reparentur; et ea de causa ivit r. dominus officialis et ad illi faciendum remonstraciones opportunas et male fecerat talem fecisse insultum, et quod plures collaphisaverat et pugniardo plures percutere temptaverat. Quiquidem miles ferociter respondit quod nullum fecerat insultum et quod non submictatur reverendissimo domino nostro, et quod si aliquis faceret eidem injuriam quod non peteret justiciam officiariis ipsius domini nostri sed [quando] de talibus tempus sibi videretur opportunum, illam ex semet ipso faceret. Eciam exposuit sicuti ab octo vel decem diebus citra, ipse dominus Viriaci verberaverat seu verberari fecerat clericum egregii Navis, ex quo idem clericus quandam citationem metropolitanam exequutus fuerat contra quendam Pochacti, assertum curialem (?) ipsius domini Aquarie. Qua sic facta expositione, idem Orsieres requisit ut super hiis matura deliberacione advertatur. Super qua proposita, fuit conclusum quod detur unus rotulus procuratori fiscali et officiariis judicarie excessuum, in quo describantur omnes excessus, et quod sumantur informaciones et premissa exponant domini sindici in consilio episcopali.

(92) *Martis quinta augusti.* — Orsieres, Fabri, Megex, Frojon; — Cartellier, Danel, Curt, Joly, de Ponte, de Rippa, Leamon, Nergua, Navis, Fonte, Leta, Magistri, de Monte.

De preparacionibus fiendis pro adventu domini, ad Veneris.

De vino Biaune et Arbosii quod habet Boulet, nomine suo privato vendat illud si vult, quoniam villa illo pro nunc non indiget et speratur adventus presulis nostri post vindemias.

De bonis barbitonsorum, custodiantur et expediantur ut preceperit r. d. officialis.

De hospitali pestilenciali et priore, reddat computos prior et illos apportet in hac Domo.

De n. Bucloz, si vult effici burgensis, admictatur mediantibus decem scutis auri cigni regis ad solem.

*Mercuri sexta augusti.* — Orsieres, H. Fabri, G. Megex, Frojon; — Fonte, Navis, Leta, Magistri, Monte.

(*Desinerius A. Tornerii.*) — Admictitur in desinerium porte Castri Amedeus Tornerii, qui juravit.

(*Designerus Jo. Vudon, patisserius.*) — Johannes Vudon, patisserius, admictitur et deputatur designerius porte Sancti Christofori.

*Mercuri vij augusti.* — Orsieres, Fabri, Megex, Frojonis; — Danel, Curt, de Ponte, de Rippa, Joly, Leamon, Fernex junior, Nergua, Fonte, Navis, Leta, Magistri, Rosseti, de Monte.

(*Designerus P. Navillioz.*) — Admictitur P. Navillioz in designerium Sancti Leodegarii.

Exposuit nobilis Petrus de Orseriis, consindicus, sicuti hodie nobilis de Herlac fecit sibi querimoniam contra filium quondam hospitis Capitis Nigri et nonnullos alios ejus sequaces, dicendo quod hodie ipsi hospes Cappitis Nigri et sui sequaces sibi plura verba injuriosa dixerunt, appellando eum inter cetera *gentilliatre*, et quod eum sua persona malectrabunt. Aliunde quidam alius nobilis, qui communiter dicitur Le Pyn, emisit querimoniam contra Andream Manget, vigillum, dicendo quod idem Manget multociens eum dementitus fuit et plura verba injuriosa in eum protulit; unde ut tales inimicicie sedandatur<sup>1</sup>, peccit dari oppiniones de modo agendo; aliunde exposuit quemadmodum nocte preterita fuerunt nonnulli qui hora noturna secum ducebant unum timpanatorem et unum fifer modo theotónico et inter cetera decantaverunt unum carmen contra regem Francie et suorum<sup>2</sup> confederatos. Super quibus requisit ut in omnibus advideatur. — (*Conclusio.*) — Fuit quantum concernit Herlac [conclusum quod sindici] faciant sumi informaciones et, sumptis, vadant ad r. d. vicarium sive officiarios aut vicedompnum et requirant ut ministretur justicia. De Pyn et vigille, dicatur ipsi Pyn quod si vult manere in hac civitate, vivat sub obediencia principis nostri et suorum officiariorum; alioquin non toll[er]abitur fieri per eum rumores, et si pretendat vigillum eum injuriasse, faciat apparere per informaciones et ministrabitur justicia. Et eciam de carmine et omnibus, vadant ad r. d. vicarium et supplicent ut faciat per secretarium fiscalem informaciones sumi.

<sup>1</sup> *Lisez*: sedentur.

<sup>2</sup> *Lisez*: suos.

(93) *Veneris octava augusti.* — Orsieres, Fabri, Megex, Frojon; — Danel, Curt, de Ponte, de Rippa, Leamon, Nerguaz, Navis, Leta, Magistri, Rosseti.

Videant computos Nergua, Danel et de Rippa, quibus committitur.

De adventu domini et illius preparacione, committitur Guilliermo Curt quod secum vocet expertos qui sibi videbuntur petendi pro illum dictando et orando.

(*Designarius G. Tornerii.*) — Admittitur et deputatur in desinerium Rutisserie et Turris Budelli Glaudius Tornerii, mercerius.

In Repararia superiori, petitur<sup>1</sup> de Rippa et inde admittatur in designerium Riparie superioris.

(*Burgensis.*) — Humbertus filius Jacobi Clemensii, epinguerius, de Sancto Germano Jurensi, nunc parrochie Sancti Gervasii, admittitur in burgensem mediantibus viij ff.

(*Burgensis.*) — Glaudius Gineti, de Salis, mandamenti Rumilliaci in Albanesio, tissuterius sive textor, filius quondam P. Gineti, nunc parrochie Magdalenes, admittitur in burgensem mediantibus viij ff.

(*Burgensis.*) — Martinus Rigot, patisserius, nunc parrochie Sancti Victoris, filius quondam Mermeti Rigot, de Sancto Mauricio supra Bellam Rippam, admittitur in burgensem mediantibus viij ff.

*Martis xij augusti.* — Orsieres, Fabri, Megex, Frojon; — Danel, Curt, de Rippa, Berterat, de Monte, Rosseti, Lestelley, Nergua, Navis, Leta, Magistri, Migerandi.

(*Burgensis.*) — Anthonius Lyesset, marescallus, parrochie Sancti Victoris Gebenn., filius quondam Petri Lyesset, de Coudry prope Vieu, admittitur in burgensem mediantibus viij ff.

Querimoniam emisit Anthonius Millanesii, apothecarius Gebenn., associatus sex ex vicinis suis, quemadmodum est quidam cussor auri qui tenet unam concubinam, unam mulierem conjugatam, in eorum carreria. Aliunde in domo dicti Charavex est quedam mulier conjugata et ibidem ducunt vitam sceleratam, eciam in domo Johannis de Bellicio, sic quod hora nocturna vicini non sunt audaces suas exire domos, metuentes tam lapidibus quam alias per frequentantes tales meretrices male tractari; unde supplicarunt illas expelli. Requiritur domini justicie et officarii ut expellantur.

De confratria hospitalis pestilencialis et sallariis ambassiatorum qui iverunt Chamberiacum, fuit rotulus lectus et solvantur pro Magistri ad rationem cujuslibet diei sex solidi, cum salario equorum, et pro servitori, tres.

De pueris enutritis per hospitallerium Magdalenes suis sumptibus, ut exposuit Berterat, quia non sunt peccunie, tradat thesaurarius modum

<sup>1</sup> Le prénom est resté en blanc.

pro illis enutriendis, et advideatur de illos enutriendo et de satisfaciendo illi mulieri qui illos vij menses educavit.

(94) De dono fiendo reverendissimo domino nostro episcopo, videantur registra donorum factorum predecessoribus dominis antistitibus et fiat ad equipolenciam, et ad Jovis.

De leprosa, ad Jovis.

(*Visitatores macellorum: Jo. Vallet, P. Gervasii.*) — De macellariis, admittuntur visitatores bocheriarum P. Gervasii et Jo. Vallet et augeatur sallarium eorum ut fuerit advisatum.

De desineriis, ad Jovis.

De auditoribus computorum, moneantur ad signandum.

#### Lictera testimonialis.

Anno Domini millesimo quingentesimo vigesimo secundo, indicione decima cum eodem anno sumpta et die Martis duodecima mensis augusti, existentibus in aula Domus communis civitatis Gebenn., in consilio ordinario et pro eo celebrando, nobilibus Petro de Orseriis, Hugonino Fabri, Guilliermo Megex et Jacobo Frojonis, sindicis dicte civitatis et communitatis, cum subnominatis consillariis et testibus, ac commendabili Johanne Ludovico Ramelli, cive et mercatore Gebenn., ad infra scripta in eodem consilio petito et vocato. Prefatus vero nobilis Petrus de Orseriis, sindicario nomine premissis, suo et dictorum nobilium consindicorum nominibus, eciam pro utilitate rei publice, prefato commendabili Johanne Ludovico Ramelli, presenti et audienti, dixit et proposuit sicuti in consilio generali celebrato in claustro ecclesie cathedralis, more solito, et ibidem congregato pro creatione sindicorum et agibilibus dicte civitatis, inter cetera, fuit ipse commendabilis Johannes Ludovicus Ramelli electus unus ex auditoribus computorum dicte communitatis, tunc reddendorum per nobilem Bernardum Boulet, thesaurarium et receptorem dicte communitatis, de receptis per eum et libratis de anno Domini millesimo quingentesimo vigesimo primo; et iterum, continuata et approbata eadem electio per consilium quinquagenarium inde celebratum in hac aula, et quam electionem acceptavit et approbavit ipse commendabilis Johannes Ludovicus Ramelli; et pro quorum visitacione fiat ipse nobilis Johannes Ludovicus ut in illis interesset cum ceteris auditoribus secum electis vocatus, in quorum visitacione interfuit aliquibus vicibus et aliquibus non, tam propter ejus absenciam quam excusaciones per eum emissas, et neominus ceteri auditores ad id sollicitati ipsos computos visitaverunt et calculaverunt et in illis concluderunt, excepta illorum signatura quam ceteri auditores in eisdem apponere differunt nisi illos signet illis visitatis per eum, aut habita conferencia cum ipsis auditoribus secum electis. Unde prefatus nobilis Petrus de Orseriis, sindicario nomine premissis, requisivit eundem n. Johannem Ludovicum Ramelli,

postquam in generali consilio et eciam in quinquagenario fuit electus et electionem approbavit, dictos computos visitet et cum ceteris auditoribus conferat; et si que sint addenda vel detrahenda, interveniente unanimi consensu aliorum auditorum, addat vel detrahat et inde illos cum ceteris auditoribus signet et subscribat, ne ipsi nobiles sindici videantur per inerciam conscii et culpabiles dilationis signature ipsorum computorum et respublica in aliquo gravata dici non posset. Quiquidem commendabilis Johannes Ludovicus, auditis premissis, dixit et respondit quod illos computos et gesta in illis per dominos conauditores quantum eum concernebat ratos et gratos habebat, et tamen quod illos non signaret nec eos visitaret quoniam de proximo eum oportebat ire Lugdunum ad nundinas et, eo remeato, iterum eum oportebat tenere in hac civitate nundinas et, tentis, suas facere vindemias, et sic non posse vacare in visitacione ipsorum computorum prout nec vacabit nec unquam illos signabit. Quibus responsis sic per eundem Ramelli emissis, prefatus nobilis Petrus de Orseriis contra eundem nobilem Johannem Ludovicum protestatus fuit quod per eos non stat quominus dicti computi claudantur et signentur; eciam de dampnis et interesse dicte communitatis, pretextu contradicionis per eundem Johannem Ludovicum facte, loco et tempore contra eum prosequendis et declarandis. De quibus premissis, prefatus nobilis Petrus de Orseriis, sindicario nominibus premissis, a me notario et civitatis et dicte communitatis secretario instrumentum et licteram testimonialiam sibi et quorum intererit fieri postulavit, quod et (95) quam ex meo tabellionatus officio duxi concedenda et concessi. Datum et actum in dicta aula, presentibus ibidem nobilibus, egregiis ac honorabilibus Guilliermo Danelli, Guilliermo Curt, Girardino de Rippa, Petro Berterat, Bernardo de Monte, Anthonio Rosseti, Ludovico de Lestelley, Michaele Nergua, Petro Navis, Petro de Leta, Petro Magistri et Johanne Migerandi, consilliaris dicte civitatis, testibus ad premissa vocatis et rogatis<sup>1</sup>.

Biolesii, n.

*Jovis xiiii augusti*, loco Veneris propter sollemnitatem Assumpcionis beate Marie Virginis. — Orsieres, H. Fabri, Megex, Frojon; — Danel, Baudi, Curt, de Rippa, Joly, Migerandi, Lestelley, Nergua, Fonte, Navis, Leta, Magistri, Rosseti, de Monte.

(*Mandatum.*) — Fiat mandatum Nergua de L uno ff. et tribus solidis sibi debitis ex reddicione computorum suorum confratrie hospitalis pestilencialis.

(*Fuit admissus procurator Nergua.*) — Idem Nergua fuit rogatus ut adhuc velit exercere officium, qui fuit contentus acceptare.

<sup>1</sup> Les comptes de l'année 1521 ne furent arrêtés et signés par les auditeurs, y compris J.-L. Ramel, que le 30 novembre 1522 (*Finances M*, n° 18, année 1521, fol. 70).

(*De Plonjon et vino suo.*) — Ludovicus Plonjon proposuit quod dum in hac esset accies ducalis civitate, obviando scandella plurium armigerorum et nobilium qui se jactabant de frangendo citurnos, apperuit citurnum suum et eis tradidit<sup>1</sup> vini albi, et, auditis cridis et infra tempus illarum, dedit parcellam suam in manibus commendabilis Michaelis Nergua. Cum vul[t] stare juramento suo aut paratum se offert sic jurare, fuit conclusum quod veniat et juret sacro canone et face ascensa et, jurato, solvatur illud vinum aut intretur super gabella.

De adventu et dono fiendo, remittitur consilio quinquagenario.

De auditoribus computorum, exequatur monicio.

De jurisdictione, exequantur lictere et imprimantur.

De consilio quinquagenario, petatur dum opportunitas erit.

(*De artillieria.*) — Faciat Fonte reparaciones et mundaciones artillieriarum.

*Veneris xv augusti, hora quarta post meridiem.* — Orsieres, Fabri, Megex, Frojon; — Cartellier, Danel, Balli, Fornerat, de Rippa, Fernex junior, Nergua, Leta, Magistri, Migerandi.

Fuit apportata una lictera missiva mandata per reverendissimum dominum nostrum episcopum et principem, concernens licteras salviconductus ducalis, que lecta fuit et sic conclusum quod petantur qui alias petiti ad cras hora prima post meridiem.

(96) *Sabacti xvj augusti.* — Orsieres, Megex, Frojon; — Curt, de Rippa, Fornerat, Leta, Magistri, Jo. de Pileo Rubeo, Michael Guilliet, Ludovicus Curteti, Thomas Monachi, Jo. Lullini, Ny. de Villario, P. Poterel, Reymondus de Ponte, Franciscus Suchardi, Nergua, Navis, Fernex junior, de Monte, Jo. Testuti, P. Fabri, P. Taccon, Nantermetus Tissocci, Plonjon, Nycodus Gentilis, Robertus Fore, Johannes Regis, P. Grassier, Illarius Richardet.

De jurisdictione, intimentur lictere antequam vadatur ad reverendissimum dominum nostrum episcopum.

De lictera salvi conductus, vadat thesaurarius, qui tamen fecit excusacionem veram, et cum eo Monachi Thomas.

De procuratore Animarum et omnibus, petatur consilium ad Lune quinquagenarium et assuetum.

(*Comes de Venturis.*) — Exposuit nobilis Comes de Venturis, banquierius<sup>2</sup>,

<sup>1</sup> Blanc d'environ deux mots.

<sup>2</sup> Par acte du 21 juillet 1522 (Hilaire Richardet, notaire, vol. II, n° 632), le trésorier Pierre Gay et d'autres officiers de l'évêque Pierre de La Baume souscrivent une obligation en faveur de noble Venture de Venturis et de ses associés, marchands demeurant à Lyon, qui s'étaient engagés à fournir, en vue du paiement à faire en cour de Rome pour l'expédition des bulles de l'évêché de Genève et de l'abbaye de N.-D. de Pignerol, la somme de 3690 écus d'or soleil, dont 690 pour le port et le change. Venture de Venturis et ses associés sont représentés au

sicuti die herina quindecima hujus, in laudem et honorem sollempnis festi Assumptionis beate Marie Virginis, insequendo morem solitum sue patrie, in hac civitate et loco et platea Domine Nostre pontis Rodani, fecit fieri ignem gaudii et prope unum fantasma qui proiciebat fusatas, non tamen intendendo aliquem ledere nec minus vituperare. Tamen nonnulli hujus civitatis habitatores sive cives et burgenses suis propriis auctoritatibus ipsum ignem et artificia, in quibus erant nemora comburenda, disruerunt crimenque sibi imposuerunt quod talis fantasma erat in despectu dominorum Theotonicorum Berne et Friburgi et quod idem fantasma comburi facere volebat in contemptum ipsorum, quod profecto asseruit veritate carere et maluisset et mallet perdidisse centum scuta auri, ut suo firmavit juramento, quam talem injuriam pati, nec unquam premissa fuerunt in mente sua concepta nec etiam aliquid in hac civitate facere quod esset contra auctoritatem reverendissimi domini nostri Gebenn. episcopi et principis, cujus est bonus servitor et talem se gerit. Et si quis contra eum velit criminaliter vel civiliter agere, paratus est tenere et intrare carcerem et in justicia respondere. Unde peccit tales premissorum verborum seminarios etiam invasores cast[ig]ari et informaciones sumi. Fuit conclusum quod domini sindici vadant ad r. d. vicarium ut faciat sumi informaciones et inde justiciam eidem n. Comiti ministrari.

Admodiatio medietatis ponderis bladi pertinentis communitati civitatis Gebenn.

|| Anno Domini millesimo quingentesimo vigesimo secundo, indicione decima cum eodem anno sumpta et die Sabacti sexdecima mensis augusti, in mis notarii etc., personaliter constituti nobiles Petrus de Orseriis, Guilielmus Megex et Jacobus Frojon, consindici hujus civitatis, ex una parte, et Johannes Tacconis bo[r]serius, parrochie Sanctie Grvasii, ex altera, partibus, prefati vero nobiles sindici, sindicario nomine premissis, admodiant et titulo admodiacionis dant, tradunt et concedunt dicto Tacconis, ibidem presenti et stipulanti, videlicet terciam partem<sup>1</sup> ponderis bladi pertinentem civitati nunc eidem Tacconis expeditam ad extinctum et consumacionem candelle ceree in claustro ecclesie cathedralis Gebenn., prius factis proclamacionibus per preconem per carraphos hujus civitatis et inde in hoc claustro, more solito, et hoc spacio et per tempus unius anni integri, die crastina incipiendi et simili die finiendi, et hoc precio et nomine precii quatuor viginti florenorum auri pp., quolibet floreno valente duodecim solidos monnete cursalis, per eundem Tacconis in manibus thesaurarii communitatis Gebenn. pro

dit acte par Comes de Venturis, marchand et banquier de Siene, résidant à Genève, qui sera reçu bourgeois le 20 février 1523, moyennant 12 écus. Par un second acte du même jour (*ibidem*, n° 917), Marc de La Baume, comte de Montrevel, relève et garantit les officiers de l'évêque [son frère].

<sup>1</sup> *Lisez*: medietatem.

tempore existentis, terminis solitis, more denariorum fiscalium et rei judicate, et suos [solvendorum]. Promictentes dicte partes etc., per juramenta sua etc., dictusque Taccon ydonee cavere hinc ad octo dies de bene solvendo. Submictentes se etc. Renunciantes etc. Actum in dicto claustro, presentibus ibidem nobilibus Girardino de Rippa, Petro Navis, Bernardo de Monte, Humberto Trenchent et Mariglerii, testibus etc.

Biolesii n.

(97) *Lune xviii augusti*. — Orsieres, Megex, Frojon; — Danel, Nerga, Navis, de Monte, Curt, Berterat, de Rippa, Balli, A. Millanesii, Jo. de Poste, P. Grassier, P. Fabri, Franciscus Suchardi, G. Chabodi, Andreas Girardi, Ste. Peccollat, F. de Fosses, Rolandus Chapuisii, Monetis Mistralis, Jacobus Collombi, Gladius Bessonnet, Cerguat, Bernardus Beguini, Michael Girbelli, hospes Capitis Nigri, Michael de La Doey, Jo. de Pileo Rubeo, Guilielmus Pensabini, Le Pellouz hospes, P. Villiet, Jo. Nycodi, Jo. Ballardii, Peronetus Joly, Jo. Mercerii, G. Ginodi, Ja. de Cresto, Bolardi pictor, G. Perrini, Jo. Panissodi, A. Reynaudi, Jo. Gandodi, P. Tacconis, Franciscus Chamoys, Jo. de Fontana, Nycodus Martini, P. Recland, P. Jaquier, Christinus Tombet.

De jurisdictione, exequantur lictere Ruppis, Gay, Boneville et Bone.

De salvo conductu et eligendo pro mictendo apud illu. d. ducem et illu. et reverendissimum dominum nostrum episcopum, eligitur Magistri qui vadat exequutis licteris cum uno servitore et nichil exbursetur apud aliquos, lictera missiva non obstante, preter scripturam et sigillum, nec fiant aliqua alia dona.

(*De procuratore Animarum.*) — De procuratore Animarum, eligitur Benedictus Ginodi et requiratur d. vicarius ut illum compellat; et ex nunc privatur burgensia<sup>1</sup>.

De dono, fiat ut precedenti reverendissimo presuli.

De Guiliermo Curt, remictitur consilio ordinario et inde quod advisatum et conclusum fuerit monstretur et communicetur consilio quinquagenario.

De domino Lustriaci, non alienetur commune.

De leyda caseorum, vadant d. sindici ad r. dominum vicarium cui exponantur extorsiones facte per exigentes; ut non excedatur antiquus ordo, illi supplicetur.

*Martis xix augusti*. — Orsieres, Megex, Frojon; — Danel, Curt, de Rippa, Magistri, Rosseti, Lestelley, Nergua, Fonte, Navis, de Monte.

(*Caucio.*) — Cum Johannes Taccon, borserius, admodiavit terciam partem<sup>2</sup> ponderis bladi pertinentem civitati, precio<sup>3</sup> unius anni die xvij hujus

<sup>1</sup> Cette dernière phrase a été ajoutée après coup.

<sup>2</sup> *Lisez*: medietatem.

<sup>3</sup> *Lisez*: spacio.

incohati et simili die finiendi, precio iij<sup>xxii</sup> ff., et cavere promiserit, hinc est constitutus idem Johannes, de novo promittit etc., et cavet per Johannem Levet, Johannem Viougier et Vyennesii (?), Petrum Taccon et Petrum Mutillio, qui promiserunt in forma et renunciaverunt in forma juri dicenti principalem prius fore etc., cedendi etc.

Fuit preceptum thesaurario quod ministret sumptibus civitatis expensas oris conductoribus adventus reverendissimi domini nostri.

Vadat Bernardus de Monte associatus duobus testibus et ducat unum servientem apud Ruppem, Bonam Villam, Bonam et Gayum, ad intimandum licteras, scilicet in Ruppe presidi Annessiaci, judici Foucigniacy, castellanis aliorum locorum.

(*Custos vinearum.*) — Johannes filius Aymonis de Champello fuit deputatus custos vinearum de Cota Ro, sub stipendiis assuetis, qui promisit in forma et cavet per ejus dictum patrem.

Commendabilis Ludovicus Plonjon narrat quod ultra ejus velle fuit cohactus, seu ejus servitores, tra[di]disse armigeris ducalibus vinum album Subtus Mons, et quod ejus parcellam tradidit commendabili Michaeli Nergaz ante fluxum terminum cridarum, et hoc super sacris Dei evangelii; paulopost venit Franciscus Cans, servitor dicti Plonjon, qui juravit tra[di]disse ipsis armigeris, cohactus, vinum album ad sommam decem ff. et octo gr.

(98) Fuerunt apportati certi pan(i)es dicti Bavouz, patisserii, qui fuerunt ponderati, videlicet: unus panis sex denariorum qui pondera(n)t dumtaxat xxiiij uncias et debet ponderare xl; item unus panis quarti qui non ponderat nisi xij uncias et debet ponderare xx<sup>ti</sup> uncias.

Item fuit ponderatus unus panis Ludovici, morantis ante putheum Sancti Leodegarii, sex d., qui equidem non ponderavit nisi xxiiij uncias; et panis quarti, duodecim.

Item unus panis Jacobi Ricoz, qui non ponderavit nisi duodecim uncias.

Item panis vj denariorum Guilliemi Laurencii, qui non fuit repertus ponderare nisi xxiiij uncias; et panis quarti, xiiij.

Item unus panis Jo. Perrothon sex denariorum repertus ponderasse xxvij uncias.

Item panis Roleti Bovis, repertus ponderare panis sex denariorum (ponderare) xxvij uncias, salvo pluri, et panis sex denariorum Petri Reclam xxxvj uncias.

De pondere bladi monachorum Sancti Victoris, vadant domini syndici et alloquantur illum ne perdantur jura domini sed antiquus ordo sive antiqua consuetudo servetur.

De patisseriis, injungatur ut faciant panem rationabilem secundum occurrence precii, alioquin privabuntur.

De detento, liberetur impugne.

De bonis relicte barbitonsoris deffuncti, vadant domini syndici ad de Planis et dominum vicarium et instetur illi restitui bona sua que habent.

De Plonjon, intrentur illi actento juramento videlicet<sup>1</sup>...

*Martis, viij hora post meridiem.* — Orsieres, Frojon; — Cartellier, Danel, Curt, de Rippa, Magistri, Fernex junior, Nergua, Navis, Leta, Rosseti.

(*Fama armigerorum huc debere venire.*) — Exposuit nobilis Petrus de Orseriis sicuti, paulo ante cenam, fuit mandatus parte r. domini vicarii, qui obediendo venit, et qui dominus vicarius sibi dixit intellexisse ab uno homine famato et amico suo quod prope civitatem erat magna multitudo armigerorum predonum qui proposuerant forragiare civitatem, et ipse animadversus si aliqua bona mobilia extimata haberet, illa adhuc hodie extraheret quoniam cras mane ante diem sunt hic accessuri, et ea causa congregari faceret consilium et in hoc haberetur bonum consilium et fierent bone excubie. Fuit conclusum quod domini syndici faciant apportari in hac Domo civitatis claves portarum et tendere cathenas portarum, et inde illas visitarent et alloquerentur desinerios ut facerent bonas excubias et peterent desinerios et esse prompti si peterentur, quod sic inde factum fuit. Et inde iverunt ad ipsum dominum vicarium, facta visitatione et adimpletis oneribus suis, ad reverendum dominum vicarium, pro habendo magno cimballo quatenus esset expediens, que sic precepit, et mandavit matriculario cum n. sindicis presbiterum suum, cui matriculario fuit preceptum de quo supra.

*Mercuri xx(iij) mensis augusti, post meridiem.* — Orsieres, Frojon.

(*Testimoniales.*) — Hodie nobiles syndici steterunt una hora expectando consules quos fecerant petere, sed non comparuerunt aliqui, demptis Fonte, Joly et Navis, et sic protestati fuerunt quod non possit impugnari si aliquod ipsorum deffectu oriretur scandallum, et pecierunt a me testimoniales.

(99) *Veneris xxij augusti.* — Orsieres, Megex, Frojon; — Cartellier, Danel, Curt, Joly, Fornerat, Migerandi, Lestelley, Nergua, Fonte, Navis, Leta, Monte.

(*Burgensis.*) — Marquetus Perenet, emballator, parrochie Sancti Gervasii Gebenn., filius quondam Johannis Perenet, parrochie Megeve, admittitur in burgensem mediantibus octo ff.

Precipitur Fonte quod faciat fieri archellas pro muniendo quamlibet peciam artillierie suis necessariis.

(*Venit Monte.*) — Venit Monte a locis ad que destinatus et retulit gesta, que rediget scripto mandanda reverendissimo domino nostro episcopo.

Exposuit n. P. de Orseriis quemadmodum, facta electione de Magistri ad eundem apud illu. dominum ducem et dominum ducem<sup>2</sup>, eo quod Fonte

<sup>1</sup> Phrase inachevée.

<sup>2</sup> Lisez: episcopum.

infirmabatur, et convaluit, vadat Fonte cum uno servitore actenta excusatione Magistri.

Exposuit ipse nobilis Orseries ivisse cum suo sodali ad r. d. dominum vicarium et peciisse nomen illius qui mandaverat licteram. Qui respondit quod fuerat mandata per canonicum Clareti, ad quem replicavit idem Orseries intellexisse a pluribus quod ipse r. dominus vicarius talia verba reperisse eo quod metuebat Foucignerios, eo quod apposuerat quoddam dominicale interdictum in certis parrochiis; qui ita fuisse negavit.

De reverendissimo domino Gebenn., ad Martis.

De sodalibus missis super lacum Martis nocte, solvantur que expenderunt.

De ordine designeriorum, petantur rebelles et inhobedientes ad Martis.

De computis, ad Martis.

De dono preparando, fiat diligencia reperiendi argentum cineratum sive billionum.

De arreragiis, viso computo thesaurarii, videbitur quid erit fiendum.

*Martis vicesima sexta augusti.* — Orseries, H. Fabri, Megex, Frojon; — Cartellier, Cornaz, Bovier, Curt, de Rippa, de Ponte, Fornerat, Lestelley, Nergua, de Fonte, Migerandi, Leta, de Monte, Magistri.

(*Mandatum.*) — Lyonardus de Ponte, qui iverat ad reverendissimum dominum nostrum pro nonnullis agibilibus sui soceri, apportavit unam licteram missivam que portabat credenciam et faciebat de salvo conductu ducali et quod, illa visa, eligerentur duo et festinanter, saltem unus, destinarentur ad illustrissimum dominum ducem. Et fuit interrogatus per syndicum de Orseriis quantum bene oporteret dare pro illo habendo illis qui serviverant illius concessionem. Qui dixit quod intellexerat a prefato reverendissimo domino episcopo quod pro omnibus oportebat viginti quinque scutos solis pro faciendo dona, solum de rebus exsculentaribus. Fuit dictum Fonte quod se prepararet et preceptum thesaurario quod expediret eidem Fonte, tam pro expensis quam donis, scutos quadraginta solis et fieret mandatum thesaurario de expediendo.

(*Visitor cathenarum.*) — De cathenis hujus civitatis, deputatur illarum visitor Guilliermus Curt.

Fiat mandatum Boulet, super duobus rotulis, octo solidorum vini venditi. — (*Mandatum habet.*)

(100) (*Visitor artillierie.*) — De artillieria, faciat preparacionem Fonte et, in ejus ausencia, Magistri vel Migerandi.

De arreragiis, conclusis et signatis computis, deputabitur exactor ipsorum arreragiorum.

De ambassiatore Fonte, preparet se et cras arripiat iter et tradantur illi per thesaurarium quadraginta scuti solis pro quibus fiat mandatum. — (*Mandatum habet.*)

Fiat mandatum Biolesii de xxix solidis, pro penis extraordinariis libri destinati copiis licterarum jurisdictionis, testimonialis, et duplo certarum cridarum<sup>1</sup>. — (*Mandatum habet.*)

Fiat mandatum Corna de centum florenis de hiis que sibi debentur ad causam hospitalis pestilencialis. — (*Mandatum habet.*)

*Veneris xxix augusti.* — Orseries, Megex, Frojon; — Cartellier, Danel, Bovier, Curt, de Rippa, Lestelley, Nergua, Navis, Magistri, Rosseti, Migerandi, de Monte.

(*Prohibitio.*) — Quia Cerguat querimoniam fecit contra Mathellinum, olim vigillum, et dixit quod idem Matellinus jactat se de eum verberando hora nocturna exeundo vel intrando ejus domum; quiquidem Matellinus negavit premissa fore vera et dixit proposita veritate carere, quoniam veretur manum apponere in tam senem; prohibetur sibi ne eum ne[c] ejus domesticos et familiam offendat.

(*Desinerii adjunctio.*) — Adjungitur Gaudio Tornerii, designerio (et) Fusterie, Stephanus de Cimisterio, filia(les)ter magistri Jo. Boverii, qui juravit in forma.

(*Desinerius.*) — Fuit traditus Yllario Richardet rotulus sue desinerie. Jo. Cergat habet rotulum sue desinerie sibi nunc traditum. Jacobus Servelli, desinerius Ripparie superioris, similiter habet. Jacobus Gerdil, desinerius Magdalenes, similiter habet suum rotulum nunc sibi traditum.

Stephanus Arnaudi similiter habet rotulum sue desinerie. Georgius Pactory habet rotulum Pessonerie.

Jo. de Pileo Rubeo habet rotulum desinerie carrerie Alemanorum.

Petrus Villiet habet rotulum sue desinerie Pelliparie.

Jo. de Nemoribus habet rotulum desinerie sue Domus ville.

Amedeus Tornerii habet rotulum suum porte Castri, sue desinerie.

Besansonus Hugoz habet rotulum desinerie Alarum carrerie.

Jo. Vudon habet rotulum desinerie sue Sancti Christofori carrerie.

Jo. Mercerii habet rotulum suum carrerie et desinerie Perroni.

Amedeus Reynaudi habet rotulum desinerie sue pontis Rodani.

Petrus Navillioz habet rotulum suum porte Sancti Leodegarii.

Stephanus Curt habet rotulum sue desinerie Corraterie.

Petrus Chatelli habet rotulum sue desinerie Sancti Gervasii et Constancie.

Amedeus Chivilliardi habet rotulum suum burgi Sancti Victoris.

Pernetus Joly habet rotulum suum decimarie carrerie Sancti Gervasii.

Johannes Chevellu habet rotulum decimarie carrerie Villenove.

(101)<sup>2</sup> Fuerunt tradite claves porte Constancie Anthonio Rosseti donec per eum reperto custode ydoneo illarum.

<sup>1</sup> Voir ci-dessus, p. 48 n. 3, et P. H., n° 922.

<sup>2</sup> La moitié supérieure du folio 101 r° est en blanc.

Fuit lectus rotulus libratarum per n. Bernardum Boulet et preceptum fieri mandatum de intretis. — (*Mandatum habet.*)

Super bonis Alexandri, capiantur novem solidi quos expenderunt vigile[s] in querendo eum.

(*De patisseries.*) — Venerunt patisseries, in numero duodecim salvo pluri, qui dixerunt se non posse sine eorum magno incommodo facere panem ad pondus descriptum in duabus tabullis, eo quia blada nondum sunt disposito vulgo resys et eciam ad causam caristie nemorum; unde pecierunt super premissis advertanciam haberi. Fuit conclusum quod ipsi deputent duos patisseries probos et civitas duos et fiat temptacio bladorum, junctis honorabilibus Michaeli Nergua et Guiliermo Danelli, et hoc fiat quam cicius fieri poterit.

(*De adventu d. episcopi.*) — De adventu reverendissimi presulis et principis nostri, faciant electionem eo modo quo lectum fuit ultimate scriptum et ordinatum per nobilem Boulet; et mandatur apud illum una bona lictera missiva in qua narrentur retro gesta quoad perturbatores sue jurisdictionis, qua requiratur ut bonum det ordinem ac ab ymo pectore illam in veram habeat recordacionem.

(*Custos vinearum Quoquine.*) — Aymo Jolivet admittitur isto anno custos vinearum Quoquine, qui juravit in forma.

(*Martis secunda septembris.*) — Orsieres, Fabri, Megex, Frojon; — Monthion, Cartellier, Curt, de Rippa, Lestelley, Aquenea, Nergua, Navis, Leta, Magistri, Migerandi, Rosseti.

Tradat thesaurarius dicto Gallion, aurifabro, qui reparavit baculos sindicatus, sex solidos pro ejus pena.

Venerunt reges bendarum archeriorum et collovinarum petiti cum nonnullis ex sociis. Fuit eis dictum quod se preparent pro eundo ad obviam illu. et reverendissimo domino nostro honoracius ut fieri poterit.

De chervareriis, ad Veneris.

De lictera per illu. dominum ducem missa, qua mandat ut xij septembris intersint duo ex civitate in loco Musterii, in quo tenebuntur Status<sup>1</sup>, fuit resolutum quod non mictatur et (102) de hujusmodi negotio allocantur domini syndici r. dominum vicarium et refferant illius responsum Veneris.

*Veneris quinta septembris.* — Orsieres, Megex, Frojon; — Danel, Baudi, Curt, de Rippa, Lestelley, Navis, Leta, Magistri, Rosseti.

<sup>1</sup> Voir la requête du 15 septembre 1522, adressée au duc de Savoie par les Trois États du pays deçà les monts tenus à Moutiers en Tarentaise, au sujet des abus qui se commettent dans l'exercice de la justice (P. H., n° 935). Cette requête et les lettres accordées en réponse, par le duc, le 16 septembre, ont été publiées d'après un écrit de l'époque par J. Vuy: *Les États généraux de Savoie de l'an 1522*, dans *Mémoires de l'Institut national genevois*, t. XIII. Voir *Historiæ patriæ monumenta*, t. XIV, Comitiorum I, col. 767-775.

(*De ambassiatore Fonte.*) — Venit Petrus Gervasii a loco Chamberiaci missus per Anthonium de Fonte, ambassiatorem destinatum apud illu. d. ducem Sabaudie pro salvo conductu habendo, et apportavit missivam transmissam per eundem Fonte<sup>1</sup>, que inde lecta fuit, que faciebat mencionem de uno salvo conductu quem n. Lambert, preses camere, asserebat pridem fuisse concessum eidem communitati per prefatum illu. d. ducem, qui nequaquam repertus fuit quoniam nullus concessus fuit per eum, sed dumtaxat per consilium ducale fuit factum unum transsumptum de salvo conductu dominorum Ligarum<sup>2</sup>. Fuit conclusum quod rescribatur Fonte quod illico facta relacione per eum de dicto salvo conductu, si nolit dare prefatus illustrissimus dominus dux, sive domini de camera, reveniat accepto congenio, nec expectet remissionem, nec vadat ad Status.

Solvat thesaurarius Biolesii, pro extraordinariis desineriarum per rotulos per eum de precepto dominorum sindicorum factis, tradendos petere debentibus peccunias per singulas desinerias, ut possit satisfieri dominis Alamanie et aboleatur gabella carniū, triginta solidos et fiat mandatum. — (*Mandatum habet.*)

*Martis nona septembris.* — Orsieres, Megex, Frojon; — Danel, Navis, Magistri, Migerandi.

Fuerunt deputati et electi collectores peccuniarum petendarum in singulis desineriis pro satisfaciendo de debitis in Alemania.

Deputati pro petendis peccuniis: Guiliermus Curt, Girardinus de Rippa, Anthonius Rosseti, Bernardinus de Monte, Jo. Migerandi et socius dicti Rosseti.

Venit Humbertus Bernardi qui proposuit quemadmodum pridem, contemplacione confratrum confratrie Eucaristie Christi, fuit contentus facere compromissum et se compromictere in nonnullos arbitros in illo nominatos super differentiis quas habet contra Johannem Daricort, quodquidem compromissum expiravit nec curaverunt arbitri pronunciare, et ne tempora sibi incurrant fatalia et instancia sua (non) pereat, dixit quod intendit reasumere de novo eandem causam et censuras pretendit exequi et apponere seu apponi facere in hac civitate, quod egre ferre dicit, tamen nil habet aliud facere quam brachium invocare seculare; que ibidem pro advisamento communicavit, ne in futurum sibi impropereetur ad talia processisse nullo per eum facto advisamento.

Venerunt Guiliermus Nepotis, Hector de Rages, associati pluribus trium bendarum in numero quatuordecim, et organo dicti Guilielmi exposuerunt se disponere proposuisse honestiori modo quo fieri poterit pro faciando honorem sibi possibilem illu. et reverendissimo domino nostro

<sup>1</sup> Lettre datée de Chambéry le 2 septembre 1522 (P. H., n° 936).

<sup>2</sup> Voir ci-dessus, p. 180 et n. 2.

(103) episcopo; sed in talibus societatibus et bendis sunt plures socii non bene vestiti quorum facultates non suppetunt ad faciendum divisam prefati reverendissimi domini nostri, et sic, nisi communitas et hec Domus illis subveniat, non poterunt divisam suis sumptibus facere. Eciam proposuit idem Guilielmus intellexisse nonnullos socios custillierios velle habere ad partem unam banderiam, que non est neccessaria, cum misceantur inter alios trium bendarum. Super quibus requisierunt bonam advertanciam haberi. Fuit remissa conclusio fienda ad Veneris.

Deputantur Theveninus Lamberti et Michael de La Doey pro colligendo elemosinam pro (pro) paupere leprosa mediantibus elemosinis in leproseria malladerie Carrogii reddenda.

Prohibetur porterio pontis Rodani ne exinde hora suspecta apperiat portam nuxiam nisi in casu neccessitatis.

Vadat Taccon, firmarius ponderis bladi, et ne cadat in sentenciam excommunicationis, et constituat sumptibus civitatis.

Det thesaurarius dictis Michaeli et Thevenino cuilibet unum solidum.

Queratur adventus factus domino duci et domine Margarite<sup>1</sup>.

*Veneris xij septembris.* — Orseries, Megex; — Danel, Curt, de Rippa, Migerandi, Navis, Magistri, Rosseti, de Monte, Leta.

Fiat mandatum Jo. Ballard. — (*Mandatum habet.*)

(*De computis.*) — De computis n. P. de Orsieres, alloquatur Jo. Ludovicus Ramelli quod visitet computos et assumat quem secum assumere voluerit, et illos signet ne communitas deffectu signature paciatur [injuriam], quam jam patitur ob mortem Martini Porraris qui, causante recusacione per ipsum Ramelli, nec eciam alii signaverunt; et si recusaverit, compellatur et fiant ulteriores lictere ag[gravato]rie.

De detentis, bampniantur perpetue nisi aliud emergatur indicium.

De sisis et clausuris, fiant eciam [cride] in Ponte Areris ne quis depre-detur clausuras, sub pena fustigacionis, et vigilles habeant oculos circa hec.

De tribus bendis que pecierunt fieri donum pro livreria, nichil concluditur donec assistat major numerus.

*Martis xvj septembris.* — Orsieres, H. Fabri, Megex, Frojon; — Danel, Joly, Curt, Bovier, Fornerat, de Rippa, Nergua, Fonte, Navis, Leta, Magistri, Rosseti, Migerandi.

Venit egregius Fonte a sua ambassata missus ad illustrissimum dominum ducem et narravit gesta per eum<sup>2</sup> et inter cetera quod prefatus illustrissimus

<sup>1</sup> Sur l'entrée de Philibert II, duc de Savoie, et de Marguerite d'Autriche, sa femme, le 8 décembre 1501, voir R. C., t. VI, p. 2 et *passim*.

<sup>2</sup> Voir aussi deux lettres de cet envoyé adressées d'Annecy le 8 et le 11 septembre aux syndics de Genève (P. H., n° 936).

eum oneraverat quod infra xvij aut xx primam hujus mandaretur ad eum, in loco Musterii aut ubi adesset, et illi faceret expedire salvum conductum.

Fuit petitus Villiet, ferraterius, qui comparuit et cui fuit dictum et expositum per nobiles syndicos se intellexisse eundem Villiet plus debito sibi approp[r]iasse lapides arcus disrupti in suburbio Sancti Gervasii et ex illis alienasse. Qui Petrus Villiet respondit se non intendere habere aliquos lapides pertinentes supradicte civitati et quod nullos alienavit, et visitentur et, si pertineant civitati, se offert illos tradere et expedire.

(104) Venerunt Amedeus Tornerii et Georgius Patri, qui exposuerunt dudum fuisse factam per custillierios sodales hujus civitatis unam banderiam que est in hac Domo, quam requisierunt sibi tradi quamprimum illu. et reverendissimus dominus noster episcopus in hac civitate veniet et illam intrabit, et se et dictos socios obtulerunt leto vultu meliori modo quo fieri poterit juxta eorum facultates honeste se preparare, et requisierunt sibi dari unum band[eretur] qui portet illam. Fuit remissum ad Martis ad dandum responsum et eligendum portitorem banderie.

Quia Jo. Martini, vigil, est infirmus et bene [servivit] in officio suo vigillum et eciam circa hospitale pestilenciale, dentur illi tres ff.

De aliis tribus bendis, ad Veneris.

De Rossetis, qui pecierunt satisfieri egregio Boulet de una adjunctione facta in eorum causa que vertebatur Chamberiaci contra dominum Langini, apporment processum et habito fiet illis quod civitas facere debet.

An vel ne debeat rescribi domino duci, fuit conclusum quod nichil illi rescribatur et vocetur consilium L ad cras.

*Mercuri xvij septembris.* — (*Consilium L.*) — Orsieres, Fabri, Megex, Frojon; — Danel, Bovier, Navis, de Rippa, Migerandi, Fornerat, Magistri, Rosseti, P. Fernex junior; — Nyco<sup>us</sup> de Cresto, G. Pactri, Michael de La Doey, Jo. Ludovicus Ramelli, Jo. Boysson, Franciscus Testuti, Mermetus de Ulmo, P. Poterelli, Aymo Julliard, Franciscus Suchardi, Andreas Girardi, P. Fabri, Ste. Macheret, Peronetus Migeti, G. Vandelli, Amedeus Gervasii, Ludovicus Plonjon, Amedeus Reynaudi, Nantermetus Tissocci, P. Villiet, Jo. Lullini, Ny. de Villario, Jo. de Pileo Rubeo, P. Grassier, Franciscus de Fosses, Robertus Fore, P. Taccon, Bar. de Crosa, Guilielmus Pensabini, P. Vindret, Anthonius Probi, Jo. Valleti, Oddetus Paqueti.

Expositum fuit per nobilem P. de Orsieres quod, quamvis tam in consilio generali quam ordinario et quinquagenario fuisset pridem electus conauditor computorum hujus communitatis commendabilis Jo. Ludovicus Ramelli et in ipsorum computorum visitacione non continue interfuisset, ipse nobilis Johannes Ludovicus recusavit signare computos, licet vivente provido Martino Porraris, ut ipse Martinus retulerat, idem Jo. Ludovicus debebat

illos signare; quo interim mortem obiit idem Porralis; conauditor, non signatis illis, quos etiam signare recusarunt nisi per omnes signarentur. Prefatus nobilis Petrus dixit quod circa hujusmodi negocium quid agendum foret advideretur, quoniam propter dilationem et tardationem ipsorum computorum non possunt exigi arreragia debita communitati. — Item ulterius exposuit prefatus nobilis P. de Orsieres quod in consilio quinquagenario et ordinario fuit electus n. Benedictus Ginodi, qui est bonus, probus et dives, nec occupatus in aliquibus negociis, in conprocuratorem pissidis Animarum Omnium in Purgatorio existencium; et conclusum quod si nollet acceptare, privetur burgensia; et ea de causa adiverunt r. dominum vicarium quem requisierunt ut vellet illum compellere censuris ecclesiasticis ad ipsum acceptandum officium, qui se obtulit suo officio incumbencia peragere; super quibus etiam adstantes deliberent. — Consequenter exposuit sicuti receptis trinis licteris per reverendissimum dominum nostrum episcopum [missis], quibus mandabat destinari ambassiatam ad habendum salvum conductum quem sibi dare obtulerat illu. d. dux, fuit mandatus egregius Fonte cum uno servitore apud prelibatum illu. d. dominum ducem, qui vacavit xvij diebus, post et non obstantibus humilibus supplicationibus et precibus per eum emissis, non potuit illum habere, sed fuit sibi dictum dicere in consilio ordinario quod mictetur unus infra xvij vel xxj hujus et illum faceret expedire. — Rursus fuit expositum sicuti advocatus fiscalis Annessiaci expresse ivit Chamberiacum ad obtinendum revocationem<sup>1</sup> licterarum jurisdictionis concessarum ipsi reverendissimo domino. — Super quibus fiat bona deliberacio.

(*Adjunctio auditorum computorum.*) — De computis, adjungantur cum aliis et de novo depute[n]tur: Jo. Ludovicus Ramelli, Jo. Balli et Jo. Migerandi.

De procuratore Animarum electo, compellatur virilliter et rigide ad acceptandum officium ipsum.

De salvo conductu, non mictatur aliquis apud illu. d. ducem, nec illi rescribatur sed expectetur adventus reverendissimi domini nostri episcopi Gebenn.

De prefato reverendissimo domino, fuit lecta minuta unius lictere missive, qua lecta fuit conclusum ut modo in ea contento rescribatur apud prelibatum reverendissimum dominum nostrum episcopum.

(105) *Veneris xix septembris.* — Orsieres, Fabri, Megex, Frojon; — Danel, Curt, de Rippa, Fonte, Leta, Lestelley, Nergua, Rosseti, Navis, Magistri.

Quia fuerunt levate tres turtures per Petrum Gervasii, visitatorem, certis revenditricibus que excesserunt cridas, fuit conclusum quod ille

<sup>1</sup> On pourrait aussi lire: renövacionem.

due dispergantur et dentur dominabus Sancte Clare, et una putrefacta demergatur et residuum piscium detur tam relicte Gaviti, sorori domini Jo. Regis, et aliis pauperibus.

Fuerant levati duo pisces per visitatorem piscium eo quod tradiderat cuidam revenditrici; juravit quod sibi pertinebant pisces et quod dictam revenditricem juvaret ad vendendum et pro pena convenit illi dare unum solidum, et ita jurat. Venit dicta revenditrix, dicta Lardossa, que juravit non sibi pertinere illos pisces sed eum juvabat mediante uno solido. Actentis juramentis, restituantur pisces illi duo.

(*Burgensis.*) — Roletus filius quondam Johannis Bonivardi, patisserius, de Vendovres, nunc parrochie Sancti Gervasii, admittitur in burgensem mediantibus octo ff.

(*Burgensis.*) — Michael filius quondam Glaudii Charvet, de Perruey, excofferius, nunc parrochie Sancti Gervasii, admittitur in burgensem mediantibus viij ff.

Restituit Fonte licteram edificandi molendina cum veteri albergamento, etiam novo, etiam duobus paribus alleg[ationum].

(*Fonte dat rotulum.*) — Fonte exhibuit rotulum suum, quo visitato, fuit conclusum quod pro singulo die, tam pro eo quam ejus servitore, pro quolibet [dentur] xvij g., et intrentur extraordinaria tradita, rejectis duobus diebus petitis pro ejus servitore qui venit missus a Chamberiaco ad hanc civitatem pro habendo salvum conductum<sup>1</sup>.

(*Proposicio per Leta, pretextu licterarum bulle.*) — Leta dixit quod intellexit a domino de Menthonay prope Balmam quod si illi dentur centum scuti auri, quod tradet bullam auream cum sigillo aureo<sup>2</sup>.

(*Domino Sancti Martini petantur duo vidimus.*) — Petatur domino Sancti Martini quod det duo vidimus cum inventariis in coffris ejusdem existentibus.

*Martis xxij septembris.* — Orsieres, H. Fabri, Megex, Frojon; — Cartellier, Danel, Bovier, Curt, Joly, de Rippa, Fonte, Leta, Magistri, Navis, Rosseti.

(*Burgensis.*) — Petrus filius quondam Jacobi Fabri, parrochie Marigniaci in Foucigniaco, navaterius, parrochie Sancti Gervasii, admittitur in burgensem mediantibus iiiij<sup>or</sup> scutis auri cugni regis ad solem.

(*De vino novo.*) — De vino novo, fiant cride ne vendatur in hac civitate et franchesiis, hinc ad festum Sancti Martini, (vendatur) vinum, qualecumque sit, ultra sommam sexdecim [denariorum] pro singulo carterono.

Quia dicitur quendam fuisse captum in domo militis Viriaci, quam asserit habere franchisesias, exhibeat franchisesias et, exhibitis, fiet quod justum fu[er]it.

<sup>1</sup> Mandat de 65 florins 10 gros (*Finances M.*, n° 18, année 1522, mandat n° 79).

<sup>2</sup> Sur la bulle dorée, voir ci-dessus, t. VIII, p. 227 n. 1.

De scorriatoria, queratur transactio macellariorum (queratur transactio) et, visitata, observetur et provideatur ne murus disruatur, et fiat prohibicio macellariis ne ponant fimum juxta ipsa menia.

De nemore de Allevit, ad Veneris, et interim allocatur curatus.

Restituit Fonte thesaurario xl scutos confessatos per Fonte, incluso mandato de summa lxx ff. x gr.

(106) *Veneris xxvj septembris.* — Orsieres, Fabri, Frojon; — Curt, Joh. Ludovicus Ramelli, de Rippa, A. Versonnay, Berteracti, Joly, Lestelley, Fonte, Navis, Leta, Monte, Magistri, Rosseti.

(*Admissio consilliarii.*) — Commendabilis Johannes Ludovicus Ramelli fuit admissus in consilliarium consilii ordinarii.

Nichil in eo aliud fuit expositum.

(*Burgensis.*) — Petrus filius quondam Stephani Buchet, de Fays, parrochie Montangii, epinguerius, nunc parrochie Sancti Gervasii, fuit admissus in burgensem mediantibus viij ff.

*Dominico xxviiij septembris.* — Orsieres, H. Fabri, Megex, Frojon; — P. Versonnay, Danel, Curt, Ramel, Fornerat, de Rippa, A. Versonnay, Bovier, Fernex junior, Fonte, Navis, Leta, Magistri, de Monte, Migerandi, Rosseti.

Exposuit in eodem consilio n. Johannes Provane, heyraldus ducalis, sicuti ipse per illustrissimum dominum ducem Sabaudie missus ad reverendum dominum vicarium Gebenn. et episcopale consilium, quibus presentavit unam licteram missivam eis missam per prelibatum illu. dominum ducem, cujus copia hic fuit le[c]ta et qua prefatus illustrissimus dominus dux mandabat a carceribus relaxari Bartholomeum Gudicini, Florentinum, detentum in carceribus episcopalibus ad instanciam cujusdam Comitit, banquerii, et quod prefati domini de consilio recusaverant eundem Bartholomeum relaxare, non obstantibus missiva et salvo conductu ibidem lecto, et quod domini de consilio rescribebant prelibato illustrissimo domino duci unam missivam, cujus copia fuit lecta, et quod nollebant eundem relaxare. Quiquidem salvus conductus more lictere missive erat in gallico et signatus manu prelibati illustrissimi domini ducis et suo cacheto sigillatus, et per egregium Vulliet signatus, datus Thononi die secunda augusti millesimo quingentesimo vigesimo primo, et mirabatur ipse cur prefati reverendus dominus vicarius et consilium recusabant illum relaxare, actento eodem salvo conductu; et quaquidem lictera missiva apparebat eundem illu. dominum ducem mandasse remictere eundem detentum et partem coram eo et quod eis ministraret justiciam. Et ea de causa venit hic ad rogandum prefatos nobiles syndicos et consilium ut facerent remonstraciones prefato r. domino vicario et consilio quibus posset relaxari idem Bartholomeus et voluntas prefati illustrissimi domini ducis adimpleri. Et explicavit ipse Provane quod erat oneratus per prelibatum illustrissimum dominum ducem

quod si ipsi r. d. vicarius et consilium episcopale recusarent eundem Bartholomeum ad formam missive relaxare, haberet adire dominos syndicos et consilium et eos requirere ut exortarentur ipsi d. vicarius et consilium ut adimplere(n)tur voluntas ipsius illustrissimi domini ducis. Expositis premissis per eundem Jo. Provane, idem Provane exivit aulam et, cum extra fuit, per nobilem P. de Orseriis dictum fuit: «Audistis que exposuit, videatis et opinemini quid sit agendum.» Fuit conclusum quod ex quo idem Provane dixit se habere in mandatis adire presencias ipsorum n. syndicorum et consilii, domini syndici vadant hora secunda post meridiem ad reverendum vicarium et, in presencia dicti Provane, requirant eundem r. d. vicarium ut faciat justiciam, nec ulteriorem requestam faciant, cum idem Bartholomeus sit detentus ad instanciam partis et idem salvus conductus non relevet detentum, cum sit detentus ad instanciam partis, quoniam si secus fieret esset jurisdictio episcopalis enervata et reverendissimus d. noster episcopus, qui cupit obsequi eidem civitati, non contentaretur.

(107) Quia eodem duplo lictere missive lecte et per r. d. vicarium et consilium mandate ad prelibatum illustrissimum dominum ducem descripta continentur: «Vous tres humbles subgetz les vicaire, official et aultres du conseil episcopal de Geneve», et ideo fiant remonstraciones eisdem episcopalibus officariis ne talis subscriptio videatur in futurum nociva illu. et reverendissimo domino nostro episcopo et jurisdictioni episcopali.

(*De milite de Mell(i)unes et Bernardo Balisterii.*) — Fuit ibidem lecta una lictera missiva per spec. d. militem de Mellunes et Bernardum Balistarii, qua petunt se eximi a fidejussione, et inter cetera fuit dictum per nobilem Anthonium de Versonay, qui illam apportavit, quod de velluto dari ordinato nichil habuit idem Balisterii. Quo tunc n. P. de Versonnay dixit quod dictum vellutum habuerat et illud diviserat scilicet pro veste uxoris dicti militis et duas disploydes disperendas duobus fidejussoribus, et remanserat unus cadrans ejusdem velluti, ex quo componi fecit manicos unius disploydis quam nunc gerit, et in recompensam fecit fieri cassam ad ponendum ipsum vellutum, que sibi constitit duos vel tres testonos, et exbursavit portitori certas alias peccunias ad summam xxvij solidorum salvo pluri. Queratur conclusio ejusdem velluti ad Martis.

*Martis ultima septembris.* — Orsieres, Fabri, Frojon; — Cartellier, Bovier, Fornerat, de Rippa, Nergua, Navis, Leta, Magistri, Rosseti, Migerandi.

(*Differencie pacificatio.*) — Venit filius Verna qui dixit se fuisse invasum per unum bisgarulum, ibidem presentem, qui negavit. Fuerunt prohibita opera facti et dictum quod vadant ad invicem bibendum et faciant pacem.

(*Insultus.*) — Venit Jo. de Tullia dictus Parvus Polliens, associatus Glaudio Bochet, et querimoniam emisit et dixit quod heri nobilis et potens dominus Pontisvitrei eum invasit ense evaginato licet ei nullum faceret displicitum; unde requisit quod in hoc advertatur, ne scandallum veniat, quoniam se

proposuit, si ulterius invadatur et assallietur, se deffendere viribus totis. Dicatur procuratori fiscali quod faciat sumi informaciones.

(*De fassinis.*) — De fassinis, petantur navaterii ad Veneris.

De Johanne Ludovico Ramelli, vadant syndici ad reverendum dominum vicarium et illi remonstrent mandatum fuisse minus amplum et quod ipse vel r. d. officialis provideat super hoc, cum eorum incombatur officio.

(*De lictera Berne.*) — De lictera Berne, rescribatur illis una graciosissima lictera quod adhuc velint remanere fidejussores, et taliter fiet erga illum dominam de Vuderin quod nullum reportabunt incomodum.

(*De vino vendito per P. Joly.*) — De vino vendito per Petrum Jolyti qui excessit cridas, vadant d. syndici ad dominum procuratorem fiscalem et requiratur quod pugniatur ad formam cridarum.

De detento asserto clerico, vadant domini syndici ad r. d. vicarium et requirant quod ministret justiciam.

De de Tullia, sumantur informaciones.

*Veneris tertia octobris.* — iiii<sup>or</sup> syndici; — Bovier, Jo. Bally, Curt, Fornerat. Navis, Leta, Fonte, Magistri.

Fiat mandatum Jacobo Comitis de decem novem florenis debitis ut in libro et in exoneracione illius debiti. — (*Mandatum habet.*)

(*De Glaudio Balli.*) — Exposuerunt commendabilis Gladius Balli et Franciscus Regis, burgenses Gebenn., quod intitulantur per officarios Sancti Cirici et fuerunt citati vigore licterarum jurisdictionis responsuri intitulatis et intitulandis in manibus officiariorum Sancti Cirici, et super citacione fuerunt decreta per r. d. officialem lictere placitorie que sunt in prejudicium franchesiarum et libertatum; pecierunt ut nobiles syndici instent apud r. d. officialem ut revocentur lictere placitorie. Vadant in exitu consilii domini syndici ad r. d. officialem et requirant revocari licteras placitorias, cum sint in prejudicium libertatum, et si nolint, faciant congregari consilium episcopale et ibidem institetur fieri revocacio placitoriarum, et si nolint, appellatur et petatur fiscus quod interveniat.

(108) Restituit Fonte ordinacionem fusteriorum et instrumentum eminarum bladi.

(*De Benedicto Gynodi.*) — De Benedicto Ginodi, consultantur apud peritos si injunctio sit sufficiens fondata; si minus privatio remaneat burgensie, et neominus per aliquas dietas contra eum prosequatur et loco et tempore per carraphos publicetur privatus, cum tale parvum onus acceptare recusaverit.

(*De fassinis.*) — De fassinis, permictantur vendi precio xvij solidorum pro hoc anno, et interim temptetur si pro futuro possint haberi viliori precio.

De vallis, apponantur prope menia Sancti Leodegardi.

(*Burgensis.*) — Germanus filius Aymonis Guichardi, de Prisingio, condurarius, nunc parrochie Magdalenes, admittitur in burgensem mediantibus octo florenis.

*Martis septima octobris.* — Orsieres, H. Fabri, Megex, Frojon; — P. Versonnay, Jo. Baudi, Cartellier, Curt, Bovier, de Rippa, Lestelley, Fonte, Leta, Magistri, Rosseti, Navis.

(*Querimonia contra n. Megex consindicum.*) — Querimoniam emisit Johannes Balli et proposuit quod quamvis nobiles syndici hujus civitatis sunt et esse debeant protectores et manutentores franchesiarum et libertatum hujus civitatis, nichillominus secus agunt et egerunt, presertim nobilis Guillermus Megex, quandoquidem herina die prefatus Megex, satis mane, postquam cum festinacione in hac civitate bibisset unum vitrum vini, ascendit equiter et ivit apud Sanctum Siricum, sciens nobilem et potentem dominum Lucingii, dominum assertum Sancti Cirici, ibidem esse, ad consulendum eidem modum compellendi per officarios ipsius jurisdictionis Sancti Cirici; et inde ivit ab eodem loco Sancti Cirici cum festinacione ad domum Johannis Be, commorantis in eadem jurisdictione; et cum ibidem fuit, quesivit an ne ibidem essent commissarii examinantes in favorem dicti domini Lucingii; et cum sibi fuisset dictum per dictum Apponay quod sic, petiit ab eo si haberet licteras quarum vigore dictus dominus Lucingii intendebat eos proclamari facere; qui dixit quod sic, et, illis visis, prebuit idem Megex, contraveniens dictis libertatibus, pretermisissis franchesiis et officio sindicatus, consilium ut tales non eadem die proclamarentur sed in crastinum et de duobus diebus in duos dies; et tandem reversus fuit apud dominum Sancti Cirici et dixit quod nemini diceret se illac fuisse, quoniam nolebat quod dicti Balli scirent ipsum Megex tunc illac fuisse. Que pretendit ipse in consilio generali palam et publice enarrare et si opus sit de desineria in desineriam ut dicta offensa magis innotesceret.

Qua querimonia sic facta, prefatus Megex replicavit et dixit et super Dei evangeliis juravit quod quando ivit eri apud Sanctum Siricum, ibat dumtaxat ad trolliandum vinum suum in sua vinea in eodem loco et dominio Sancti Sirici excretum, et intendebat ibidem eundem dominum Sancti Sirici reperire nec minus ire ad domum dicti Johannis Be; sed cum fuit in eodem loco Sancti Cirici, idem Lucingii precepit eidem Megex ut iret ad eandem domum dicti Be et videret licteras, qui ivit cum sit officarius et servitor ejusdem, et dixit eidem domino Lucingii quod non esset tantum affessionatus quia vigore illarum licterarum non poterat facere cridari eundem Gladium, sed oportebat quod adiret judicem suum; et nesciebat si idem judex vellet decernere tales licteras, et dixit quod dixerat quod nemini diceret idem Apponay se illac fuisse, propter suspiciones, et quod nichil fecit nec facere vellet in prejudicium libertatum nec dicti Balli. Quibus sic gestis, ceteri nobiles syndici dixerunt quod omnia premissa ignorabant nec fuerunt gesta de eorum consensu nec volebant manere onerati. Fuit conclusum quod egregius Fonte faciat graciosas remonstraciones dictis Balli sic quod non ulterior fiat querela, actenta replica dicti syndici Megex.

(*Querimonia contra e. G. de Planis.*) — De presbitero petente filum a de

Planis, vadant Frojon et Megex ad de Planis et dicant illi quod restituat filum eidem presbitero et mobilia ille pauperi fustigate.

(*De hiis qui citra pontem Areris et ultra furta faciunt.*) — De nonnullis sociis sive complicitibus percunctantibus locum et plateam Pontis Areris et ultra pontem, vadant domini syndici et dicant procuratori quod sumat informaciones.

(109) *Veneris decima octobris.* — Orsieres, H. Fabri, Megex; — Danel, Bovier, Magistri, de Rippa, Lestelley, Nergua, Navis, Leta.

Fiat procuracio pro mandando Viennam contra Ginodi.

De Marchepallu, ad Martis.

*Martis xiiii octobris.* — Orsieres, Megex; — Danel, Curt, Bovier, Fornerat, de Rippa, Lestelley, Nergua, Navis, Leta, Fonte, Rosseti.

(*De fusta emenda.*) — De fusta emenda apud Nividunum pro reparacione civitatis, tradat thesaurarius Girardino de Rippa viginti quinque ff.

(*De Marchepallu.*) — De Marchepallu, lecta sua lictera missiva, quia in honorem civitatis fecit declamacionem psalmorum David et adhuc est post ad dictandum aliquid in decus civitatis, dentur illi tres scuti auri et ita mandatur expendere thesaurario.

(*De fassinis et eundo ad fustam.*) — De fassinis et eundo ad fustam, qui ibit se informet de nemore Nividuni.

(*De custodibus Areris.*) — De custodibus Areris, hodie expellantur et satisfiat ad ratam de hoc mense.

(*Exeant in hospitali pestilenciali existentes.*) — De existentibus in hospitali pestifferio, exeant ab eo quando voluerint, cum non sit periculum. De hospitallerio ejusdem, evento primo termino solucionis salis, dentur illi centum ff.

De positoribus vini et etranvatoribus, petantur per nobiles syndicos post prandium, et illis dicatur quod non exigant a dolio, ab octo sextariis usque ad xij exclusive, nisi novem denarios, et a duodecim supra, unum grossum, et a tribus sextariis usque ad octo, sex denarios, et quod si nolint illo precio ponere bossetas, admodiabitur illud officium et ipsi expellentur.

*Veneris xvij octobris.* — Orsieres, Frojon; — Cartellier, Danel, A. Versonnay, de Rippa, Nergua, Fonte, Navis, Leta, Rosseti.

(*De alis.*) — Exposuit Jacobus Servelli, magister alarum pertinencium reverendissimo domino episcopo, principi nostro, pro sua quota, quod sunt nonnulli mercatores hujus civitatis qui contraveniendo statutis alarum, que ibidem exhibuit, ponendo et faciendo balas sive chargias ultra numerum descriptum in ipso statuto (descriptas), sic quod stranei mercatores ipsi recusant solvere nisi tres quartos pro singula balla sive chargia, cujuscumque ponderis sit, in quibus ponunt quindecim dimidias pecias pagnorum,

quod est ultra solitum cum non sit solitum in illis poni pro chargia nisi sex dimidias pecias. Aliunde Boniffacius Auphis dictus Peter et Johannes Daricor contradicunt solvere dimidiam logiam quam pridem dixerunt se velle habere, contraveniendo consuetudini que talis est quod, appropincante tempore nundinarum, clericus alarum vadit ad mercatores eos interrogando si velint accipere logias et, dato responso quod sic, eciam si non tenerent soliti sunt solvere tales logias sive partem quam habere voluerunt; que si non observarentur, esse maximum detrimentum prelibati r. d. nostri et civitatis. Super quibus fuit conclusum quod Aricort et Boniffacius solvant illam quartam logie et alii extranei, et serventur consuetudo et cappitula.

(*Burgensis.*) — Colletus filius quondam Nycodi Mermodi, de Sancto Nycolao Verossie, macellarius, parrochie Sancti Gervasii, fuit admissus in burgensem mediantibus octo florenis.

(110) (*De leprosa.*) — De leprosa, voce[n]tur vicarius Sancti Leodegarii et quictonus ad Martis.

(*De pondere bladi.*) — De pondere bladi, solvatur per quoscunque ut est assuetum.

Dentur sex solidi illis qui fecerunt questam pro leprosa.

De fassinis, ad Martis.

(*Burgensis.*) — Petrus filius quondam Johannis Ferrandi, alias Digoz, parrochie Sancti Leodegarii, laborator, admittitur burgensis mediantibus viij ff.

*Martis xxj octobris.* — Orsieres, Fabri, Megex, Frojon; — P. Versonnay, Danel, Bovier, de Rippa, Joly, Lestelley, Nergua, Fonte, Navis, Magistri; — P. Gay.

Fiat mandatum Abagario de Saxo et Roletto de Retro de uno mense cum dimidio<sup>1</sup>. — (*Mandatum habet.*)

(*Burgensis.*) — Glaudius filius quondam Henrici Turchet, parrochie Vanviaci, affanator, nunc parrochie Magdalenes, admittitur in burgensem mediantibus viij ff.

(*De vagabundis instante r. d. abbate Bonimontis.*) — Venit dominus procurator fiscalis Gebenn., exposuit sicuti herina die r. d. Aymo, abbas Bonimontis, sibi exposuit quemadmodum in hac civitate sunt plures vagabundi nichil habentes nullamque artem exercentes, et nichillominus ducunt vi[t]am crapulosam, tabernas sectando et magnas faciendo expensas, licet nulle eis sunt facultates; et ulterius quod intellexerat externis diebus fuisse extractam unam equam in hac civitate, et quod ibidem prope sunt multi viarum aggressores et nemora tenentes, qui cothidie habent in hac civitate refugium, et quod non observantur cride nec propter illas dimictunt cothidie transire et ire et redire civitatem, que sunt res ridiculose et de

<sup>1</sup> Voir deux mandats délivrés le 26 octobre, chacun de 4 fl. 6 g., dans *Finances M.*, n° 118, année 1522, n° 119 et 120.

quibus pro tempore reverendissimus dominus noster episcopus non contentabitur. Et ideo peccit dari super premissis bonum ordinem, cum non sit de officio, sed intersit vicedompni et ipsorum n. sindicorum in hoc apponere remedium, se tamen obtulit facere et prebere auxilium prout decreverunt sibi precipi ipsi n. sindici. Fuit conclusum quod observentur cride et sumantur bone informaciones.

(*De bocheriis Longemale.*) — Bocherii Longemale omnes venerunt et dixerunt, exceptis subscriptis, se nolle acceptare amodiacionem noviter factam, et peccerunt sibi dari locum in quo possint eorum mercancias vendere.

(*Licencia macellariorum data.*) — Impartitur licencia Moctu, dicto Golliet, Johanni Collombi et Bocherens, occidendi et vendendi in eodem macello.

(*De areragiis.*) — De areragiis, finitis computis advidebitur de ponendo bonum ordinem.

De macellariis, ad Veneris.

(*De fassinis.*) — De fassinis, quia n. Girardinus de Rippa dixit se reperisse hominem qui dabit et vendet civitati xl milla fassarum pro providendo civitati, et dummodo permictatur sibi vendere centum ad xx solidos et dentur sibi pro emendo et principiando ij<sup>c</sup> ff., vendet et muniet civitatem hinc ad carnisprivium et, finito illo tempore, restituit<sup>1</sup> illos ducentum florenos unacum quinquaginta quos dabit civitati. Fuit conclusum quod dentur eidem Girardino per thesaurarium ducentum floreni pro emendis illis fassinis et detur illi licencia vendendi ad xx solidos; tamen in minuto non vendantur pro qualibet fassina nec accipiantur a pauperibus nisi duo denarii pro qualibet; et fiat thesaurario mandatum et, habita quictancia et promissione per Girardinum de restituendo dictos ducentum ff. unacum quinquaginta in carnisprivio, expediantur ipsi ipsi ducentum ff. et advideatur quod de venditore et labore illius [dabitur]; nec vendantur in grosso nisi per quarteronos, sic quod pauperes possint illas habere (non vendantur).

(*De fusta.*) — De fusta, capiatur fusta neccessaria ipsis solitis fusteriis.

De reverendissimo domino nostro, rescribatur illi.

(*De fractione porte.*) — Fuit lamentacio emissa sicuti, nocte preterita, in carreria Turris Budelli, fuerit fracta vi et violenter una porta et capta quedam filia, et quo voluerunt duxerunt; et illico venerunt quatuor mulieres, ex quibus erat una relicta Theobaldi Albi, que exposuerunt quod in dicta carreria sunt due maquerelle que tenent filias et vendunt illas, sic quod cothinocte vadunt, veniunt presbiteri, religiosi et plures alii, facientes insultus multos; peccerunt (III) illas expelli. Tandem et paulo post hec venerunt Johannes de Tullia, Germanus Velluti, Amedeus Bochet et nonnulli alii qui confessi fuerunt, organo dicti Velluti, dictam portam fregisse; et dictus Velluti inter cetera dixit quod sindici ita paciebuntur et quid egerit, potuerunt facere.

<sup>1</sup> Lisez: restituet.

*Veneris xxiiiij octobris.* — Orsieres, H. Fabri, Megex, Frojon; — Cartellier, Danel, de Rippa, A. Versonnay, Bovier, Curt, Joly, Lestelley, Nergua, Fernex junior, Fonte, Navis, Magistri, Rosseti, de Monte; — P. Gay thesaurarius episcopalis.

Exposuerunt Johannes Ballonis borserius, Franciscus Mermyni et Franciscus Calige, sicut in suburbio Sancti Leodegardi et prope bornellum sunt quamplures meretrices, lupanar et vitam lubricam ducentes, que ibidem scandallose existunt, sic quod non sunt audaces de nocte illac ad suas grangias expellere<sup>1</sup>. Expellantur.

(*Exemptio macelli Longemale.*) — P. Joly, suo et Francisci Mistralis nominibus, petit se eximi ab amodiacione sibi novissime facta de banchis Longemale, qui fuerunt exempti mediante nova amodiacione de qua infra.

(*De Jo. de Tullia.*) — Comparuit e. Glaudius Vandelli, veluti procurator assertus Johannis de Tullia, in carceribus Insule detenti, et dixit quod idem fuit captus indebite et ultra tenorem franchisesiarum hujus civitatis, quibus cavetur quod nullus civis vel burgensis capiatur nisi appareat denunciator vel accusator qui se inscribat ad penam tallionis<sup>2</sup>. Aliunde, ille casus pro quo fuit captus non est ex illis comprehensus, et quamvis se obtulerit paratum cavere, renuerunt domini sindici illum admictere; peccitque eundem liberari tanquam male captum et ipsum ad suas deffensiones admicti. Fuit conclusum quod nulla nunc fiat responsio donec viso scripto doctoris et congregetur hora secunda, hac de causa, consilium ordinarium.

(*Querimonia facta per gabellerios vini venalis, Vaisier et alios.*) — Comparuit no. Stephanus de Mara et nobilis Glaudius de Castronovo, gabellarii vini venalis, et exposuerunt quod sunt plures in hac civitate vinum in minuto vendentes qui non apponunt signum ante tabernam, eciam aliqui qui sub velamine vendendi unum bossetum vini vendunt plura, eos deffraudando; unde requisierunt fieri cridas ne aliqui exinde vendant vinum in civitate et suburbiis quyn apponant signum taberne, ne[c] vendant donec prius arreysonatis gabelleriis sive collectoribus ejusdem. Fuit conclusum sic fieri cridas.

(*De fassinis in minuto vendendis.*) — De fassinis, vendantur in minuto qualibet fassina pro duobus denariis.

(*Concessio malle.*) — Concedatur malla hujus communitatis nobili Ludovico de Lestelley.

*Eadem die, vesperorum.* — Orseries, Fabri, Megex, Frojon; — Danel, Ramelli, Bovier, Curt, Fornerat, de Rippa, Lestelley, Nergua, Fonte, Navis, Magistri, de Monte.

<sup>1</sup> Lisez: ire.

<sup>2</sup> Voir les articles 11 et 75 des Franchises de 1387, dans M. D. G., t. II, p. 322 et 350; — L. Micheli, *Les institutions municipales de Genève au XV<sup>e</sup> siècle*, dans M. D. G., t. XXXII, p. 120.

(*Allegaciones juris apportate.*) — Fuerunt apportate allegaciones juris per d. de Lestelley dictate et signate, et idem vocatus qui illas exposuit. Fuit conclusum quod repetatur hodie et assignetur ad jus ad cras.

(112) Admodiatio banchorum macelli Longemale.

Anno Domini millesimo quingentesimo vigesimo secundo, indicione decima cum eodem anno sumpta et die Veneris vicesima quarta mensis octobris. Cum ita sit, die Sabacti decima octava mensis octobris, macellum et octo scanna ejusdem macelli Longemale spectancia et pertinencia pro media parte illu. et reverendissimo domino nostro episcopo et principi Gebenn. et pro alia media parte universitati et communitati hujus civitatis, prius de illis factis cridis, proclamationibus et notificationibus per carraphos hujus civitatis et per preconem communem ejusdem, si quis illa admodiare vellet, eadem die hora secunda cum dimidia post meridiem venirent in claustro ecclesie cathedralis coram nobili thesaurario episcopali ac nobilibus sindicis et plus offerenti ad ascensum et extinctum candele ceree (plus offerenti) expedirentur. Ipsaque scanna fuerunt tanquam plus offerenti, ad ascensum et extinctum ejusdem candele, Francisco Mistralis dicto Conscience, macellario, expedita et admodiata per nobilem Petrum Gay, tanquam thesaurarium prefati reverendissimi domini nostri episcopi et principis Gebenn., et nobiles Petrum de Orseriis, Hugoninum Fabri, Guilierrum Megex et Jacobum Frojon, syndicos dicte universitatis, vicissim expedita et admodiata, tanquam plus offerenti, per spacium et tempus trium annorum, die vicesima mensis jamdicti octobris incohendorum et simili die finiendorum, dictis tribus annis revolutis, precio et sub firma cujuslibet anni dictorum trium annorum novem viginti et decem florenorum p.p., per eundem Franciscum in manibus prefati nobilis thesaurarii episcopalis pro media parte, et pro alia media parte in manibus thesaurarii dicte universitatis, terminis assuetis solvendorum. Ipseque Franciscus Mistralis promiserit dictam admodiationem fidejubere sufficienter et per ydoneos fidejussores, et illos adducere hodie et presentare in hac Domo communi coram prefatis nobilibus thesaurariis et sindicis ac ordinario consilio, constante instrumento admodiationis per egregium Augustinum de Lestelley pro jure prelibati illu. et reverendissimi domini nostri episcopi, et me notarium subsignatum pro jure civitatis, die decima octava dicti mensis octobris recepto et signato. Ipseque Franciscus promissioni per eum facte non acquieverit, nec unquam ipse nec aliqui fidejussores apparuerunt. Hinc est quod, in mis notarii etc., personaliter constituti prefati nobiles thesaurarius Petrus Gay, Petrus de Orseriis, Hugoninus Fabri, Guilierrum Megex et Jacobus Frojonis, syndici dicte communitatis, ex una parte, et Johannes Collombi, macellarius et burgensis Gebenn., ex alia, partibus, prenominati vero nobiles Petrus Gay, agens nomine prelibati illu. et reverendissimi domini nostri domini Petri de Bauma, episcopi et principis Gebenn., ad quem medietas dicti macelli

spectat, et nobiles Petrus de Orseriis, Hugoninus Fabri, Guilierrum Megex et Jacobus Frojon, syndici, sindicarioque nomine dicte communitatis et ad quam communitatem et universitatem alia medietas dicti macelli spectat ac pertinet, scientes, gratis et sponte, nominibus premissis, nolentes dictum macellum vacuum et improvisum, ac prelibatum reverendissimum dominum nostrum episcopum et communitatem admodiatione privari aut saltem illius dilatione ruinari, admodiant et acce[n]ssant et titulo admodiationis tradunt dicto Johanni Collombi, tanquam plus offerenti, presenti et stipulanti etc., predictum macellum cum predictis scannis et pertinenciis ejusdem, spacio et per tempus trium annorum continuorum, die vicesima hujus octobris incohatorum et simili die finiendorum, dictis tribus annis revolutis, precio et sub firma cujuslibet anni dictorum trium annorum, novem viginti et decem florenorum auri p.p., quolibet floreno valente duodecim solidos monete cursalis, per prefatum admodiatarium vel suos solvendorum more et terminis assuetis, videlicet medietatem in manibus dicti thesaurarii episcopalis aut alterius pro tempore existentis et aliam medietatem in manibus thesaurarii sive receptoris dicte universitatis et communitatis. Promictentes dicte partes, juramentis suis etc. et sub obligacione etc., videlicet dictus admodiatarium dictam firmam terminis solitis solvere more denariorum fiscalium, quemadmodum si esset res judicata, et dictum macellum carnibus ydoneis et bonis munitum tenere, subnominatumque ejus fidejussorem ab infrascripta fidejussione indempnem servare. Et pro premissis melius actendendis, ad preces et requisicionem dicti Johannis, se dat et constituit fidejussorem et principalem insolidum, videlicet nobilis et egregius Bernardus Boulet, ducalis Sabaudie secretarius et curie spiritualis Gebenn. juratus, qui, sciens etc..., pro se et suis etc., promisit sub consuetis juramentis et bonorum obligacione omnia per principalem promissa adimplere. Submictentes se etc. Renunciantes etc., presertim dictus fidejussor juri dicenti principalem prius fore conveniendum quam fidejussor, epistole divi Adriani, nove constitutioni de duobus vel pluribus reis, debendarum cedendarumque et dividendarum actionum beneficio, et renunciant omnes juri dicenti generalem renunciacionem... De quibus premissis partes fieri pecierunt duo instrumenta. Acta fuerunt hec in aula Domus communis dicte civitatis, in consilio ordinario, presentibus ibidem nobilibus ac honorabilibus Guilierrum Danelli, Johanne Ludovico Ramelli, Johanne Bovier, Guilierrum Curt, Francisco Fornerat, Girardino de Rippa, Ludovico de Lestelley, Michaele Nergua, Anthonio de Fonte, Petro Navis, Petro Magistri et Bernardo de Monte, testibus etc.

Biolesii, n.

(113) Admodiatio tercię partis alarum hujus civitatis pertinentis communitati ejusdem.

Anno Domini millesimo quingentesimo vigesimo secundo, indicione decima et die vicesima octava mensis octobris, in mis notarii etc., personaliter

constituti nobiles Petrus de Orseriis, Hugoninus Fabri et Guiliermus Megex, sindici hujus civitatis, ex una, et commendabilis Guiliermus Curt, burgensis et mercator Gebenn., ex alia, partibus, prefati vero nobiles sindici sindicarioque nominibus dicte civitatis, scientes etc., admodiant et accensant ac titulo admodiationis tradunt prefato Guiliermo Curt, ibidem presenti etc., videlicet terciam partem alarum hujus civitatis Gebenn. pertinentem dicte communitati, tamquam plus offerenti et eidem ad extinctum et consumationem candele ceree, factis eciam prius debitis proclamacionibus per preconem hujus civitatis per carraphos ejusdem, spacio et per tempus unius anni integri, die hodierna incohati et simili die finiendi dicto anno revolluto, incluso in ea gribello, sub firma et salario ducentum et sexaginta florenorum auri p.p., quolibet floreno valente duodecim solidos monete cursalis, solvendorum more denariorum fiscalium, terminis sequentibus: in fine nundinarum Omnium Sanctorum proxime venturarum et tenendarum in hac civitate, quartam partem ejusdem firme, ali(qu)am quartam partem in sequentibus nundinis Epiphanie Domini, aliam terciam<sup>1</sup> partem in fine nundinarum augusti et reliquam quartam partem in fine ejusdem anni. Promictentes dicte partes etc., maxime dictus Guiliermus Curt ydonee cavere et firmam solvere et nobiles sindici dictam terciam partem manutenere. Submictentes se etc. Renunciantes etc. Actum in claustro ecclesie cathedralis, presentibus ibidem commendabilibus Johanne Bovier, Michaele Nerga et Anthonio de Fonte, testibus etc.

Biolesii, n.

(*Admodiatio.*) — Platea Burgiforis tradita et expedita fuit commendabili Guiliermo Danelli, precio trium florenorum.

(*Admodiatio.*) — Platea Domine Nostre Pontis Rodani, cum parva carreria Fratrum Palacii, dicto Bise, vigilli, precio xvj solidorum.

(*Admodiatio.*) — Platea Fusterie expedita Stephano Bastardi, precio decem florenorum et sex solidorum.

(*Admodiatio.*) — Platea Sancti Gervasii expedita dicto Stephano Bastardi, precio xxiiij solidorum.

*Martis xxviiij octobris.* — Orseries, H. Fabri, Megex, Frojon; — Montion, Cartellier, Danel, Bovier, Curt, Fornerat, Joly, de Rippa, Ramel, Fernex junior, Fonte, Navis, Leta, Rosseti, de Monte, Berterat, Nergua.

Nobilis Johannes Goudardi, de Bona, Johannes Boysson et P. Puvelli promiserunt stare ordinacioni dominorum sindicorum, qui pronunciaverunt quod Johannes Boysson [solvat] Puvelli undecim scuta de equo in hac civitate furto substracto eidem Boysson et inde per eundem Puvelli empto in quadam nundina Burgondie, et dictus Puvelli teneatur restituere eidem

<sup>1</sup> *Lisez*: quartam.

Goudardi precium quod ex illo habuit et equus remaneat eidem Boysson; quem custodiat idem Boysson donec justificato latrocinio.

De dicto equo, sumantur informaciones super furto ejusdem equi.

(*De pisside Animarum.*) — De pisside Animarum, videantur computi quondam egregii Leamon.

De burgense petito per dominum vicarium, fiat gratis ejus contemplacione.

De detento, obediant licteris n. sindici.

De domino Avulliaci, nulla fuit eidem facta offensa.

(*Burgensis gratis.*) — Mermetus filius quondam Roleti Carrerii, de Confignone, parrochie Sancti Gervasii, admictitur contemplacione d. vicarii in burgensem gratis.

(114) *Veneris ultima octobris.* — Orseries, Megex, Frojon; — Curt, de Rippa, Nergua, Fonte, Leta, Magistri, Navis, Rosseti.

(*Compromissum.*) — Uxor Goudon et uxor Johannis Cloye, vigillis, super eorum differencia occasione injurie, promictunt stare summarie ordinacioni nobilium sindicorum et ex nunc renunciant liti et cause.

Fiat mandatum Petro Rolandi de novem florenis et novem solidis sibi debitis, ut in libro civitatis<sup>1</sup>.

(*Moneantur auditores computorum.*) — Moneantur auditores computorum et illorum revisoribus<sup>2</sup> et ita precipitur Fonte.

(*Burgensis.*) — Petrus Giget, filius quondam Anthonii Giget, clericus, burgensis Burgi Sancti Mauricii Tharantasiensis dyocesis, nunc parrochie Sancte Crucis Gebenn., admictitur in burgensem mediantibus octo florenis.

(*Contra macellarios.*) — P. Rosseti, Johannes Gerdilis, Petrus Gardet, Jullianus Ricouz, Bernardinus Probi, Jullianus Bergerat petiti et ceteri, quibus fuit factum preceptum per nobilem Petrum de Orseriis, consindicum, ut faciant reparare scoriatoriam et muros civitatis in quantum illos concernit, que ruinam minantur; et protestatus fuit contra eos casu quo disruat quod suis sumptibus refficiat. De quibus concessa lictere testimoniales.

(*De macellariis Longemate.*) — De Pecelet et de Gallo, petentibus se eximi a fidejussione, remaneant in admodiacione gabelle principales et fidejussores ad formam admodiacionis; nec innovetur admodiacio (quo) et sint exempti de solvendo bancho scanni Levrat et solvant exitum.

(*De prato ville.*) — De prato ville, cridetur et expediatur ad sex annos.

(*De ferraturis scoreature.*) — De ferraturis scoriatorie, ad Martis.

*Martis quarta novembris.* — Orseries, Fabri, Megex; — Montyon, Cartellier, A. Versonnay, Fornerat, de Rippa, Berterat, Curt, Bovier, Lestelley, Nergua, Fonte, (Nergua,) Navis, Leta, Rosseti, Migerandi.

<sup>1</sup> Le paiement fait à Roland est de 10 florins 9 sous (*Bourgeoisie A*, n° 2, fol. 62).

<sup>2</sup> *Lisez*: revisores.

Fiat mandatum Johanni Servoz de sex ff. et octo solidis. — (*Mandatum habet.*)

(*Testimoniales contra Buttini.*) — Fuit petitus Johannes Buctini, consecrarius vicedompnatus Gebenn., parte nobilium sindicorum, qui ibidem comparuit, per quos fuit interrogatus ubi est criminosus quem hiis non longe decursis habuerunt in castro Insule et ad illos ductus pro pluribus furtis per ipsum factis in hac civitate et in quibus fuit captus illa commictendo et quem sibi remicti pecierat no. Guilliermus Megex, suo et aliorum n. sindicorum nominibus, iudicum causarum criminalium. Quiquidem Buttini respondit quod illum liberaverat quia non apparebat nisi de unico furto. In quorum presencia idem Buctini confessus fuit dictum criminosum sibi fuisse petitum per prefatum nobilem Megex tanquam criminosum, et illi respondisse quod illum non remicteret.

De quibus premissi n. syndici pecierunt testimoniales. Et fuit conclusum quod domini syndici vadant ad r. d. vicarium et sibi premissa exponant et petant iusticiam de eodem Buctini ministrari.

(115) (*De Bertelleria.*) — Nobilis Amblarda, relicta quondam Philiberti Bertellerii, comparuit cum Vandelli et exposuit sicuti fuerunt in eam exequite injunctionales emanantes a r. domino vicario ad instanciam nobilium sindicorum, qua fuit sibi injunctum ut obturet et muret portam parvam existentem et affrontantem carrerie qua itur ad cenobium Pallacii, bastubarum suorum liberorum<sup>1</sup>, et quod eadem injunctio sibi et suis liberis est multum dampnosa et in detrimentum fame ipsorum, unde peccit eandem injunctionem revocari, se offerendo eandem portam tenere clausam de nocte et usque dies elucescat. Conclusum ut remaneat injunctio.

De prato pertinente civitati, proclametur et admodietur ad tempus sex annorum cum candela, et<sup>2</sup> cetere admodiaciones.

*Veneris septima novembris.* — Orseries, H. Fabri, Megex, Frojon; — Montion, Cartellier, Fornerat, Curt, Bovier, Lunes, A. Versonnay, Danel, Ramel, Balli, Vandelli, de Rippa, Lestelley, Aqueneaz, Navis, Leta, Rosseti, Magistri, de Monte, Nergua, Migerandi, Fonte.

(*De G. Troctier.*) — De e. Glaudio Troctier qui querimoniam emisit eo quod procurator fiscalis intravit ejus domum et, ad instanciam relicte Francisci, ejus fratris, et Nycodi de Prato, sigillavit archas et buffetos et, inter ceteras, archas pertinentes<sup>3</sup> thesaurario ducali, conclusum [quod] domini syndici vadant ad d. officialem et sciant causam quare.

(*De venditore fassinorum.*) — De illo(s) qui debet vendere fassinus ad opus

<sup>1</sup> Sur la topographie de ce quartier, voir L. Blondel, ouvr. cité, dans M. D. G. in-4°, t. V, p. 33 et 34.

<sup>2</sup> *Lisez: ut.*

<sup>3</sup> Lecture douteuse.

civitatis et illas in minuto expedire pauperibus, dentur illi pro stipendiis pro quolibet mense iii<sup>or</sup> ff.

(*De carroneria.*) — De carroneria, quia dictum fuit quod honorabilis P. Cornaz vult illam admodiare, sciatur ab eo qualiter vult habere.

(*Nullus emat carnes ne<sup>1</sup> a macellariis civitatis.*) — De bocheriis de Cornavin, fiant cride quod nulli cives, burgenses, habitantes infra civitatem et franchises emant carnes, nisi a macellariis civitatis et non ab aliis.

(*De vino.*) — De vino venali, maneat usque ad Sanctum Martinum. De processionibus, petantur generales per triduum.

*Sabacti nona [octava] novembris, vesperorum.* — Orseries, Fabri, Megex, Frojon; — Montion, Danel, Fornerat, Ramel, de Rippa, A. Versonnay, Bovier, Curt, Lunes, Cartellier, Lestelley, Navis, Magistri, Migerandi, Rosseti, de Monte, Balli.

(*De heyraldo Provane.*) — N. Jo. Provane exposuit se habere in mandatis ab illustrissimo domino duce facere bonas et graciosas recomendaciones et oblaciones ipsis nobilibus sindicis, et quod ipse illu. d. dux vult protegere civitatem, et libertates illius nullo modo infringere vult. Quo onere adimpleto exivit aulam. Ibidem nobilis P. de Orseriis exposuit quemadmodum hodie mane idem heyraldus sibi tradidit unam licteram credencie que coram pluribus (116) ex consulibus in ecclesia cathedrali lecta fuit, et tandem exposuit quemadmodum idem heyraldus erat oneratus facere unam requestam in consilio, parte ducali, ut ipsi relaxarent quendam mercatorem Florentinum detentum in carceribus episcopalibus ad instanciam nobilis Comitis, banquerii, alioquin faceret diffidencias sive deffiancias, quas fecit et quorum gestorum recepit testimoniales egregius A. Viennesii, episcopalis secretarius. Et in exitu ipsius consilii, ipse heyraldus peccit et dixit eisdem nobilibus sindicis quod vocarent eorum consilium, quoniam volebat in illo explicare plura que essent civitati grata. Resolucio consilii super premissis fuit ut requiratur idem heyraldus ut faciat graciosas regraciaciones apud prelibatum illu. dominum ducem, sine aliqua rescriptione sive lictera, et detur illi una amphora melliciati sive ypocrati et una vini boni.

*Lune decima novembris.* — Orseries, Fabri, Megex, Frojon; — Montion, P. Versonnay, Cartellier, Danel, Bovier, Curt, de Rippa, Fornerat, Ramel, A. Versonnay, Navis, Leta, Magistri, de Monte.

(*De eodem heyraldo.*) — Quia heri heyraldus predictus dixit quod ex quo illu. dominus dux communitati rescripserat ad idem, eidem civitas sive communitas rescriberet faciendo regraciaciones oportunas. Super quo fuit conclusum quod ex quo heri fuerat facta defiancia contra officarios episcopales et fieret miss[iv]a qua fierent regraciaciones, posset esse communi-

<sup>1</sup> *Lisez: nisi.*

tati nocivum et inferri per illu. dominum ducem communitatem consensisse dicte defiationi; et sic, ut omnis de medio tollatur suspicio, nichil ei rescribatur sed domini sindici requirant ut verbothenus faciat ipse heyraldus remarciationes.

*Martis undecima novembris.* — Orsieres, Fabri, Megex, Frojon; — Montion, P. Versonnay, Cartellier, Danel, Balli, Bovier, Curt, Vandelli, de Rippa, Lestelley, Navis, Leta, Rosseti, de Monte, Nergua, Berterat, Magistri, Fonte.

*(De furno ville.)* — De furno ville, fiat de novo admodiatio Petro Mari-glerii et detur sub eadem firma, scilicet xxv ff. annuatim.

*(De vino venali.)* — De vino venali, post ventam videbitur.

*(De carroneria.)* — De carroneria, reperiat admodiarius.

*(De computis Animarum.)* — De computis Animarum, videantur hinc ad Dominico.

*(De procuratore ejusdem.)* — De procuratore ejusdem et procuratorio fiendo, eciam de Benedicto Ginodi, exponatur in consilio generali Dominico.

(117) *Eadem die, post prandium.* — Orsieres, Fabri, Megex, Frojon; — Montion, P. Versonnay, Cartellier, de Rippa, Curt, Nergua, Navis, de Monte, Ramelli, de Fonte, Vandelli, (Nergua).

*(De testimonialibus.)* — Fuit lecta testimonialis per secretarium, que facta fuit Sabacti in consilio episcopali. Fuit conclusum quod secretarius videat cum Viennesii quid gestum in illo.

*(De extorsionibus.)* — De extorsionibus que fuerunt in vicedompnato, vadant domini sindici ad episcopale consilium et exponant omnia.

*(De de Planis.)* — De de Planis, qui dicitur recepisse certam testimoniam quoniam fuit relaxatus mercator Florentinus, sciatur et videatur illa.

Admodiatio introgii vini facta Petro filio quondam Oliverii Chapuisii, parrochie Sancti Gervasii, civi Gebenn., precio sex centum et nonaginta florenorum.

|| Anno Domini millesimo quingentesimo vigesimo secundo, indicione decima cum eodem anno sumpta et die undecima mensis novembris, in [mis] notarii et civitatis sive communitatis secretarii et testium subnominatorum presencia, personaliter constituti nobiles Petrus de Orseriis, Hugoninus Fabri, Guiliermus Megex et Jacobus Frojon, sindici universitatis et procuratores Gebenn., ex una, et honorabilis vir Petrus filius quondam Oliverii Chapuisii, civis Gebenn., parrochie Sancti Gervasii, ex [altera], partibus, prefati vero nobiles sindici, sindicarioque et procuratorio nominibus dicte civitatis et universitatis, admodiant et titulo admodiacionis tradunt, deliberant et concedunt prefato Petro Chapuisii, civi Gebenn.,

parrochie Sancti Gervasii, ibidem presenti et stipulanti, tanquam plus offerenti, introgium vini hujus civitatis Gebenn. eidem communitati spectans et pertinens, cum honore et onere assuetis, sibi hodie in claustro ecclesie cathedralis Sancti Petri Gebenn., ad ascensum candele ceree in muro claustrum ecclesie cathedralis affixe et illius consumptionem et extinctum, more sic fieri solito, tanquam plus offerenti, prius tamen factis debitis proclamationibus per preconem communem per carraphos hujus civitatis, eciam nunc in hoc claustro, et hoc spacio et per tempus anni integri die crastina inchoandi et simili die finiendi dicto anno revoluto, et hoc precio et nomine precii ac sub firma sexcentum et nonaginta florenorum auri p.p., quolibet floreno valente duodecim solidos bone monete cursalis in patria Sabaudie, per eundem Chapuisii admodiatorem vel suos realiter more denariorum fiscalium et ad formam denariorum fiscalium [solvendorum], omni litigio semoto, terminis assuetis, in manibus thesaurarii sive receptoris dicte communitatis moderni aut pro tempore existentis, scilicet in festo Epiphanie terciam dicte firme, aliam [terciam] in sequenti festo Pasche et aliam terciam in sequenti festo Omnium Sanctorum. Promictentes juramentis suis etc., videlicet dicti nobiles sindici sindicario nominibus premissis dictam firmam durante dicto tempore eidem Chapuisii manutenere, ipseque Chapuisii firmarius dictam firmam solvere realiter, in pace et sine lite, more denariorum fiscalium et ad formam rei judicate, in manibus receptoris ejusdem moderni aut pro tempore existentis, hujusmodique firmam hinc ad Veneris proximam de bene solvendo cavere. Submictentes se etc. Renunciantes etc. Actum in dicto claustro ecclesie cathedralis, presentibus ibidem nobilibus et honorabilibus Ludovico de Lestelley, Petro Joly, Johanne Ludovico Ramelli, Girardino de Rippa, Humberto Trenchent pluribusque aliis testibus etc.

Biolesii. ||

*(Solverunt michi eorum jus facture presentis instrumenti admodiarii.  
S. Biolesii.)*

(118) Admodiatio prati pertinentis communitati et universitati Gebenn., siti in Pascuis ultra suburbium Sancti Gervasii, facta egregio Glaudio Servandi, civi Gebenn.

Anno Domini millesimo quingentesimo vigesimo secundo, indicione decima cum eodem anno sumpta et die undecima mensis novembris, in mis notarii etc., personaliter constituti nobiles Petrus de Orseriis, Hugoninus Fabri, Guiliermus Megex et Jacobus Frojonis, sindici universitatis communitatis Gebenn., ex una, et egregius Glaudius filius Petri Servandi, notarius, ex altera, prefati vero nobiles sindici, sindicario nomine dicte communitatis, admodiant et accensant, ac titulo admodiacionis dant et tradunt dicto Glaudio Servandi, ibidem presenti et stipulanti, tanquam plus offerenti, quandam

peciam prati continentem<sup>1</sup> seyturas vel circa, sitam in Pascuis et prope carroneriam ejusdem civitatis, cum honore et onere assuetis, et hoc spacio et per tempus sex annorum continuorum et integrorum hodie incohendorum et simili die finiendorum, dictis sex annis prius revolutis; et hoc precio et sub firma cujuslibet anni dictorum sex annorum sexaginta florenorum auri p.p., quolibet floreno valente duodecim solidos monete cursalis in patria Sabaudie, solvendorum per ipsum Glaudium vel suos in manibus thesaurarii dicte civitatis moderni aut pro tempore existentis, terminis sequentibus videlicet: medietatem firme cujuslibet [anni] in festo Sancti Johannis Baptiste et aliam medietatem in sequenti festo beati Michaelis archangelli, et sic de anno in annos terminis prestatutis, more denariorum fiscalium ac si esset res judicata. Et fuit actum quod ipse admodiarius teneatur firmare dictum pratum decenter et in fine firme ipsum pratum totum firmatum reddere. Item teneatur idem admodiarius plantare salices, et in fine admodiacionis teneantur syndici satisfacere ad dictum proborum. Item etiam teneatur pratum clausum remictere in fine firme. Promicentes etc. Submicentes se etc. Renunciantes etc. Actum in claustro ecclesie cathedralis, presentibus ibidem honorabilibus viris Johanne Ludovico Ramelli, Anthonio de Fonte, Ludovico de Salis, Humberto Trenchent et pluribus aliis testibus etc. Biolesii.

Veneris xiiii mensis novembris. — Orsieres, Megex, Danel pro Frojon; — Montion, Cartellier, Vandelli, Curt, Balli, Fornerat, de Rippa, Berterat, Lestelley, Nergua, Fonte, Navis, Leta, Rosseti, Migerandi, de Monte; — de Ulmo, P. Gay.

(Caucio.) — || Cum Petrus Chapuisii die Sabacti admodiavit introgium vini pertinens communitati hujus civitatis ad tempus unius [anni], die duodecima hujus incohati et simili die finiendi, precio sexcentum et nonaginta ff. p.p., [et] promiserit cavere(t), hinc est quod, ad preces ejusdem Petri, se constituerunt fidejussores videlicet: Peronetus Joly, mugnerius, de Sancto Gervasio, et discretus Guiliemus, ejus filius, qui pater et filius, quilibet insolidum, presertim filius de auctoritate patris, promicunt omnia per Petrum promissa adimplere, omnibus scilicet renunciando et presertim juri dicenti principalem prius fore conveniendum quam fidejussorem, epistole divi Adriani, nove constitutioni de duobus vel pluribus debendis, quos principalis promisit servare indemnem et forcius fidejubere hinc ad Martis; et similiter caverunt n. Ludovicus de Lestelley pro eodem Guiliermo et Jo. Chapuisii pro Petro Chapuisii. ||

(Caucio.) — Claudius Servandi cavit pretextu admodiacionis prati per Petrum Servandi in forma et promisit uberius et forcius per alios duos fidejussores cavere hinc ad Martis.

<sup>1</sup> La contenance manque.

(Mandatum.) — Fiat mandatum magistro Andree Girardi de xxx<sup>ta</sup> solidis sibi debitis pro salario suo visitacionis piscium.

Fiat mandatum de uno floreno Jaquemete relicte Petri Mercerii.

LECTA fuit testimonialis facta in consilio episcopali Sabacti lapsa.

(Admodiatio furni civitatis.) — Fuit admodiatum furnum civitatis per nobiles syndicos Petro Mariglerii, ad tempus trium annorum die quindecima maii proxime futuri incohendorum et simili die finiendorum, precio cujuslibet anni xxv ff. cum promissionibus, etiam cum cameris et habitacione.

(119) Solvat portitori Vienne thesaurarius ad suam discrecionem.

(Compromissum.) — Patisserius carriere Pessonerie, occasione animalium levatorum super prato suo quod tenet ab illis de Sancto Victore, promicitt stare ordinacioni n. sindicorum, que animalia spectant relicte Falconet et Johanni Dauxi.

Exposuit n. P. de Orseriis sicuti heri, in consilio episcopali, fuit conclusum ut mandent unum nomine consilii episcopalis apud reverendissimum dominum episcopum et equidem eligatur unus gratus pro civitate.

Fuit electus Fonte et vadant domini syndici ad dominum officialem ut velit ire parte consilii episcopalis aut unus alius, scilicet dominus de Veygio, et vadant adhuc ea de causa ad reverendum dominum vicarium ut velit incitare eundem dominum officialem ut vadat.

Fuerunt lecta arreragia reperta per auditores computorum, in presencia majoris partis debentium illa.

De computis Leamon et Varambert, adjunguntur Lestelley et Nergua.

De exponendis in consilio generali, illa notet commendabilis Nergaz.

Eadem die, vesperorum. — Orsieres, Megex; — Danel, A. Versonay, Curt, de Rippa, Lestelley, Fonte, Navis, Magistri, de Monte, Migerandi.

Fuit expositum per nobilem P. de Orseriis quod ivit ad reverendum dominum vicarium et requisivit ut tantum faceret quod irent dominus officialis aut de Vegio ad reverendissimum dominum nostrum episcopum, qui officialis se excusavit et dominus Grueti dixit quod pro nunc sufficit quod vadat thesaurarius cum electo.

Fuit conclusum quod vadat Fonte et fiant illi instructiones ad longum de omnibus, citra derogacionem conclusionis hodiernae<sup>1</sup>.

Admodiatio furni civitatis sive porte Baudet, facta Petro Mariglerii et<sup>2</sup> domo et eysiamentis.

Anno Domini millesimo quingentesimo vigesimo secundo, indicione decima et die tresdecima mensis novembris, in mis notarii etc., personaliter

<sup>1</sup> Ces instructions sont conservées (P. H., n° 936). Elles portent la correction de Fonte en Monte ensuite de la décision prise le 16 novembre (ci-après p. 233). En marge est écrit: « Non habuerunt locum quia nemo fuit ambassiator. »

<sup>2</sup> Lisez: cum.

constituti nobiles Petrus de Orseriis et Guiliermus Megex, consindici civitatis Gebenn., ex una, et Petrus Mariglerii, fornerius et vigil civitatis, ex altera. Prefati vero nobiles sindici, suo et aliorum consindicorum nominibus, admodiant et titulo admodiationis tradunt dicto Petro Mariglerii, presenti, furnum dicte civitati pertinens, situm prope portam Baudet, cum sua domo morativa et eysiammentis ejusdem furni juribusque et pertinenciis suis universis, spacio et per tempus trium annorum integrorum proxime futurorum die quindecima mensis maii proxime futuri incohendorum et simili die finiendorum, revolutis dictis tribus annis, cum honore et onere assuetis, precio cujuslibet anni viginti quinque florenorum, per eum in manibus thesaurarii solvendorum, cum dampnis et more denariorum fiscalium, cum gratuitatibus fieri solitis. Promictentes etc. Submictentes se etc. Renunciantes etc. Actum in consilio ordinario die hodierna tento de mane, presentibus consilliariis in eodem consilio nominatis, testibus.

Biolesii.

Ibidem dictus Petrus promictit dare et solvere, ultra firmam, annis singulis in hac Domo ducentum fassinarum et eciam custodire claves porte de Baudet sine sallario.

Biolesii.

(120) *Dominico sexdecima mensis novembris*, fuit celebratum consilium generale communitatis et universitatis Gebenn., more solito, tam voce cride quam ad sonum grossi cimbali civitatis Gebenn., in quo astiterunt r. de Montefalcone et Ludovicus Salterii, canonici ecclesie cathedralis; — Orsieres, Megex, Cartellier locumtenens H. Fabri, Danel locumtenens Jacobi Frojon; — Mermetus de Ulmo, P. Fabri, Jo. Ballonis, Jo. Chapuisii, Amedeus Boninemoris, Andreas de Cabana, G. Bastardi sartor, (Jo. Chapuisii,) Michael Dorsini, Glaudius Ginodi, Jacobus Bessonis, Jo. Pilliodi, Hudricus Pilliodi, P. de Bolo, Nycol. Vuyffri, Janinus Pillieti, Ludovicus de Bolo, Rananus Cohendet, G. Vovrey, Ludovicus Porrallis, Matheus Collombet, Jo. Levet, Mermetus Bossuti, P. Poterelli, Monetis Mistralis, Jo. Guyneti, P. Novelli, Amedeus Chivilliardi, Ste. Arnaudi, Glaudius Fontanelli, Aymo Boverii, Bastianus Bessonet, Franciscus de Fosses, P. Braserii, (P. Fabri,) G. Bessonet, Mermetus Carrerii, Mermetus de Calce, Michael Nergua, Glaudius Morelli, Nycodus Cortagerii, Franciscus Peineti, Jo. Tissocci carpentator, Ja. Mariglerii, Glaudius Lamberti, Glaudius Cocteti, Stephanus Valletaz, Glaudius Bernardi, Petrus Berteracti, Jordanus Ruffi, P. Pactesii, P. Coppeti, Ja. Goctrosii, Henricus Bollet, Henricus de Vaudo, P. Navis, Jo. de Pileo Rubeo, Jacobus Guyodi, P. de Croso, Ludovicus de Monte, Mauricius de Furno, Amedeus de Pileo Rubeo, Glaudius Tappunerii, Jo. Levtracti, Aymo Goffeti, Michael Mugnerii, Ludovicus de Nanto, Andreas Michallon, Glaudius Neyrodi, Bartholomeus Bramereilli, Paulus Balli,

Roletus Bonoz, Aymo Velluti, Monetis de Nanto carpentator, m. Jo. Vincencii, Jo. Reymondi, Luquinus de Pane, Glaudius de Prato, Franciscus Suchardi, Ludovicus Suchardi, Andreas Chabodi, P. Buclini, Jo. Bocardi, Glaudius Brisuez, Anthonius Neyret, Ludovicus Sacristani, P. Giget, Jo. Frochet, Glaudius Mathei carpentator, Ludovicus Pageti, Jo. Fassoret, Aymo Vulliermi, Thomas Dentant, Andreas Peyrollerii, Jo. Carterii revenditor, Germanus Vuy, Glaudius Marchiandi, Ste. Lyonardi, Jo. Berardi, P. Farqueti, Glaudius Milleti, P. Julliardi, Hug. Quey, Jacobus Navillii, Jaco. Rosselli, Bernardinus Annequini, Aymo Pitardi, Georgius Carrerii, P. de Villa, P. de Burgo, Jo. de Putheo, Ja. de P[etra] Grossa, Girardinus de Rippa, Nycol. Fabri, A. de Fonte, Michael de La Doey, Ludovicus Gauterii, Gaspardus de Verrucis, Bernardus de Monte, Tho. Monachi, Franciscus Cartellerii, P. Regis, Hubertus<sup>1</sup> excofferius.

(*Venda vini ad novem g.*) — Fuit getata venta vini ad novem solidos.

Omnes supra nominati, audita proposita per n. P. de Orseriis, constituerunt procuratorem piscidis, non derogando electioni facte de nobili Benedicto Ginodi, constituunt de novo eundem et egregium P. Berteracti [procuratores] piscidis Animarum ad tempus trium annorum, ad exigendum jura et redditus ejusdem et presentandum ad cappellas et hospitalia etc., ratificando gesta per Berteracti tam in causis quam alias, et prosequatur causa contra eundem Ginodi in curia metropolitana.

*Eadem die Dominico, post prandium*, in aula Domus civitatis.

Qui supra consindici et eorum locumtenentes; — Curt, Fornerat, Joly, Navis, de Rippa, Lestelley, Nergua, Fonte, Leta, Magistri, Migerandi.

Quia egregius Fonte recusavit ire ad illu. et reverendissimum dominum nostrum episcopum nisi illi dentur et ejus servitori, pro singulo die, quatuor floreni, et ad hec in transeundo Montesinesium quid constabunt marroni, et in pronte dentur sibi xxv scuti auri ad solem, ne civitas angarietur et vetigal novum imponatur; fuit electus e. Bernardus de Monte, ipso presente, qui electionem post multas excusaciones asseptavit<sup>2</sup>.

(121) *Lune xvij novembris*. — Orseries, Megex; — Montion, Cartellier, Danel, A. Versonay, Fornerat, Joly, de Rippa, Franciscus Testuti, Fonte, Navis, Curt, Migerandi, Magistri.

Exposuit nobilis Petrus de Orseriis sicuti in duobus consiliis in hac aula celebratis fuit electus e. A. de Fonte ad eundem ad reverendissimum dominum nostrum episcopum parte civitatis, qui tandem renuit; et loco sui fuit electus e. Bernardus de Monte qui acceptavit, et tandem eadem die Dominico iterum se excusavit et renuit ire; et actentis hujusmodi excusa-

<sup>1</sup> Le nom est en blanc.

<sup>2</sup> Voir ci-dessus, p. 231 n. 1.

cionibus fuit petitus commendabilis Franciscus Testuti, qui dixit hodie mane quod serviret possethenus civitati, et ibidem petitus iterum se excusavit. Fuit conclusum quod detur lictera missiva thesaurario Gay, qui pro parte consilii vadat, et requiratur quod faciat commendaciones et excusaciones pro nunc, et dentur illi tres scuti.

*Martis xviii novembris.* — Orsieres, Megex, Danel locumtenens Frojon; — Montion, Curt, de Ripa, Cartellier, Fornerat, Lestelley, Nergua, Fonte, Navis, Leta, Magistri, Rosseti, Migerandi.

*(De vino et illius precio.)* — De vino de Soubmons, vendatur ad unum solidum quarteronus et non ultra.

Vinum patrie vendatur ad octo denarios et non ultra quarteronus, nec fiat crida donec conclusum fuerit per consilium quinquagenarium.

De crida, non fiat donec tento consilio quoad vinum.

De rotulo P. Gay, ad Veneris.

De licteris Johannis de Tullia concernentibus bona barbitonsoris, vadat ad r. dominum officialem.

*Veneris xxj novembris.* — Orseries, Megex; — Montion, Cartellier, Curt, Fornerat, de Ripa, A. Versonnay, Lestelley, Nergua, Fonte, Navis, Migerandi, de Monte, Rosseti, Leta.

*(De macellariis Longemale et illorum querimonia.)* — Quia externis diebus macellarii lamentacionem et querimoniam fecerunt contra nonnullos hujus civitatis qui emunt carnes et emerunt a certis macellariis vendentibus carnes in loco de Cornavin et dederunt unum rotulum, fuerunt petiti sequentes et [interrogati] cum juramento super sanctis Dei evvangeliis si emerunt carnes in eodem loco de Cornavin. Et primo Richardus Lolier, qui confessus fuit heri emisse in macello de Cornavin ad summam decem denariorum.

Item due alie mulieres que dixerunt, una quod in solucionem ceperat a macellariis de Cornavin unam spatulam mutonis pro sex quartis in quibus sibi debebatur.

Quedam alia mulier dixit quod emit unum caput mutonis dumtaxat.

*(De macellariis de Cornavyn.)* — De macellariis de Cornavin, tradantur lictere Buctini sive locumtenenti domini vicedompni et requiratur quod licteras exequatur, non faciendo mencionem de no. sindicis.

De vino, vocetur consilium quinquagenarium ad Jovis et ibi exponantur exponenda.

De Medici qui asseruit expensas ministrasse armigeris in hac civitate, postquam non venit, nichil ei solvatur, ne in consequenciam trahatur.

(122) De carroneria, in consilio quinquagenario concludatur.

Des advys de contes, ad idem consilium.

Fiat mandatum domino P. Bussacti iij<sup>xx</sup> iij ff. iij solidorum. — (*Mandatum habet.*)

*Dominico xxiiij novembris.* — Orsieres, Megex; — Montion, Danel, Lestelley, Navis, de Monte, Curt, Fornerat, Joly, de Ripa, Rosseti, Migerandi.

*(De ignibus jocosis et gaudii.)* — Fuit ibidem lecta lictera missiva mandata heri de nocte per illu. dominum ducem, in qua enarratur novum filium natum fuisse prelibato illustrissimo domino duci<sup>1</sup>, ad causam cujus mandat et requirit fieri processiones et focos jocosos et gaudii de tam laudabili bono. Fuit conclusum quod fiant hedem processiones et ignes gaudii, scilicet in Sancto Gervasio, in Fusteria, in Mollari et in Burgo Foris et in porta Baudet; et in quolibet loco ponantur xxv fassine et ita precipitur thesaurario; et vocentur quatuor bende, qui assistant cum nobilibus sindicis, et petantur instrumenta; item ponantur tres aut quatuor pecie in loco de Baudet et similiter in Fusteria et in Mollari, et in signum gaudii trahatur artillieria, eciam illuminentur duodecim faces et farocti et fiat crida qua notificentur omnia. Item, crastina die maneant buctice clause. Eadem die circa horam quartam ibidem astiterunt omnia instrumenta scilicet tube, tres taborini Alamanie, tres fifer et tres alii boni et instrumenta melodiosa ducentes, scilicet Le Pellouz, magistri Guilliernus et Ludovicus, qui omnes comitati fuerunt syndicos et eciam plures consilarii. Et quia propter impetuositatem boree cessarunt foci qui tamen in crastinum fuerunt facti, et iterum domini syndici cum eisdem instrumentis iverunt ad loca et ignes posuerunt in nemoribus ibidem preparatis.

*Martis xxv novembris.* — Orsieres, H. Fabri, Megex, Frojon; — Montion, Cartellier, Danel, Joly, Curt, Balli, de Ripa, A. Versonnay, Bovier, Lestelley, Nergua, Navis, Fonte, Leta, Magistri, Rosseti, de Monte.

Exposuit Girardinus de Ripa sicuti dictus Gollion, venditor fassarum civitati venditarum, sibi rescripsit quod navaterii hujus civitatis sibi contradicunt transnactare fassinas quas in bono numero sunt in ripa lacus et que ibidem furantur; protestatur quod non stat per eum et que fu(e)rabuntur cadunt oneri civitatis.

Fuerunt petiti La Verna, dictus Bessonet, Glaudius Noblet, Ludovicus Pouz, P. Cohennoz, navaterii, quibus fuit injunctum ut adducant fassinas, moderato sallario.

*(De artillieria.)* — Precipitur e. Fonte ut faciat reparari artillieriam decenter, et ab artillieria que quondam fuit domini Sancti Victoris faciat auferri arma ipsius domini Sancti Victoris et, loco illorum, faciat scrutari et eandem artillieriam armis civitatis scrutari sive signari<sup>2</sup>.

*(De procuratore fiscali.)* — Quia dominus procurator fiscalis se ingerit in processionibus antecedere dominos syndicos, fuit conclusum quod illi

<sup>1</sup> Adrien-Jean-Amé de Savoie, né à Ivree le 19 novembre 1522, ne vécut que six semaines.

<sup>2</sup> Voir R. C., t. VIII, p. 10 n. 1.

dicatur ne abinde vadat in ordine ante syndicos sed, si vult ire, vadat post vel cum ceteris presbiteris, in habitu ecclesiastico.

De dono fiendo reverendissimo domino episcopo, sciatur a thesaurario si habet pecunias ad illud emendum et disponendum, et provideat idem de opportunis ad emendum triginta duas marcas argenti.

De precio apponendo in vino, ad Jovis in consilio quinquagenario.

(123) (*De gabelleriis anthiquis.*) — De Guilliermo Curt qui multas lamentationes emisit pretexto perde per eum et ejus sodalem facte in gabella carniū, fuit dictum ut solvant gabellam ipsi omnes et, ex quo idem Guiliemus fuit toto tempore sue vite bonus servitor civitatis, fiat sibi donum et reverberetur illi quota sue perde loco remuneracionis servitorum, nec de ceteris loquatur ne in consequenciam trahatur, et istud advisamentum communicetur Jovis in consilio quinquagenario.

De instrumentis que interfuerunt in ignibus jocosis, dentur cuilibet ipsorum qui eisdem instrumentis luserunt sex solidi et aliis, sicuti Pilloi et Guiliermo ac Ludovico, cuilibet unus testonus.

Commictitur vacuatio arreragiorum de Rippa et Michaeli Nergua.

(*Compromissum Pape, mugnerii.*) — Papa, mugnerius, pretexto difference quam habet cum certis mugneriis molendinorum civitatis, promictit stare ordinacioni dominorum syndicorum et consilii ordinarii.

(*Burgensis.*) — Hudricus Pichat, filius quondam Johannis Pichat, de Hermencia, navaterius, nunc parrochie Magdalenes, fuit admissus in burgensem mediantibus viij florenis.

Jovis xxvij novembris. — (*Consilium L<sup>um</sup>.*) — Orsieris, H. Fabri, Megex, Frojon; — Danel, Fornerat, Balli, de Rippa, Lestelley, Fonte, Navis, Magistri, Nergua, Migerandi, Leta, Cartellier, Curt, Ramel, Joly, Jo. de Mara, Dy. Dada, Jo. Vallet, Philippus Regis, P. Grassier, G. Pactri, Anthonius Probi, Jo. Fabri, Jo. de Pileo Rubeo, Jo. Lullini, Amedeus Reynaudi, Michael Sept, (Jo. Fabri,) Jo. Ballard, P. Villiet, Glaudius Tornerii, Franciscus de Fosses, Mermetus de Ulmo, Ny. Gentilis, Anthonius Millanesii, Robertus Fore, P. Poterelli, Jo. Bovier, Jo. Boysson, Andreas Girardi, Peronetus Joly, A. Rosseti, Johannes Sept, P. de Casalibus.

(*De carroneria.*) — De carroneria, admodietur P. Corna, si illam vult habere sub sallario assueto, et vendat carronos ut sibi videbitur.

(*De vino.*) — De vino, vendatur vinum precio racionabili et si vendatur precio irrationabili, domini syndici, quibus spectat pollitica, remedium apponant et nulla fiat pro nunc taxa nec crida, ne per officarios graventur et pollitica auferatur a syndicis; et fiat crida quod omnes tabernarii vendentes<sup>1</sup> in suis domibus tabernas, vendant in minuto et tradant his qui ibunt, justo precio.

<sup>1</sup> Lisez: tenentes.

De adventu r. domini, fiant preparaciones.

(*De fassinis.*) — De fassinis per civitatem emptis, ille dispergantur precio duorum denariorum pro qualibet, nec in majori numero sex expendantur.

De Guilliermo Curt, remictitur consilio ordinario.

De hiis qui furantur clausuras, ad cras in consilio ordinario.

(*De Curt et aliis.*) — De Curt et aliis, stet conclusio precedens.

Veneris xxviiij novembris. — Orsieres, Fabri, Megex, Frojon; — Cartellier, Danel, Ramel, Bovier, Curt, Lunes, Baudi, de Rippa, Joly, Lestelley, Nergua, Fonte, Navis, Leta, Migerandi, Magistri, Rosseti.

(*Caucio.*) — Petrus Oliverius, admodiator gabelle introgii vini, cavit per nobilem Ludovicum de Lestelley et Johannem filium quondam Oliverii Chapuisii, qui promiserunt in forma, cum renunciacionibus juri dicenti etc. principalem etc.

De monacho heri capto, vadant syndici ad d. vicarium et dicant quod mandet procuratorem cum consencierunt heri ut caperetur.

(124) Fiat mandatum e. Fonte ut in rotulo. — (*Mandatum habet.*)

#### Lictera testimonialis.

Comparuerunt nobiles syndici coram r. d. vicario, in aula ejus domus, in exitu consilii ordinarii et in conspectu domini procuratoris fiscalis, et sibi proposuerunt sicuti quidam religiosus abbacie Alpium qui dicitur prior ejusdem abbacie claustralis, ex quo dominus abbas Cheysiriaci eum ceperat de mandato verbali et licencia ipsius domini vicarii in domo Johannis Vidon, et ab ipsa domo idem dominus abbas Cheysiriaci eundem priorem de loco ad locum transduxerat, scilicet ad hospicium de l'Eschaquier hora nocturna. Ipsi nobiles syndici, scilicet Megex et H. Fabri, venerunt ad ipsum reverendum dominum vicarium et sibi narraverunt negocium et consilium ab eo quid essent acturi pecierunt, ne jurisdictio illu. et reverendissimi domini nostri episcopi lederetur, illum ad Domum ville adduxerunt in qua nocte preterita pernoctaverat; et ex quo est religiosus et eciam de consuetudine ecclesiastici post solis ortum soliti sunt remicti procuratori fiscali. Unde pecierunt ut idem r. d. vicarius preciperet eidem domino procuratori quod ipsum monachum caperet et duceret eum ad domum episcopalem. Qui quidem r. d. vicarius precepit eidem procuratori ut ipsum monachum duceret ad carceres episcopales; qui procurator se obtulit parere mandatis. De quibus premissis dicti domini syndici a me petierunt testimoniales licteras quas eis concessi. Presentibus e. Anthonio de Fonte, Guiliermo Danelli et Joly, Humberto Trenchet, dicto Bise et Johanne Martini. Tandem idem procurator ivit ad domum episcopalem, et cum eo Guiliermus Megex

et Frojon, et inibi ipsum monachum ad episcopalem carcerem duxit. Presentibus dictis H. Trenchet, dicto Bisez et pluribus aliis<sup>1</sup>.

*Martis secunda decembris.* — Orsieres, Fabri, Megex, Frojon; — Danel, A. Versonay, Curt, de Ripa, Joly, Lestelley, Nergua, Fonte, Navis, Leta, Magistri, Rosseti.

*(De sisiis.)* — De sisiis, fiant cride sub pena collaris per tres horas pro prima vice, et pro secunda sub pena fustigacionis, ne aliquis exinde furetur in franchesiis clausuras et sisias, siccas nec virides.

*(De arreragiis.)* — De arreragiis, quoad concernit Chambet, videant Nergua et alii; cetera remaneant donec thesaurarius reddat computum de anno presenti.

*(De Curt.)* — De Curt, remaneat negocium usque ad aliud consilium quinquagenarium.

*(De Henrico Bucloz.)* — De Henrico Bucloz, ex quo potest servire civitati, admictatur in burgensem pro sex scutis ad solem.

De fassinis, fiant cride ne vendantur hinc ad carnisprivium ultra xvij gr. pro centum et ille sint adhuc bone et rationabiles.

De pauperibus, vigilles exercent officium.

De vidimus, ad Veneris.

De tribus macellariis qui nunc supplicationem porrexerunt, allocantur ceteros macellarios Longemale et concordent cum eis, et quod cum eis egerint domini syndici et consilium habebunt gratum.

*(Mandatum.)* — Fiat mandatum ut cuilibet artillierio tradatur unus florenus ultra expensas.

(125) — *Veneris quinta decembris.* — Orsieres, Fabri, Megex, Frojon; — Danel, A. Versonay, Curt, Joly, de Ripa, Lunes, Lestelley, Nergua, Fonte, Navis, Leta, Magistri, Rosseti.

*(Lictera missiva.)* — Fuit lecta lictera missiva mandata per reverendissimum dominum nostrum episcopum.

*(Mandatum.)* — Mandatur thesaurario quod tradat nobili Karolo de Menthone, pro querendis nonnullis juribus pertinentibus civitati, decem scutos solis.

*(Caucio.)* — Commendabilis Guiliermus Curt, admodiator alarum scilicet juris pertinentis civitati, promisit de novo solvere et cavit per commendabilem Guiliermum Danelli in forma majori, cum renunciacione juris dicentis principalem prius fore quam fidejussor, epistole divi Adriani etc.

*(De asserentibus se franchos a solutione gabelle vini.)* — Quia gabellerii conqueruntur et dicunt quod sunt multi asserentes se esse franchos a

<sup>1</sup> Par lettre en date d'Ivrée, 12 décembre [1522], l'évêque Pierre de La Baume demande aux syndics des renseignements sur cette affaire (P. H., n° 930).

solutione introgii vini, pecierunt illos sibi dari in rotulo. Fuit conclusum quod se informet ab aliis admodiatoribus.

De burgense et servitore domini syndici Fabri, admictatur mediantibus tribus scutis auri.

De armaniat, petantur partes in consilio episcopali et eciam domini medici ut inde sciatur veritas illorum.

Quia navaterii renuunt vendere fassinis ad formam cridarum, vigilles vadant et vendant ad precium ordinatum.

*Martis nona decembris.* — Orsieres, Megex; — Cartellier, Danel, A. Versonay, Curt, de Ripa, Berterat, Lestelley, Fonte, Navis, Magistri, Leta.

*(De Reymondo de Ponte.)* — Exposuit Reymondus de Ponte sicuti officarii comitales, ex quo obtinuit moneri unum ex suis servitoribus vigore submissionis, reduxerunt ejus bona ad manus comitales existencia penes ipsum comitatum et apposuerunt sigillum in sera porte sue domus et arma sive penuncellos armorum illu. d. comitis, et ultra premissa, die Mercuri novissime lapsa, in loco Bone et in mercato publico, fuit per ipsos officarios voce preconia prohibitum omnibus creditoribus<sup>1</sup> suis ne(c) aliquid habeant solvere in manibus dicti Reymondi; et fuit sibi tradita una copia in qua nulla est citata dies, que cedunt in prejudicium jurisdictionis episcopalis. Quare peciit super premissis remedium apponi. Vadant domini syndici ad r. dominum vicarium et requiratur quod tam ipse quam ipsum consilium remedium apponant et juridice provideant.

*De Vigando.* — Vigandus, impressor, lamentacionem emisit quod sunt nonnulli in hac civitate degentes qui, in detrimentum sui honoris et illius depravacionem, nonnulla verba et colloquia suam famam denigrancia seminarunt, asserendo quoddam armanat per eum impressum fore mendosum, quod tamen vallidum manutenere vult et dixit illud fuisse dictatum per duos excellentissimos doctores de Norembur et Basile. Idem se obtulit cavere de manutencione. Fuit conclusum quod vadat cum suis fidejussoribus ad reverendum dominum vicarium et apud illum querimoniam faciat. Et se obtulerunt domini syndici quod eorum incombit officio adimplere.

De alio burgense, fratre servitoris Fabri, creando, ad aliud consilium remictitur.

Fuit ibidem lecta una lictera missiva mandata per dominum Cresti, occasione militis de Mellunes. Rescribatur eidem domino Cresti et eciam, si opus sit, eidem militi.

(126) *(De fassinis.)* — De fassinis, remaneant in suo esse et precium illarum et taxa.

*(De collovineriis.)* — De collovineriis, quia dubium et periculum maxi-

<sup>1</sup> *Lisez*: debitoribus.

mum eminet, fiant cride ne aliqui trahant ad collovrinam in franchisesiis, nec super aquam nisi in eorum ludis et loco determinato.

*Mercuri decima decembris.* — Orsieres, Megex; — Fonte, Nerga, Magistri. (*Testimoniales per syndicum Orsieres petite.*) — Quia n. P. de Orseriis exposuit fecisse petere totum consilium ordinarium ad nunc, occasione perturbacionum factarum in bonis Reymondi de Ponte, et non venerunt licet expectati, peciit testimonialem.

*Veneris xij decembris.* — Orseries, Megex, Frojon; — A. Versonnay, Berterat, Nergua, Leta, Lestelley, Navis, Magistri, Migerandi.

(*Burgensis.*) — Stephanus filius quondam Moneti Rosselli, lathomus, de Arenthone, nunc parrochie Magdalenes, admittitur in burgensem median-tibus viij ff.

(*Compromissum.*) — Humbertus Clemencini, super differencia quam habet cum Petro Serragini, promittit stare ordinacioni nobilium sindicorum. Vocatus idem Petrus recusavit aliquam promissionem facere.

(*De de Ponte.*) — De Reymondo de Ponte, expectetur homo per eum missus Annessiacum et inde, si neccesse fuerit, illac vadat Fonte.

(*De Karolo Magni.*) — Quia dominus Karolus Magni renuit solvere gabellam duorum bovum quos mactari fecit, compellatur ad solvendum prius requisito de solvendo.

(*De predicatore.*) — De predicatore, detur illi unum centum fassarum bonarum et siccarum et sex libre candelarum.

(*De illis de Crusillia.*) — De illis de Crusillia qui compellunt cives ad solvendum pedagium, sciatur ab illis de Ponte Areris quomodo illos tractant, et eciam illi de Crusillia ea de causa alloquantur.

(*De Jacobo de Nanto, petat alibi sallarium.*) — De Ja. de Nanto qui peciit sallarium quando fuit in Allamania, ut dicit, cum Jo. Taccon et aliis, petat ab eis sallarium.

De Jo. Vallet et aliis preparantibus adventum reverendissimi domini, detur Guillermo Curt unum centum fassarum.

*Martis sexdecima decembris.* — Orsieres, Fabri, Megex, Frojon; — Danel, Baudi, Curt, A. Versonay, de Rippa, Lestelley, Navis, Leta, Fonte, Magistri, Migerandi, Rosseti.

(*De paneris traditis Curt.*) — Fuerunt traditi commendabili Guillermo Curt quinque pagnerii ferrei pro adventu domini, item duo moduli gruys, que promisit restituere, et pariter traditus fuit eidem fons thole quem equidem restituere convenit.

(*De domino Coudree.*) — Venit dominus Coudree et iterum querimoniam fecit de uno bosseto vini pridem ad se retento per Johannem Vallet, tunc gabellerium sive intragiatorem bossetorum vini hujus civitatis, et peciit

restitui, asserendo se esse franchum et per consequens exemptum a solucione gabelle vigore nonnullorum privilegiorum quorum copiam dedit in hac Domo; alioquin prosequetur via juris jus suum. (127) Fuit conclusum quod domini syndici vadant ad eum et requirant ipsum quod eligat duos vel tres et similem electionem faciant || in consilio generali || et stabitur ordinacioni illorum.

De detento remisso per procuratorem fiscalem, vadant syndici cum consilibus ad Insulam et videant et interrogent eum.

(*Buctier.*) — Quia Buctier Ludovicus vendidit vinum de Somon ad xiiij denarios, vadant domini syndici ad eum et requirant ab eo vinum et prohibeant ne vendat ad plus de duodecim denariis pro singulo carterono.

(*De Paqueti.*) — Quia Oddetus Paqueti proposuit vendidisse vinum sibi excretum in loco de Lancier dum fuit in hac civitate et ea causa peciit se eximi a solucione gabelle, fuit conclusum quod idem Paquet solvat gabellam.

(*De domino Karolo Magni.*) — De domino Karolo Magni qui mactavit carnes in sua domo et non vult solvere gabellam, fuit conclusum quod compellatur idem dominus Karolus, instantibus macellariis gabelleriis, via justicie.

(*De fassinis.*) — De fassinis, vendantur fassine existentes in hac civitate nec posteriores recipiantur nisi sint meliores.

(*De Ballard.*) — De Ballard cui retinet certam mercanciam castellanus sive pedagogator Crusillie, rescribatur eidem civitati quod relaxet eundem Ballard et ejus mercanciam cum sit burgensis Crusillie.

*Mercuri xvij decembris.* — Orsieres, H. Fabri, Megex, Frojon; — Curt, de Rippa, Fonte, Lestelley, Nergua, Navis, Leta.

(*De domino Coudree.*) — Retulit Orsieres sicut, insequendo conclusionem consilii heri factam, iverunt ad dominum Coudree cui narrarunt eandem conclusionem. Qui dominus Coudree elegit dominum Blecheret et dominum militem Ludovicum de Viry et ipsi r. d. officialem et dominum Brandici, in quo consilio fuit dictum quod electio est bona, tamen non potest fieri sine consilio majori.

*Veneris xviii[xix] decembris.* — Orsieres, Fabri, Megex, Frojon; — r. d. officialis Heustacius Chapuisii, n. Ja. dominus de Brandy; — Montion, Cartellier, Danel, Bovier, Curt, Ramel, Joly, de Rippa, A. Versonay, Berterat, Lestelley, Fernex junior, Nergua, Navis, Leta, Fonte, Magistri, Migerandi.

(*De domino Coudree.*) — Exposuit nobilis P. de Orseriis, consindicus, sicuti externo die comparuit in hac Domo nobilis et potens dominus Coudree; quod jam longo tempore sollicitavit fieri appunctuamentum pretextu sui dolei vini et quod fieret ordinacio et conclusio an vel ne esset exemptus et franchus in hac civitate, quem asserbat talem vigore certorum privilegiorum per eum positorum in manibus sindicorum et illorum civitati

dedisse copiam; dixitque ipse dominus de causa quod est causa est in civitate nec eam absentare proposuit donec fine imposito super hujusmodi negotio et data responsione an velint eum tenere quictum vel ne, et si contradicatur providebit via justicie. Fuit conclusum quod vadant domini syndici ad eum et sibi dicerent quod eligeret arbitros quos vellet pro hujusmodi fiendo appunctuamento, qui elegit prefatum s. d. Johannem Ludovicum Blecheret et spectabilem dominum militem de Viry, et domini syndici sibi dixerunt quod eligebant prefatum r. dominum officialem et dominum Brandici, et se reperirent in hac Domo et ipsum temptarent appunctuamentum.

De Guilliermo Curt et aliis gabelleriis carniun, ne trahatur in consequentiam, solvant residuum firme et quod ad solvendum restat.

(*De Curt.*) — De eodem Curt qui lamentacionem emisit de serviciis per eum factis civitati, durantibus L annis, et nulla(m) remuneracio sibi fuit facta. Fuit conclusum quod dentur sibi ducentum floreni in recompensationem stipendiorum et fiat mandatum thesaurario de solvendo ipsi Curt dictos ducentum florenos, super quibus donatis teneatur servire in adventu reverendissimi domini episcopi sine stipendiis, demptis expensis oris<sup>1</sup>.

(128) (*De domino Coudree.*) — De domino Coudree, vadant domini syndici ad dominum Coudree et occasione differencie et horum que petit velit scripto vel alias facere compromissum quod illos nominet et quos nominabit et cognominabit ac elegerit ipsi domini syndici notificabunt in primo consilio generali et similiter nominabunt prefatum r. dominum officialem et dominum Brandici; et tunc dabitur potestas per generale consilium ipsis arbitris seu aliis eligendis concordandi et cognoscendi et appunctuandi super hujusmodi negotio; et interim et donec tento generali consilio, res in suo esse remaneat.

De dono fiendo reverendissimo domino episcopo et vaxilla argentea fienda, reperiantur cyndrate, si fieri possit, ut brevius fieri poterit.

De fusta pro adventu, injungatur fusteriis ut provideant de fusta.

De illo de Marva, vadant domini syndici ad consilium episcopale.

De Girardino de Rippa, maneat appunctuamentum heri factum per dominum syndicum Fabri cum Jo. Gollion in presencia commendabilis Guillierni Ca<sup>lii</sup>, et dentur ipsi Gollion quinquaginta floreni et servetur indemnis Girardinus de Rippa erga illum.

*Martis xxiiij decembris.* — Orsieres, Fabri, Megex, Frojon; — Danel, Fornerat, Curt, Joly, Berterat, Nergua, Fonte, Navis, Leta, Migerandi, Magistri.

Comparuerunt Glaudius Bessonet, Nycodus Martini, Colinus Chautemps, Prelaz, Glaudius Noblet, Petrus Suarton, dictus Pellifroz, Stephanus

<sup>1</sup> *Finances M*, n° 18, année 1522, mandat n° 145.

Bessonet, fusterii; fuit eis preceptum et injunctum ut provideant de fusta et expediant pro adventu domini ut dicet contorollator et habentes onus, et testimoniales de injunctioe; qui se obtulerunt ministrare.

Retulit n. P. de Orseriis se et ejus socios ivisse ad dominum Coudree et sibi narresse onus eorum et conclusionem consilii.

Satisfiat dicto Rolandi de nemore artillierie et marescallo de ferratura, ut dicet Fonte.

(*Laudimium donatum.*) — De laudimio domini Castri Fortis, fiat pro xl florenis, quod datum fuit r. domino officiali, seccluso quarto denario, in recompensationem laborum sumptorum in agibilibus civitatis, penes quem peccunie ipsius laudimii fuerunt misse per ipsum dominum Castri Fortis.

De vino, non permittatur vendere ultra unum solidum vinum de Somont, et vinum Choutagnie ultra sexdecim denarios, et vinum patrie ultra viij denarios pro singulo carterono.

De duobus servitoribus commendabilis Hugonini Fabri, contemplacione ipsius syndici admictantur mediantibus sexdecim florenis ambo<sup>1</sup>.

De vicario Sancti Germani, juret quod est de suo vino et in suis vineis excreto, et jurato, non compellatur ad solvendum introgium et restituantur eidem pignora.

De fassinis, agat Girardinus de Rippa cum n. Hugonino Fabri.

*Veneris xxvj decembris*, nullum fuit celebratum consilium.

*Martis penultima decembris.* — Orsieres, Fabri, Megex, Frojon; — Cartellier, Danel, Bovier, Curt, de Rippa, Berterat, Joly, Fornerat, Lestelley, Nergua, Fonte, Navis, Migerandi, Magistri, Leta, Rosseti.

(129) (*De Jo. Lavenay.*) — Johannes Lavenay exposuit se fuisse reperitum debitorem erga pissidem Animarum in suma iiiij<sup>c</sup> (centum) lxvj ff. et duorum solidorum et octo denariorum cum obolo, super qua peciit detrahi loquerium medietatis domus Jacobi Paqueti pro dimidio anno, quo fuit ipsa domus a parte posteriori edificata et sit privatus comodo illius; eciam exposuit in exigendo arreragia tenuit unum clericum [per] spacium duodecim annorum salvo pluri, quem non tenuisset nisi fuissent illa arreragia; petit sibi satisfieri de expensis et sallario ejusdem aut saltem ex dicta summa detrahi. Fuit remissa conclusio ad aliud consilium.

(*De vino.*) — Quia sunt aliqui qui vendiderunt et vendunt vinum de Somont ad xiiij denarios pro singulo carterono et vinum Choutagnie ad xviiij denarios, de quibus conqueritur dominus vicarius dicendo quod ponet ordinem, fuit conclusum quod fiant cride quod non vendatur carteronus vini de Somont plus de uno solido, et quarteronus vini Choutagnie plus de sex quartis, et vinum patrie plus de viij denariis.

<sup>1</sup> Voir ci-après, p. 251.

(*Mutacio anni.*) — HIC MUTATUR ANNUS, SCILICET INCIPIT REGISTRUM ANNI MILLESIMI QUINGENTESIMI VIGESIMI TERCII.

*Veneris secunda mensis januarii.* — Orsieres, Fabri, Megex, Frojon; — Cartellier, Danel, Baudi, Curt, Fornerat, Joly, Berterat, A. Versonay, Lestelley, Nergua, Fonte, Navis, Leta, Magistri, Rosseti, Migerandi.

(*De procuratore pissidis.*) — Prosecatur causa pissidis Animarum contra Benedictum Ginodi, sumptibus civitatis et communitatis.

(*De vigilibus.*) — De vigilibus qui pecierunt sibi fieri aliqua indugmenta pro adventu domini, fiat ut fuit assuetum et videantur registra.

(*De Varambert.*) — De Bernardo Varamberti et ejus nepote, solvant que debent pissidi [Animarum], intrando sibi xx<sup>ti</sup> scutos eis debitos.

(*De Lavenay.*) — De Lavenay, commictitur auditoribus computorum quod visite[n]t et refferant in consilio.

De domino Karolo Magni, compellatur via justicie.

(*De procuratore fiscali.*) — De villipencione facta procuratori fiscali, vadant domini sindici ad dominum vicarium et supplicent fieri justiciam de hiis qui, exercendo officium, infuderunt setullam aque, et hoc fiat pro honore reverendissimi domini nostri episcopi.

(*De cridis.*) — De cridis in quibus dominus vicarius ultra confiscacionem vini apposuit penam sexaginta solidorum, alloquantur dominum vicarium ut allevietur illa pena et conten[te]tur vinum erogari pauperibus.

(*De decellantibus consilium.*) — De decellantibus consilium, ponatur bonus ordo, et de injuriis habitis inter Joly et Fonte, instetur ut promictant stare ordinacioni consilii.

(*Compromissum sive submissio.*) — Hiidem Fonte et Joly promiserunt stare ordinacioni consilii, omni appellatione postposita.

(130) *Martis sexta januarii*, fuit festum Epiphanie Domini et sic nullum fuit celebratum consilium.

*Veneris nona januarii, post prandium.* — Orsieres, H. Fabri, Megex, Frojon; — Cartellier, Fornerat, A. Versonay, Danelli, Berterat, de Ripa, Curt, Joly, Lestelley, Nergua, Fonte, Navis, Magistri, Migerandi, Leta, Rosseti.

(*De Matellino.*) — Matellinus, olim vigil, exposuit et querimoniam fecit quod ex quo, tam pietatis intuitu quam ex precepto domini procuratoris fiscalis episcopatus Gebenn., ipse retraxit quandam pauperulam filiam cui amputatus fuit de proximo nasus, fuit pluries sollicitatus per n. Amblardum de Monetier ut ipsam filiam a sua domo expelleret, et si ita faceret, daret sibi bad...<sup>1</sup> et vinum ad bibendum; et ex quo sue voluntati noluit acquies-

<sup>1</sup> Lisez peut-être : bladum.

cere, ipse Amblardus minas sibi intulit de eum atrociter verberando; unde peciit ultra salvam gardiam exequutionis se de eo assecurari, alioquin dari sibi licenciam se deffendendi; et de premissis testimoniales. Conclusum ut domini sindici dicerent eidem Monetier ut a talibus minis cessaret, alioquin justicia apponet manum, et fiat in eum deffensio penalis de non actemptando.

E. Bartholomeus Mecerii, notarius, parrochie Sancti Gervasii, repertus scriptus in libro civitatis<sup>1</sup> et peciit xxxvj florenos et non erat tempore promisso; peciit se admicti ad juramentum, qua cum esset foris et sit homo probus et juravit de eadem suma, solvatur sibi eadem quantitas et fiat mandatum.

(*Burgensis.*) — Petrus filius quondam Petri Catrier, de Vers, parrochie de Bellossier, nunc parrochie Sancti Leodegarii, admictitur in burgensem mediantibus viij ff.

De vinis, remaneant cride ultimo facte.

De macellariis qui vendunt ultra promissionem carnes bovinales ad quinque denarios et mutonem ad tres quartos, inhibetur, sub pena etc.; nec vendant carnes ultra tres fortes et mutonem ad plus de vij denariis; et vadant vigilles seriatim ad ipsorum macellariorum domos et faciant prohibitionem ne vendant ad plus de v denarios.

(*De molendinis.*) — De molendinis et peccuniis, Varamberti tradat peccunias et fiat sibi mandatum de xx scutis sibi debitis, ut in libro civitatis<sup>2</sup>.

De computis, signent illos qui receperunt; et de querimoniis, remictitur in consilio quinquagenario.

De de Fonte et Joly, ad Martis.

(*Burgensis.*) — Jacobus filius quondam Petri Bollet, minuserius, parrochie Sancti Germani, admictitur in burgensem mediantibus viij ff.

Fiat mandatum Francisco Mariglerii de quatuordecim ff. sibi debitis, ut in libro civitatis. — (*Mandatum habet.*)

*Martis xiiij januarii.* — Orsieres, H. Fabri, Megex, Frojon; — Cartellier, Curt, de Ripa, Danel, Joly, Fornerat, Berterat, Lestelley, Fonte, Navis, Nergua, Migerandi, Leta, Magistri.

(*De fusta.*) — Datur onus Guilliermo Curt accipiendi fustam et tenendi computum cum fusteriis, pro adventu domini nostri episcopi.

(131) (*Burgensis.*) — Martinus filius quondam Aymonis Burlat, de Intermontibus, mugnerius, parrochie Sancti Leodegarii, admictitur in burgensem mediantibus octo ff.

(*De Fonte et Joly.*) — Super differentiis A. de Fonte et P. Joly, fuit facta pronunciacio et ordinatum quod remicterentur injurie hinc inde, quod factum fuit, et in signum amicicie se invicem amplexi fuerunt.

<sup>1</sup> Bourgeoisie A, n° 2, fol. 76 v° et 77, où la somme payée à B. Messiez est de 17 ff. 2 gr. — Le chiffre indiqué dans le R. C. est d'une lecture douteuse.

<sup>2</sup> Ibidem, fol. 40 v° et 41, mandat en faveur de Bernardin Vuarembert.

(*De dominabus Sancte Clare.*) — De lapidibus Sancti Gervasii pridem dirutis a portali antiquo existente juxta grangiam Villiet, dentur dominabus Sancte Clare amore Dei.

De citatis Chamberiaci, quia citacio concernit denarios fiscales, provideant citati respective.

De Lavonex et molendinis civitatis, ad Veneris.

De hiis qui operantur in neccessariis adventus, dentur cuilibet exinde quatuor solidi pro singulo die pro expensis, et illis mediantibus, faciant sumptus.

*Veneris xvj januarii.* — Orseries, Megex, Frojon; — Danel, A. Versonnay, Curt, Fornerat, Bovier, Joly, de Rippa, Berterat, Lestelley, Nergua, Fonte, Navis, Leta, Magistri, Rosseti, Migerandi.

(*Burgensis.*) — Nycolaus Bocardi, fromagerius, parrochie Madalenes, filius quondam Guillermi Bocardi, de Sallanchia, admittitur in burgensem mediantibus viij ff.

(*Burgensis.*) — Johannes, ejus frater, ut supra.

(*De medalliis.*) — De medalliis pro adventu principis nostri et presulis, quia venit Jo. de Arpa<sup>1</sup> qui apportavit medallas, quarum una erat depicta simpliciter ad facturam alabaustri et alia magis depicta cum diversis coloribus et auro; et dixit quod illa que depingebatur erat majoris coste de media parte quam alia, et sic faceret quid foret conclusum. Fuit conclusum quod fiant magis apparentes, non obstante costa, pro honore principis et civitatis.

De facto de Lestelley, ad Martis.

(*De Lavenay.*) — De Lavenay, dentur illi viginti scuti auri ad solem.

De fratribus Rippe, solvant intragium vini per eos empti ut est consuetudo, ut retulerunt potissime Guiliermus Curt. De vino excreto nichil solvant.

(*Burgensis.*) — Amedeus filius Jacobi Chynuti alias Larpini, fromagerius, de Sancto Jorio, nunc parrochie Madalenes, admittitur pro viij ff.

*Martis xx<sup>ma</sup> januarii.* — Orsieres, Megex, Frojon, Fabri; — Cartellier, Curt, Bovier, de Rippa, Balli, Berteracti, Lestelley, Fonte, Navis, Magistri, Rosseti, Migerandi.

(*Burgensis.*) — Nobilis Henricus Bucloz, parrochie Sancti Germani, banquerius, filius nobilis Pascalis Bucloz, dyocesis Cesaree Auguste, admittitur in burgensem mediantibus viij scutis solis.

(*Burgensis.*) — Rolinus Guillocti, parrochie Sancti Gervasii, navaterius, filius quondam Guillermi Guyocti, de Aquiano, admittitur in burgensem mediantibus viij ff.

<sup>1</sup> Sur maître Jean de l'Arpe, peintre et citoyen de Genève, mentionné dans un document du 22 avril 1521, voir le *Dictionnaire des artistes suisses*, t. IV, p. 14 et 119.

(*Burgensis.*) — Guiliermus Morselli, marescallus, parrochie Sancti Gervasii, filius quondam Petri Morselli, de Grisyni, parrochie de Leaz, admittitur in burgensem mediantibus viij ff.

De cyndratis, nondum emanantur.

De rescribendo domino, rescribatur ut placeat notificare adventum.

De Fratribus Pallacii, remaneant in consuetudine solita.

(132) (*De lapidibus d. Sancte Clare.*) — De lapidibus donatis dominabus Sancte Clare, vada[n]t opperarii parte civitatis et quos voluerit Villiet deputare, et refferant; et interim non molestetur coram fisco.

(*De rotulo no. de Lestelley.*) — De rotulo de Lestelley, eligat duos sui parte et notificetur sibi quod civitas eligit Nergua et Fonte; et idem elegit n. Girardinum de Rippa et Biolesii.

Fiat mandatum P. de Furno de suma xlvj ff. uno solido. — (*Mandatum habet.*)

*Veneris xxiiij januarii.* — Orsieres, Megex; — Danel, Curt, de Rippa, Berterat, Migerandi, Lestelley, Fonte, Navis, Leta, Magistri, Rosseti.

(*Burgensis.*) — Stephanus de Meyrier, lathomus, parrochie Marie Madalenes, filius quondam Ludovici de Meyrier, parrochie Massongiati, admittitur in burgensem mediantibus viij ff.

(*Burgensis.*) — Glaudius Salamonis, aurifaber, parrochie beate Marie Madalenes, admittitur in burgensem mediantibus viij ff.

(*Mandatum.*) — Fiat mandatum Girardo Carra, pro ferratura magne artillierie civitatis et affusteria ejusdem per eum ferrata, de tribus ff.

Quia adducta fuit quedam juvenis que educata fuit septem annis sumptibus pissidis et que, ut dicitur, pertinet domino canonico Navis, que nutrix peciit illam accipi et de residuo salarii sibi satisfieri, fuit conclusum quod remittitur procuratori Animarum, fiendum ut noverit.

(*De pedagio Nyviduni.*) — De pedagio Nyviduni, vadat Rosseti Nyvidunum et Morgiam et notificet ut noverit quibus pertinebat, dampnet quod posset provenire ex eo, et inde notificet, ut provideatur, et Tribus Statibus patrie Vaudi tenendis.

De rotulo de Lestelley, fuit ei dictum quod consilium elegerat Nergua et Fonte, et idem elegit de Rippa et Biolesii.

*Martis xxvij januarii.* — Orsieres, Fabri, Megex, Frojon; — Cartellier, Danel, Curt, de Rippa, Lestelley, Fonte, Navis, Leta, Magistri.

Fuit datus unus solidus parve filie.

De religiosis Rippe ad causam introgii, ad primum consilium.

De magninis, visitentur per operarios expertos, quibus committitur et, facta visitacione, refferant.

(*De Crusillia.*) — De illis de Crusillia, fiat illis responsio de lictera mis-

siva<sup>1</sup> et in illa apponatur quod de pondere quod nimius fuerit exactum restituatur, et de reliquis observentur lictere et antique consuetudines.

De pictoribus, evocentur pictores et sciatur quantum habere volunt; et inde domini sindici (et) faciant mercatum cum illo qui minori faciet precio, dum bene faciat et sit expertus talis pictor.

(*Burgensis.*) — Petrus Taccon, faber, parrochie Magdalenes, filius quondam Jacobi Tacon, de Margencello, admittitur in burgensem mediantibus viij ff.

R[ecipi]t e. P. Magistri presens consilium.

(133) *Veneris xxix [xxx] januarii.* — Fabri, Megex, Frojon; — Cartellier, Danel, Curt, Fornera, de Rippa, Versonnay, Lestelley, Fonte, Leta, Rosseti, Navis, Migerandi, Magistri.

Domini sindici vadant ad reverendissimum dominum Mauriane episcopum et apud illum preces fundant ut civitatem recommissam habere velit in opportunis.

Detur illi pauperi filie donate d. canonico Navis de elemosina unus ff.

De religiosis Rippe, nichil ab eis exigatur de introgio vini pro eorum provisione intrati et intrandi.

De pictoribus, remittitur ad consilium [quin]quagenarium.

De pedagio Nyviduni, non fiat aliqua mencio nec sollicitatio illius pre-textu pro nunc.

(R[ecipi]t e. Magistri.)

*Sabacti ultima januarii, post meridiem.* — Fabri, Megex, Frojon; — Montion, Cartellier, Fornerat, Curt, Lestelley, Nergua, Navis.

(*De lictera Sollodorrensium.*) — Fuit lecta missiva a magnificis dominis Solodorrensibus tramissa, data xxij januarii, per quam peteba[n]t scultetus et consules contenta in eadem que sunt Agnetis Molitoris, quam asserunt decessisse et bona illius eisdem spectare. Fuit conclusum quod feratur eadem lictera missiva r. d. vicario et, collato, fiet responsio portitori(s) et scribatur quod quilibet decedens in civitate, civis, burgensis et incola, cujuscunque condicionis existent, potest testari et si intestatus decedet, propinquior in genere solitus est illi succedere.

R[ecipi]t e. Fonte.

*Martis tercia februarii.* — Orsieres, Megex, Frojon; — Cartellier, Danel, Baudi, Fornerat, Curt, Lestelley, Nergua, Fonte, Monte, Rosseti, Magistri, Navis, Leta.

<sup>1</sup> Lettre de Louis de Prouvannaz, châtelain de Cruseilles, datée du 23 janvier 1523, au sujet de taxes indûment perçues à Genève sur les bourgeois de ce bourg. Une note marginale indique que la réponse a été expédiée le 30 janvier (P. H., n°937). Voir ci-dessus, p. 240 et 241.

(*Burgensis.*) — Johannes Collombi, carpentator, parrochie Sancti Ger-vasii Gebenn., filius quondam Hugonis Collombi, de Bassyn in patria Vaudi, admittitur in burgensem mediantibus viij florenis.

Venit magister Ludovicus<sup>1</sup>, rector scholarum hujus civitatis et exposuit sicuti in presenciarum est quidam clericus extraneus, commorans in domo dicti Cergat, et ibidem ultra voluntatem et consensum ipsius rectoris detrahit scolares et tenet scolam privatam, unde peccit illum expelli et ei(s) concedere vigilles ad illum ducendum ad magnam scolam, ibidem disciplinandum; conclusum ut sic fiat.

Venit Mantillion et exposuit quod turris civitati pertinens, situata prope scolam, est apperta, in qua clerici, reverenter loquendo, vadunt et cloacas faciunt; peccit sibi dari licenciam ibidem faciendi unam forgiam et tenebit turrim mundam. Fuit conclusum quod mundetur et claudatur, nec tradatur eidem.

Venit magister Jo. Collondaz, pictor, qui fuit interrogatus pro quanto faciet necessarias (et) picturas adventus r. domini episcopi. Respondit: pro lxxiiij scutis solis.

Fiat mandatum thesaurario super rotulo librarum extraordinariarum lecto. — (*Mandatum habet.*)

Fiat mandatum Guillermo Danelli super libratibus per eum et parcellis occasione adventus. — (*Mandatum habet.*)

(134) Precipitur carpentatori civitatis quod affigat in pede turris civitatis extra portam Baudet banchum, affigendo palos et valla ut erat.

Fiat mandatum Anthonio Rosseti<sup>2</sup> quod solvat Rosseti, pro tribus diebus quibus vacavit in patria Vaudi occasione pedagogii, ad rationem xvij solidorum pro singulo die, iij ff. vj g. — (*Mandatum habet.*)

De illu. et reverendissimo domino nostro episcopo, rescribatur illi quantum opportunum erit.

(*De Benedicto Gynodi.*) — De Benedicto Gynodi, non loquatur de eo in consilio generali.

De consilio tenendo Veneris pro electione sindicorum, fiat rotulus et videatur antiquus, et petantur omnes describendi.

S'ensuit<sup>3</sup> le rosle de ceulx que l'on doit demandé vendredy prochayn six de fevrier mille v<sup>c</sup> xxiiij en la Meyson de la ville pour fere l'election de Mess<sup>rs</sup> les nouveaux sindiques avec les Conseil ordinayre et de cinquante, estant sindiques anciens nobles Pierre Dorsieres, Hugonyn Favre, Guill<sup>e</sup> Megex et Jaques Frojon.

<sup>1</sup> Louis Beljaquet; voir ci-dessus, t. VIII.

<sup>2</sup> Lisez: thesaurario.

<sup>3</sup> Ce rôle est écrit sur une feuille non paginée, insérée entre les folios 133 et 134. Les noms précédés d'un astérisque le sont d'un trait dans l'original. Nous ignorons le sens de cette marque distinctive.

S'ensuyt le Conseil ordinaire: \*Mons<sup>r</sup> de Brandy, \*Mess<sup>re</sup> Pierre Fabri, \*noble Francoys Cartellier, \*n. Pierre de Fernay le Joeune, \*n. Anthoyne Versonnay, \*Francoys Fornerat, Jeham Bovier, \*Guill<sup>e</sup> Curt, \*Pierre Joly, Miche Nergua, Anthoyne de Fonte, \*Henry Pichon, \*Pierre Navis, Pierre de la Lye, Pierre Magistri, \*Anthoyne Rosset, \*Jeham Migerand, \*Bernard du Mont, Girardyn de la Rive, Jeham Loys Ramel, \*Jeham Baud, Pierre Berterat, \*n. Loys Montyon, Guill<sup>e</sup> Aquinee, \*Loys Lestelley, \*n. Pierre de Fernay l'ancien, \*Guill<sup>e</sup> Danel.

S'ensuyt le Conseil des cinquantes:

Et premierement aut bourg Saint-Gervays et sus le pont du Rosne:

\*Pierre Chatel, \*Pernet Joly, \*Amé Magnyn, \*Amé Reynaud, \*Jeham Colondaz.

En la rue de la Reviere desout et de Nostre Dame du Pont:

\*Illayre Richardet, \*Nantermet Tissocetz, Jeham Lullyn, \*Jeham Chapeau Rouge.

En la Jueriez et la Grand Bocherie:

\*Pierre Favre, Guill<sup>e</sup> Pensabyn, \*Pierre Gardet, Pierre Rosset, \*Jaques Conte, \*Pierre Poterel.

En la rue de la Meyson de la ville et devant Nostre Dame la Nosvez: Estienne Macheret, Rolet du Nant, \*Mermet de Loermoz, Jeham Garin.

En la rue dou Bourg de Fors et Saint Anthoyne:

\*Jeham Sept, \*Loys Curtet, \*Pierre Grassier, Francoys de Fosse, \*Aymé Julliard, \*Francoys Suchard, \*Jeham Nycod, Rolet Bonnoz.

En la Revyere desoub despuys le carré de la Fusterie jusque à Ryve:

Jeham Ballard, \*Girardyn Bergeyron, \*Nycod Cortagier, \*Andrien Girard, \*Monet Mestral, \*George Pactry.

En l'autre rive de la Revyere, despuys Nostre Dame du Pont jusque à Ryve:

\*Jeham Boysson, \*Bartholomé de Crosa, \*Francoys Testu, \*Pierre Villiet, \*Jaques Servel, \*Jeham Lavenay, Thomas Moyne, Jaques du Crest, \*Michel du Payn, Reymond du Pont, \*Jeham Vallet, \*Glaude Pitard, Estienne Peccollat, Anthoyne Millaneys, Jeham Ros.

En la rue du Perron:

\*Nycod du Villart, \*Nycolas Gentil.

S'ensuyvent les aultres debvoer à demander avecz les sus nommés:

En la rue devant Nostre Dame du Pont: n. Maryn de Versonnay.

Aut Bour Saincz-Gervays: \*Pierre Olivier, Belexert, \*Jeham Lossier, \*Nycolas Alliod.

En la rue de la Reviere devers le lac jusque à Sainc Francoys: \*Pierre Taccon, \*Francoy Milliet, \*Besanson Hugoz, \*Humber Bernard, \*Oddet Paquet, \*Denys Dadaz, Jeham Maboysson, Jeham Taccon, \*George Lec, \*Jeham de la Posz, Pierre Malbosson.

En la Fusterie: Miche Guilliet, \*Glaude Bessonnet, \*Loys David.

En la rue de la Cité: mestre Paule, \*Nycolas Richardet.

En la Reviere dessus jusque à Sainctz Francoys: Jeham Phillipe, Domenne Franc, \*Loys Gautier, Jeham Bordon, \*Luquyn du Payn, Goddet, \*Loys Plonjon, \*Glaude Tornier, \*Domeynne Varambert, \*Pierre Cornaz, Pierre Vyoze, Jeham de la Mars, Henry Pollier, \*Loys Loupze, Amé Andrion, Aymé Bonna, \*Pierre Pollier, Estienne de la Mars, \*Glaude Mercier, \*Jaques Le Cardinal, \*Le Traclier, \*Jeham Boulard, Glaude Chateauneuf, \*Nycolas Favre.

En la rue de Juerie: \*Glaude Vandelle<sup>1</sup>.

*Jovis quinta februaryi*<sup>2</sup>. — Orsieres, Fabri, Megex, Frojon; — Danel, Fornerat, Baudi, Versonay, Curt, Lestelley, Navis, Leta, Magistri, Rosseti.

(*Querimonia facta per Danelli.*) — Proposuit commendabilis Guiliermus Danelli sicuti hodie n. Guiliermus Megex et Jacobus Frojon iverunt ad reverendum dominum vicarium, qui dominus vicarius dixit quod bene sciebat causam qua ipsi sindici ad eum venieba[n]t; et tunc dixit ipse dominus vicarius quod hodie fuerant sibi apportate lictere dominicales, instante procuratore fiscali sive patrimoniali Chamberiaci sive Galliardi, quibus mandatur reduci omnia bona que fuerunt quondam Francisci de Leamon ad manus ducales, et commissio facta domino vicedompno Gebenn. seu ejus locumtenenti; quas licteras dominus (135) Terralium, locumtenens domini vicedompni, sibi presentaverat ut super illis decerneret licteras placitorias, quas tamen decernere recusavit; et dixit ipse r. dominus vicarius quod si reverendissimus dominus noster episcopus decerneret licteras placitorias, quod relinqueret officium suum et illi renunciaret; et precepit ipse dominus vicarius ipsis n. sindicis ut premissa exponerent in consilio hujus Domus ville ut magis secure provideatur circa hujusmodi negocium. Fuit conclusum: vadant domini sindici et consules ad r. dominum vicarium, portent franchisesias, petant illas observari, nec permictatur quoquo pacto dictam franchisesiam infringi.

(*Burgensis.*) — Nycolaus Grifonis, drapperius sive factor nobilis Hugonini Fabri, parrochie Magdalenes, filius egregii Jo. Grifonis, de Rumilliaco in Albanesio, admictitur in burgensem mediantibus viij ff. contemplacione n. H. Fabri.

(*Burgensis.*) — Glaudius, ejus frater, similiter.

(134) *Veneris sexta februaryi.* — (*Consilium quinquagenarium cum ordinario, junctis aliis L ad formam capitulorum*<sup>3</sup>.) — Orsieres, Fabri, Megex, Frojon; — Cartellier, Danel, Curt, Fonte, Navis, Leta, de Monte, de Rippa,

<sup>1</sup> Cette liste comprend les 4 syndics, 27 membres du Conseil ordinaire, 50 du Cinquante et 46 autres noms, soit en tout 127 citoyens.

<sup>2</sup> Cette séance est placée dans le registre après celle du vendredi 6.

<sup>3</sup> Disposition prévue dans la sentence arbitrale prononcée par le duc de Savoie le 1<sup>er</sup> septembre 1519; voir J.-A. Gautier, ouvr. cité, t. II, p. 167.

Lestelley, A. Versonnay, Berterat, P. Joly, Jo. Baud, Magistri, Fornerat; — A. Millanesii, Jo. Boysson, F. Testuti, Mermetus de Ulmo, Jo. Sept, P. Regis, Jo. Nycodi, Andreas Girardi, P. Villiet, Franciscus Suchardi, Robertus Fore, Franciscus de Fosses, Roletus de Nanto, Jo. Garini, P. Chapuisii, Jo. de Pileo Rubeo, Jo. Lullini, Peronetus Joly, Ste. Macheret, Nantermetus Tissocci, Michael Guilliet, P. Navillioz, Jo. de Palude, Jo. de Poste, P. Vindret, Dyonisius Dadaz, P. Grassier, Ste. de Mara, G. de Castronovo, Jo. Malbosson, Jo. Malliardi, Aymo Julliardi, Belexert, Amedeus Tornerii, Jo. Philippi, Amedeus Magnini, Ste. Curtilliet, Jo. Collondaz.

Fuit expositum per n. P. de Orseriis ut omnes ydonee eligerent syndicos ad formam capitulorum; et cum juramento fuit facta electio et habuerunt majores voces: Franciscus Fornerat et Johannes Ludovicus Ramelli inferius, et superius A. de Fonte et Glaudius Vandelli. Secunde et alie quatuor voces fuerunt: Michael Nergua, Dyonisius Dadaz inferius, et superius Johannes Goyeti et Jo. Migerandi.

(*Electio.*) — Fuit electus Fonte in ambassiorem ad eundem apud reverendissimum dominum nostrum episcopum cum missiva et instructionibus<sup>1</sup>.

De adventu domini nostri episcopi, n. syndici futuri videbunt et providebunt.

(*Danel.*) — Commendabilis Guiliermus Danelli, ex quo vadit ad partes Pedemontanas apud illustrissimum dominum ducem pro negociis filii Leamon, se obtulit paratum stare conclusioni fiende occasione computorum ejusdem Leamon per n. Ludovicum de Lestelley, de Ripa et Nergua, eciam quantum concernit Varambert.

(135) *Dominico octava februarii.* — (*Consilium generale quo creati fuerunt novi nobiles syndici.*) — Orsieres, Fabri, Megex, Frojon; — Mermetus de Ulmo, Aymo Julliardi, Glaudius Chyna, Petrus Fabri, P. de Cresto, Glaudius Marchiandi, Nycolaus Fabri, Johannes Frochet, (P. de Cresto,) Ludovicus de Monte, Guiliermus Danelli, Stephanus Chynuti, Glaudius Boulet, Jo. Letraclier, Reymondi, Paulus Balli, Christinus Tombet, Jacobus Barberii, Ludovicus de Nanto, Stephanus Arnaudi, P. Paqueti, P. Gardet, Michael de La Doey, P. Destrier, Michael Nergua, Girardinus de Ripa, Glaudius Savoex, Nycolaus de Nanto, Nantermetus Tissocci, G. Tappunerii, Rananus Cohendet, Bernardus Boulet, P. Pillisserii, Nyco. Viffry, Jo. Vuchardi, P. Pilliet, Glaudius Bessonnet, Bastianus Bessonnet, Franciscus Morelli, Matheus Collombi, Jo. Sept, Johannes Ballon, Jo. de Fonte, Jo. de Metis, Andreas Berteracti, Glaudius Salamonis, Marquetus Perenet, P. Basset, Jacobus Gerdilis, Nycodus Mistralis, Perrinus Villiet, Amedeus Andreonis, Petrus Pillicerii, Jo. Chent, Andreas de Malvenda, Guiliermus Hugonis, Glaudius Richardet, Jo. Philippi, Amedeus Gervasii, Georgius Pactry, P. de Costergio, Ludovicus Plon-

<sup>1</sup> Ces instructions sont conservées avec le brouillon de la lettre (P. H., n° 936).

jon, Georgius Marchiandi, Franciscus Suchardi, P. Violliacti, Ste. Machereti, P. de Mollario, Jo. Menenchi, P. Magistri, Ste. Chenuti, Bartholomeus de Crosa, P. de Leta, Guyoctus Vuydat, Jo. de Orseriis, Blasius Turbilliodi, P. de Choudens, P. Navis, P. Puvelli, Aymo Pitardi, Jo. de Pileo Rubeo, Ludovicus de Bolo, Petrus senior de Fernay, Petrus Gervasii, Petrus Banderie, Goninus Pilliodi, Jo. Valleti, Johannes Surdi junior, Michael Sept, Gregorius de Nemoribus aurifaber, Jo. Chapuisii, Burnetus Priocci, Hudriodus de Mollario, dictus Pelloz, Ja. de Malodumo, Guiliermus de Mota, Jaqueminus Bel, P. Vouterii, Guiliermus Hospitis, Ny. Martellet, P. de Montatis, Mauricius Salliet, Martinus de Villa, Bernardus Chenevardi, Amedeus Girardi, Gaspardus de Verrussis, P. Chapuisii, Humbertus Lerat, Mermetus Velliardi, Anthonius Ferrati, Jo. de Burgo, Jo. Balli, G. de Castronovo, F. Cartellier, G. Curt, Andreas Malliardi, Anthonius de Fonte, P. Berteracti, Ste. de Mara, Jo. Ludovicus Ramelli, Jo. Levrerii, Jo. Malliardi, Glaudius Savoex.

Fuit expositum per Petrum de Orseriis sicuti erat consuetudo simili die creare syndicos et quod, insequendo statuta per illustrissimum dominum ducem pridem edita, presentabuntur quatuor qui Veneris lapsa (habuerunt) in aula Domus civitatis habuerunt majores voces et quatuor qui habuerunt minores scilicet secundas majores voces; quatuor qui fuerunt nominati et cognominati per secretarium, alta voce, scilicet (136) inferius: Franciscus Fornerat et Johannes Ludovicus Ramelli, et superius: Glaudius Vandelli et Anthonius de Fonte; alii quatuor qui habuerunt secundas quatuor majores voces fuerunt Michael Nergua, Dyonisius Dada inferius, et superius Jo. Goyeti et Johannes Migerandi; quibus nominatis et cognominatis, prius per eundem de Orseriis expositis negocio domini Coudree qui ibidem comparuit, quod habet contra civitatem et quemadmodum fuerant pro parte domini Coudree electi ejus arbitri: s. d. Johannes Ludovicus Blecheret et spectabilis dominus Ludovicus de Viry, miles, et pro parte civitatis: r. d. Eustacius Chapuisii, officialis Gebenn., et dominus Brandicii; eciam de modo reperiendo ut consules veniant quando petentur et qua pena debet imponi; eciam de eligendis auditoribus computorum et de modo exinde creandi burgenses. Et oppinato supra mencionatas materias, fuit conclusum et data potestas per generale consilium ordinario, juncto quinquagenario, concludendi respective super hujusmodi materiis. Fuit dictum per eundem Orseriis ut haberent eligere ibidem adstantes quatuor ex illis octo superius nominatis et cognominatis, videlicet duos inferius et duos superius, absque alia electione nova, insequendo eadem cappitula et pronunciacionem. Quibus verbis prolatis, se levaverunt a scanis super quibus sedebant Glaudius Richardi et Michael Sept qui dixerunt, eciam Glaudius Savoex, quod nolebant insequi illa capitula nec minus observare, ymo voleba[n]t ut observaretur antiqua consuetudo et quod non oppinarentur eo modo, nec electionem facerent; eciam fuerunt nonnulli assistentes in eodem consilio qui ita dixerunt. Quibus auditis, prefati nobiles syndici surrexerunt et dixerunt se nolle

consentire alicui electioni, baculos relinquere volentes, nec dictorum capitulorum infractio.ii; et protestati fuerunt de nullo modo velle consentire electioni fiende nisi observarentur cappitula predicta; et si aliter fiat, fuerint protestati de nullitate illius.

(*Electio sindicorum, nomina n. sindicorum.*) — Qua protestacione non obstante et protestacionibus emissis, fuit processum ad electionem sindicorum, non servatis eisdem cappitulis, et fuerunt electi syndici n. Johannes Ludovicus Ramelli, Johannes Baudi, pro sindicis inferioribus, et Glaudius Vandelli et Jo. Migerandi, pro sindicis superioribus. Et tandem qui supra et plures alii constituerunt eorum syndicos supranominatos Balli, Ramelli, presentes, Vandelli et Migerandi, absentes, in forma. Presentibus e. Bernardo Boulet, Humberto Trenchet, Andrea Manget, Saturnino Rosat, Jo. Cloye et pluribus aliis.

*Lune nona februarii.* — N. Johannes Ludovicus Ramelli, Glaudius Vandelli, Jo. Baudi; — Danel, Fornerat, Besansonus Hugonis, Dyonisius Dadaz, Curt, Jo. Fabri, A. Versonnay, Girardinus de Rippa, Megex, Frojon, Nerguaz, Plonjon, A. de Fonte, Navis, Leta, Rosseti, de Monte, Carrerii.

Exposuit no. Jo. Ludovicus Ramelli sicuti heri ipsi syndici iverunt ad. r. d. vicarium, se offerendo reverendissimo domino nostro obedire et eidem r. d. vicario et ejus mandatis. Qui r. d. vicarius [dixit] quod esset bonum rescribere domino presidi Chamberiaci quantum concernit licteras quas voluerunt exequi locumtenentes vicedompnatus Gebenn. Fuit conclusum quod rescribatur et mictatur unus vigil.

Quia egregius Fonte, electus ad eundum apud reverendissimum dominum nostrum, dixit se nolle ire pro salariis ordinariis, fuit conclusum quod vadat et scribat que expendet, et tandem sibi satisfiet sic quod contentabitur ordinacione consilii.

*Martis decima februarii.* — Ramel, Vandelli, Balli; — H. Fabri, Cartellier, A. Versonnay, B. Hugoz, Bovier, Curt, Dadaz, Jo. Fabri, de Rippa, Danel, Megex, Frojon, Lestelley, Nergua, Plonjon, Navis, Benedictus Ginodi, Jo. Malbosson, Fonte, Leta, Rosseti.

(137) Deputantur auditores computorum n. Ludovicus de Lestelley, Michael Nergua, Girardinus de Rippa et Anthonius Rosseti.

Tradat thesaurarius egregio Anthonio de Fonte, pro eundo ad reverendissimum dominum nostrum episcopum et onus suum adimplendo, triginta scuti auri cigni regis ad solem, quod concernit negocia bonorum Leamon.

(*De nobili d. Coudree.*) — De domino Coudree, dicatur quod communitas habet gratos arbitros pridem electos parte civitatis, scilicet dominum officialem Chapuisii et dominum Brandici et ipse dominus eligat jam electos aut quos voluerit, et communitas stabit pronunciacioni ipsorum.

(*De ordine consilliariorum.*) — De ordine consilliariorum tenendo, fuit conclusum ut ordinarii consilliarii qui venient clausa janua consilii priventur suis solidis, et aliunde fuit conclusum quod quando peteretur unum grande consilium in hac Domo ultra quinquagenarium, et qui fuerint petiti per vigilles et, habita relacione vigillum, tales non venient, tales solvant tres solidos nisi dent legitimam excusacionem cum juramento.

*Veneris xiiij februarii.* — Ramel, Vandelli, Baudi; — A. Versonnay, Curt, Fornerat, de Rippa, Berterat, Megex, Frojon, Lestelley, Nergua, Plonjon, Navis, Leta, Rosseti, Carrerii, B. Ginodi.

(*Frater Stephanus de Gento.*) — Exposuit frater Stephanus de Gento, ordinarius predicator, sicuti in eorum conventu intellexerunt unum fratrem Sancti Augustini, impresenciarum commorantem in conventu Domine Nostre de Graciis, sacro quadragesimali tempore proxime futuro predicare in ecclesia Madgalenes et interrompere consuetudinem antiquitus observatam, qui ordo fuit durantibus ducentis annis in hac civitate, in eorum conventu et in conventu Fratrum minorum alternative predicare et civitati servire, eiam tempore Adventus; unde requisierunt antiquam consuetudinem observari et quod ordo non interrompatur, quem nollent ipsi religiosi Palacii interrompere insciis dominis de civitate. Fuit conclusum ut servetur antiquus ordo.

(*D. Coudree.*) — Venit dominus Coudree qui peciit propter absenciam domini Brandici aliquem in suum locum eligi et deputari, ut negocium brevius accelleretur et pronunciatio fiat ante carnisprivium, ut possit isto carnisprivio suam adire domum. Fuit conclusum quod non mutetur electio parte civitatis; si velit suam mutare, mutet.

(*Querimonia P. Berteracti.*) — Exposuit e. P. Berteracti, conprocurator Animarum in Purgatorio existencium, sicuti, pro satisfaciendo et supportando onera pissidis, sue non suppetunt facultates; unde requisit sibi dari peccunias ad supportandum eadem onera, et quod sunt ab una parte octo centum floreni et ab alia tercentum debiti per Bernardum Varamberti; peciit ex illis sibi dari eiam unum coadjutorem. Fuit conclusum quod dentur eidem Berteracti per thesaurarium quinquaginta floreni de peccuniis civitatis et nichil pro nunc detur de peccuniis dicti Varamberti donec facto computo et concluso in computis et aliter fuerit ordinatum per consilium ordinarium juncto quinquagenario.

De burgensibus, non admictantur nisi solvant in integrum in promptu aut saltem infra annum eorum deputacionis.

De peccuniis gabelle, remictitur conclusio consilio ordinario juncto quinquagenario.

(*De patisseriis.*) — De patisseriis, vigilles singulis diebus Sabacti vadant ad patisserios et faciant eis mandatum ut faciant panem rationabilem secundum quod eadem die Sabacti fuerit in mercatis venditum bladum.

(*De P. Gervasii.*) — De visitacione piscium, adjungatur cum P. Gervasii unus alius qui nominetur in alio proximo consilio.

De communibus, illa visitent domini syndici, junctis opperariis et terminatoribus.

De adventu domini, nichil operetur in illo, et committitur discrecioni Guilliermi Curt.

(138) De mundandis carreriis, fiant cride de omnibus.

(*De Benedicto Ginodi.*) — De Benedicto Ginodi, qui recusat exercere procuratorium Animarum et potius absentabit civitatem, exortetur graciose si velit dare eidem pissidi xxv ff. et solvat expensas factas, eximatur et de alio provideatur.

*Martis xvij februarii.* — Ramel, Vandelli, Baudi; — Cartellier, Curt, Plonjon, A. Versonay, Berterat, B. Hugoz, Megex, Frojon, Leta, Rosseti, Navis, Lestelley, Nergua, Monte.

(*De macellariis.*) — Exposuit Petrus de Casalibus, P. Gardet, Bellexert, Jullianus Bergerat, Petrus Borsacti et plures alii quemadmodum sunt nonnulli ex burgensibus, in fraudem gabelle et ipsorum macellariorum, qui die Sabacti lapsa emerunt in Ponte Areris quatuor quadrantes bovis occulte, que emptio equidem est in fraudem magni ponderis reverendissimi domini nostri et civitatis, quos nominabunt. Aliunde die Sabacti, erant plures vendentes quadrantes vetulorum et dum ab eis peterent gabellam, venit quidam fromagerius et quidam alius dictus Cotaz qui impediverunt eos ne reciperent gabellam et intulerunt eis magnas injurias. Et similiter heri, in porta Sancti Anthonii, reperit ipse P. Rosset certos venditores quadrancium vetulorum, et dum peterent gabellam eis fuerunt illate magne injurie, super quibus requisierunt bonum ordinem poni ne ibi victuperentur. Fuit conclusum nominent illos et, habitis nominibus et cognominibus, dabunt operam quod eorum jura servabuntur.

Venerunt Ludovicus, patisserius, Roletus Bonoz, Bernardus Beguini, dictus Clareti et plures alii in numero decem, quibus dictum fuit per nobiles syndicos ut quilibet ipsorum faceret marcham suam et illa suum panem seriatim marcaret, qui dixerunt quod marca non teneret. Fuerunt remissi ad Veneris.

De Manget, vigille, misso Chamberiaci pro negociis civitatis, qui petebat pro qualibet die octo solidos, fuit conclusum ut exinde non de[n]tur euntibus pro civitate pedestre, inclusis jornatis, nisi sex solidos pro singulo die, et dentur illi sex solidi super ipsis diebus; et sic dentur ei pro sex diebus tres ff. cum dimidio, et fiat illi mandatum.

(*Lictera missiva.*) — Fuit lecta missiva lictera mandata per dominum presidem. Fuit conclusum monstretur r. domino vicario et tandem videbitur quid ulterius sit illo in negotio agendum.

(*Visitatores piscium.*) — Admictuntur visitatores piscium per istum annum P. Gervasii et Petrus Paqueti.

De rotulo Johannis Vallet, fiat illi mandatum. — (*Mandatum habet.*)  
De Comite Veritatis<sup>1</sup> qui requisit admicti in burgensem, ad Veneris.

*Veneris xx<sup>a</sup> februarii.* — Ramel, Vandelli, Baudi; — Bovier, Curt, Jo. Fabri, de Rippa, Plonjon, Navis, Megex, Frojon, Nergua, Rosseti, Monte, Lestelley.

(*De quiblerio.*) — Exposuit quidam quiblerius sicuti herina die, quidam novus officarius vicedompnatus dictus Trompallon, (sicuti heri) eo existente in prato reverendissimi domini episcopi, venit ad eum idem officarius qui sibi dixit ut solveret unum potum vini; cui respondit quod non habebat tunc pecunias et ea (139) causa idem officarius precepit ipsi, sub pena decem librarum Gebenn., ut haberet recolligere certam mercanciam suam quam expanserat in eodem prato; qui quiblerius, credens eundem officarium sibi fecisse jocose preceptum, non amovit, cum nullus de eo conquereretur; et inde revenit idem officarius novus qui ipsum exponentem assignavit compariturum in banca vicedompnatus responsurum in eundem intitulatis et intitulandis, unde requisit talem servientem evocari cur talia precepta et de quorum mandato fecerat; et eciam fuit vocatus Buctini, secretarius, qui dixit quod serviens retulit eundem exponentem suam expandisse mercanciam in itinere publico et ad causam premissam scandallum posset exoriri propter animalia illac transeuntia. Fuit conclusum ut nichil ab eo petatur nisi ad denunciacionem partis et pene revocentur, in presencia ipsius Buctini qui ita consenciit.

Exposuit quedam juvenis associata suo fratri sicuti herina die venerunt e. P. Berteracti et nonnulli officarii episcopales qui voluerunt unam levari incudem et ejus fratrem ceperunt in ejus buctica, in enervacionem franchesiarum; alloquatur r. d. vicarium nec permictatur infringi franchisesiam<sup>2</sup> (se) [et] reparetur, constituto eum captum fuisse in buctica.

(*De patisseriis.*) — Venerunt patisserii decem in numero, qui lamentacionem emisissent eo quod preceptum et crida facta ut marquent eorum panem quilibet ipsorum sua marcha, unde requisierunt talem cridam revocari. Fuit dictum et resolutum quod habeant marchare panem et apportare et si videatur marcha inofficiosa, fiet ut fuerit conclusum.

(*Visitatores piscium.*) — Petrus Gervasii, sellerius, et Petrus Paqueti fuerunt admissi visitatores piscium, more solito, qui juraverunt officium fideliter exercere et neminem indebite gravare.

(*De vino Bordon occasione admodiacionis de Compesieres.*) — Venerunt intragiatores vini qui dixerunt quod Jo. Bordon, sub colore quod est admodiarius membri de Compesieres, vult esse exemptus ab introgio vini, alioquin(de) servitor ipsius Bordon proposuit quod preceptor membri

<sup>1</sup> *Lisez*: de Venturis.

<sup>2</sup> La fin de la phrase est d'une autre encre et interlignée.

de Croset fecit adduci ad hanc civitatem certum vinum pro preceptore et asseruit dominum preceptorem de Croset velle in hac civitate vinum ipsum bibere. Fuit conclusum quod Bordon solvat introgium de vino dicti membri adducto et adducendo ad hanc civitatem, reservato si precepto[r] de Croset de vino adducto ad hanc civitatem illud bibat, quod non solvat, et super omnibus juret idem Bordon.

(*De fratribus Rippe.*) — De introgio vini Fratrum Minorum et per eos empti pro eorum provisione, cujus gabellam nituntur intragiatores habere (gabellam), fuit conclusum ut servetur ultima conclusio et observetur.

De rotulo [Michaelis] de Pane, detur contorollatori et contorollato admictatur, et fiat illi mandatum. — (*Mandatum habet.*)

(*Burgensis.*) — Nobilis Comes de Venturis, de Senis, filius quondam n. Jacobi de Venturis, mercator et banquerius, admictitur in burgensem mediantibus duobus scutis auri cigni regis ad solem.

*Veneris xx februarii, post meridiem.* — Ramel, Vandelli, Baudi; — Dadaz, Jo. Fabri, de Rippa, Plonjon, Megex, Frojon, Lestelley, Nergua.

(*Biollo episcopalis secretarius.*) — Venerunt in Domo et aula communi hujus civitatis secretarius egregius de Biollo, secretarius illu. et reverendissimi domini episcopi et principis Gebenn., et Du Pra, ejusdem reverendissimi domini nostri episcopi scutiffer, et nobis suam credenciam ex lictera missiva hodie data fecerunt organo prefati r. domini episcopi secretarii; et exposuerunt domino[s] justicie et illius ministros, tam spirituales quam temporales, in ministrando justiciam sunt lenti in exequendo et ministrando justiciam, que egre fert prefatus reverendissimus; unde, insequendo onus sibi datum per prelibatum reverendissimum dominum, requisit dominos syndicos, quantum eorum subest officio, ut erga justicie administracionem velint cura pervigilli elaborare et potissime diligenciam adhibere ne mandata ducalia hac in civitate quoquomodo exequantur, et quod prefatus reverendissimus dominus noster episcopus cupit toto posse jurisdictionem suam manutene ad juvamentum suorum subditorum.

(140) Secundo, exposuit et dixit idem ambassiator et secretarius quod tocus mentis et intencionis prefati reverendissimi domini nostri est ut adventus illustrissime domine ducisse honorosius quo fieri poterit prepararetur et adoptat ut preparentur tercentum mulieres sua divisa, que est coloris tanesii et albi, et quod hii ipsi illustrissime domine ducisse prebendi honores erunt magis sibi grati quam si in ejus fierent personam, et quod ille honor poterit cedere in maximam utilitatem civitatis et jurisdictionis episcopalis. Conclusum ut ad Martis petantur de Arpa et alii ad preparandum, et micantur illis due amphore vini et malvatici.

*Martis xx quarta mensis februarii.* — Ramelli, Vandelli, Baudi; — H. Fabri, Cartellier, Dada, A. Versonnay, Curt, Jo. Fabri, de Rippa, Bovier,

Fornerat, Megex, Frojon, Lestelley, Carrerii, Monte, Malbosson, Nergua, Plonjon, Navis.

(*De Jo. de Arpa.*) — Recitavit no. Jo. Lu. Ramelli que in precedenti consilio celebrato per ordinem exposuit; et ultra premissa exposuit se et dominum syndicum Vandelli alloquutos fuisse Johannem de Alpa et peregerunt cum eo et dederunt sibi tachium adventus domini nostri ad summam sexaginta duorum scutorum<sup>1</sup>. Fuit conclusum bene fuisse gestum et remaneat tachium eo modo. — (*Habet mandatum.*)

(*De admodiacione banchorum Longemale.*) — De admodiacione et crida occasione banchorum Longemale, fiant remonstraciones commissariis episcopalis quod supersedeant nec interrompatur admodiacio facta donec in adventu reverendissimi domini nostri, et quod illi faciant remonstraciones quemadmodum ipsi banchi et alie admodiaciones in quibus civitas est particeps fiant in claustro, assistentibus thesaurario ipsius cum ipsis sindicis et secretario civitatis.

*Eadem die Martis, post meridiem.* — Ramel, Vandelli, Balli; — H. Fabri, Curt, Dadaz, Jo. Fabri, de Rippa, Lestelley, Plonjon, Nergua, Carrerii.

(*De procuratore Animarum.*) — Exposuit egregius Petrus Berteracti quemadmodum quidam Johannes de Alingio, inchola hujus civitatis, obtinuit ad suas falsas preces certas dominicales licteras contra spectabilem magistrum Johannem Vincencii, medicine doctorem, quibus mandatur sibi inhiberi et r. domino officiali intimari ne ad ultiores actus procedant contra dictum Johannem de Allingio, contra quem ipse h. dominus Johannes dedit libellum injurie; que lictere cedunt in enervacionem jurisdictionis episcopalis et franchisesiarum nostrarum, unde requisit supplicacionem et instanciam apud r. dominum vicarium et episcopale consilium fieri ut jurisdictio et libertates illese remaneant. Fuit conclusum ut domini syndici vadant ad reverendum dominum vicarium et petant de eodem perturbatore justiciam ministrari. Tamen fuerunt nonnulli qui dixerunt eundem de Allingio moram non trahere in hac civitate sed in loco de Visina in domo n. Ludovici Festi.

Egregius de Biollo cum suo conambassiatore Pra iterum coram supra nominatis reiteravit credenciam ut in precedenti consilio.

Prefati domini ambassiatores fuerunt rogati per prefatos nobiles syndicos ut velint desistere de ulterius proclamari faciendo scanna macelli Longemale pertinentis pro semisse illu. et reverendissimo domino nostro episcopo et principi Gebenn. et pro alio semisse communitati hujus civitatis, et exposuerunt et enarrarunt ipsi domini syndici eisdem ambassiatoribus prout verum est quod, de consuetudine antiquitus observata, ale, pondus bladi et dicta scanna, in quibus dicta communitas est particeps cum memorato

<sup>1</sup> Mandat de 227 florins 4 gros en faveur de Jean Lemere dit de Larpa, du 24 février, dans *Finances M*, n° 18, année 1523, mandat n° 18.

reverendissimo domino nostro, solita sunt proclamari et plus offerenti expedienda in claustro ecclesie cathedralis, ad ascensum (141) et extinctum candele ceree, et talia respective promiscue expediuntur et in talibus expeditionibus interesse consueverunt thesaurarius episcopalis et secretarius seu notarius quem secum ducit, cum secretario civitatis, soliti sunt recipere tales admodiaciones, et ita fuit anno novissime lapso gestum de scannis Longemale; quo fit ut si talis consuetudo interrumperetur profecto esset in maximum prejudicium ipsius reverendissimi domini nostri et prefate communitatis, cum talia scanna non sunt divisa. Quiquidem domini ambasciatores convenerunt hoc in negotio nichil novi facere quyn prius talia notificaverint prefato reverendissimo domino nostro episcopo.

(*De procuratore pissidis.*) — Quia egregius P. Berteracti, conprocurator pissidis Animarum fidelium, peccit sibi dari pecunias cum non possit supportare onera sine peccuniis, fuit conclusum quod tradat thesaurarius et libret eidem procuratori centum florenos.

*Veneris xxvij february.* — Jo. Ludovicus Ramelli; — Cartellier, Curt, Jo. Fabri, de Rippa, Monte, Carrerii, Lestelley, Megex, Frojon, Nergua, Navis, Leta, Rosseti.

(*De nepote B. Varambert.*) — Exposuit n. Ludovicus nepos Bernardini Varamberti sicuti commendabilis Franciscus Cartellerii tenetur dicto Bernardino in suma octo centum florenorum ex resta vendicionis medietatis ejusdem Bernardini domus quam idem Franciscus asserit fuisse in suis manibus sequestratam ad instanciam nobilium sindicorum, quod sequestrum videtur sibi prejudiciabile et illud fieri non debuisse, quoniam si fuisset animadversus dedisset cautores sufficientes pro eadem summa. Fuit conclusum quod computa claudantur et, clausis, solvat quod debet et fiet illi quietancia.

Guilliermus Nepotis venit et exposuit sicuti ipse et nonnulli alii de novo ceperunt laborare pro adventu domini et jam exposuerunt certas pecunias, unde requisit satisfieri et solvi exinde expensas more ordinario. Conclusum ut solvantur operatores dum operabuntur, more solito.

Exposuit nobilis Johannes Ludovicus Ramelli sicut herina die, tanquam privata persona, exortatus fuit nobilem Benedictum Ginodi et sibi gracie fecit remonstraciones quod vellet acceptare electionem de eo factis<sup>1</sup> ad officium pissidis, sibi que gracie dixit quod si omnes qui eliguntur et eligentur vellent contravenire et recusare officia ad que eliguntur et eligentur, res publica male tractaretur; qui tamen Benedictus respondit quod nunquam acceptaret dictam electionem sed potius civitatem absentaret. Et tunc idem Jo. Ludovicus Ramelli eum exortatus fuit ut ad minus eisdem Animabus elargiretur viginti quinque florenos, nulla facta mencione de expensis factis

<sup>1</sup> *Lisez: factam.*

in causa; qui respondit quod nichil daret eisdem Animabus et bene sciret suas facere elemosinas absque ulla coactione.

(*De procuratore Mandallaz.*) — Venit dominus procurator fiscalis Mandallaz et egregius Bussat a Pedemoncio, qui dederunt licteram missivam que ibidem lecta fuit<sup>1</sup>; et tandem suam dixerunt credenciam ore dicti procuratoris ut sequitur, faciendo recomendaciones, quod erant onerati dicere et exponere in hac Domo, coram ipsis d. sindicis et consulibus, quod prepararent jura faciencia pro jurisdictione episcopali, eciam ejus adventum et quod proposuerat intrare civitatem et suam missam celebrare die Dominica de Quasimodo, et quod obtinuerat breve ut (qui) omnes assistentes in illa absolventur a pena et culpa. Ulterius et secundo rogabat et precipiebat dominis sindicis ut haberent vigilare circa justicie administracionem. Tercio, exposuit ut vellent ipse communitas et civitas habere respectum ad expensas per prefatum reverendissimum dominum nostrum episcopum factas dum Romam ivit partem pro manutencione jurisdictionis episcopalis et quod brevia apostolica ab eadem urbe reportaverat, quibus compestarentur perturbaciones ejusdem jurisdictionis, et quod s. d. noster papa sibi promiserat suam jurisdictionem manutenere et quod talia secreta secreta tenerentur. Quarto quod prefatus reverendissimus dominus rogabat omnes de civitate ut adventum illustrissime domine ducisse, honestius quo fieri possit, prepare[n]t.

Exposuit n. Girardus de Monte Vuaniardo, dominus de Amperes, nepos nobilis et potentis domini Castellarii, sicuti ibidem fuerat expresse mandatus apud dominos syndicos per prefatum dominum Castellarii, qui intellexerat (142) quemdam dictum Aubyni, calvacatorem regium, esse intitulum de morte cujusdam novissime occisi in franchisesiis hujus civitatis, nomine Dimerii; unde rogabat dominos syndicos ut permictere vellent ad hanc civitatem dictum Aubyn secure venire ad suas faciendum deffensiones, ne negocia regia defectu ipsius propter postas male se habeant. Fuit conclusum quod vocentur secretarii vicedompnatus et fiscalis et videantur informaciones; et vadant ad r. d. vicarium et omnia ei communicent et nichil faciant sine scitu illu. et reverendissimi domini episcopi, et ea causa sibi rescribatur. Si vero idem Aubyn velit venire et intrare carceres Insule et ibidem suas pede ligato facere deffensiones, admictent eum, alias non.

(*De Jo. de Arpa.*) — Quia Jo. de Arpa exposuit non posse vacare circa fienda et preparanda pro adventu nisi sibi dentur peccunie, fuit conclusum quod hodie thesaurarius sibi det triginta florenos et singulis ebdomadis viginti florenos usque sint adventus et neccessaria preparata et adimpleta.

(*De Britilliona.*) — De Britilliona, maneant conclusiones retroactis temporibus facte.

<sup>1</sup> Lettre de l'évêque Pierre de La Baume, datée de l'abbaye de Pignerol, le 20 février [1523], dont les porteurs sont désignés comme étant le procureur fiscal et le secrétaire Bachoz (P. H., n° 930).

(*De nepote Varambert.*) — De nepote Varambert, concludantur computi et preparat peccunias et maneant ille penes Cartellier.

De expositis per Mandalla, remittitur ad consilium quinquagenarium.

*Lune secunda marcii.* — Ramelli, Vandelli; — H. Fabri, Montion, Cartellier, B. Hugoz, Bovier, Curt, Fornerat, Dadaz, Jo. Fabri, Megex, Frojon, Nergua, Fernex, Navis, Rosseti, Jo. Philippi, Jo. Malbosson.

Fuerunt licere missive mandate per magnificos domino[s] Bernenses et Friburgi occasione thesaurarii regii. Fuit conclusum ut domini syndici vadant ad r. dominum vicarium et in consilio episcopali, et vocetur ille vicarius, cui exponatur tenor licterarum etc.

*Martis terciâ marcii.* — Ramel, Vandelli; — Cartellier, Curt, Dadaz, Jo. Fabri, B. Hugoz, Bovier, Megex, Frojon, Lestelley, Nergua, Navis, Rosseti, Carrerii, Malbosson.

(*De venditore fassinorum petente se eximet.*) — Venit venditor fassinorum qui dixit quod non venduntur et sic nollet civitatem [jacturam pati]; domini syndici providebunt, et fuit demissus et vendantur in grosso.

(*De thesaurario regio.*) — Retulit nobilis Johannes Ludovicus Ramelli, consindicus, sicuti ipse et Vandelli adiverunt personam r. domini vicarii et illi notificaverunt heri recepisse duas licteras missivas a magnificis dominis Berne et Friburgi, quibus continetur quemadmodum ipsi exortant et supplicant quendam thesaurarium regium Morelet<sup>1</sup> de proximo istac transiturum protegi, ne vicedompnus Seduni illi ullo modo inferat molestiam, et ille guldaretur per patriam ducalem, sic quod a perturbacione ipsius vicedompni totaliter redderetur alienus et eorum tute cum financiis suis adire patrias posset; que lictere fuere in consilio civitatis perlecte; et pariter notificavit ipse nobilis syndicus sicuti, insequendo conclusionem in eodem consilio factam, eundem Seduni vicedompnum ad ipsum episcopale consilium graciose appellari fecerat, cui fuerant dicte lictere demonstrate. Qui vicedompnus, visis eisdem licteris, se obtulit paratum in omnibus pro posse velle obsequi prefatis magnificis dominis Bernensibus et Friburgensibus, et convenit nullum faciet impedimentum eidem thesaurario regio.

(*De licteris de vidimus.*) — Exposuit commendabilis Besansonus Hugonis se hodie in ecclesia cathedrali affatum fuisse r. dominum officialem, qui sibi dixit quod hodie fuerunt perquisita jura jurisdictioni episcopali pertinentia et ipsam jurisdictionem concernencia; sed propter temporis brevitate non fieri possunt transumpta et sic si sibi tradantur transumpta in hac Domo existencia, illa restituet. Fuit conclusum quod monstretur liber

<sup>1</sup> Sur la venue du trésorier général d'Outre-Seine, Jean Morelet du Museau, voir Rott, ouvrage cité, t. I, p. 308.

franchiesiarum in quo describuntur certa jura; et detur opera hodie rependi alias licteras de vidimus.

(143) (*De Varambert.*) — De Varambert, ad Veneris, quo interim venerint Danel et Fonte, et apportet ad tunc residuum cum policia et tunc fiet quic-tancia.

De mugnerio, videatur conclusio de tempore Porralis.

(*De carpentatore civitatis.*) — De carpentatore Guyocto, si vult servire pretio aliorum, serviat; si minus admittatur alius.

#### Nomina et cognomina burgensium consilii ordinarii.

Et primo: n. et potens Jacobus de Pesmes, s. d. Jo. Fabri, n. Ludovicus Montyon, Franciscus Cartellier, Ludovicus de Lestelley, Guiliermus Aquenea, Guiliermus Danelli, A. Versonnay, Franciscus Fornerat, Johannes Bovier, Guiliermus Curt, Michael Nergua, A. de Fonte, P. de Léta, Bernardus de Monte, Matheus Carrerii, Girardinus de Rippa, Glaudius Richardet, Besanson Hugoz, Dyonisius Dadaz, Ste. de Mara, Benedictus Gynodi, P. de Fernex junior, Johannes Taccon, Ludovicus Plonjon, Johannes Malbosson, Johannes Philippi, Johannes de Mara, Henricus Pollier, Johannes Fabri, Petrus Navis, P. de Orseris, Hugoninus Fabri, Guiliermus Megex, Jacobus Frojonis.

#### Nomina consilliariorum consilii quinquagenarii.

Et primo: Petrus Chatel, Peronetus Joly, Amedeus Magnin, Amedeus Reynaudi, Johannes Collondaz, Yllarius Richardet, Nantermetus Tissocit, Jo. Lullini, Jo. de Pileo Rubeo, Ludovicus Prelaz, P. Fabri, Guiliermus Pensabini, P. Gardet, P. Rosset, Jaco. Comitit, Tho. Mo[n]achi, Ja. de Cresto, Jo. Vallet, Petrus Poterel, Angellinus de Lestelley, Ste. Macheret, Roletus de Nanto, Mermetus de Ulmo, Johannes Garini, Jo. Sept, Ludovicus Curtet, Franciscus Suchardi, P. Regis, P. Grassier, Franciscus de Fosses, Aymo Julliardi, Roletus Bonoz, Jo. Vudon, Robertus Forel, Michael de Pane, Raymondus de Ponte, G. Pitardi, Jo. Balardi, Guiliermus Bergeyron, Michael Guillet, P. Malbosson, Jo. Surdi, Nycodus Mahuet, Oddetus Paqueti, Franciscus Milliet, Georgius Pactry, Andreas Girardi, Ny. Cortagerii, Jo. de Arpa, Jo. de Poste, P. de Rages, Franciscus Testuti, P. Villiet, Ja. Servelli, Jo. Lavenay, Ste. Peccollat, A. Millanesii, Jo. Ruffi, Ny. de Villario, Ny. Gentilis.

*Mercuri iiiij<sup>ta</sup> marcii.* — Ramel, Vandelli; — H. Fabri, Montion, Cartellier, B. Hugoz, Dadaz, Jo. Fabri, de Rippa, Jo. Philippi, Malbosson, Megex, Frojon, Lestelley, Nergua, Fonte, Plonjon, Navis, Rosseti.

(*De adventu ambassiatoris Fonte.*) — Fonte venit a partibus Pedemontanis

et explicavit licteram sue credencie<sup>1</sup> et narravit quemadmodum die Lune ante carnisprivium applicuit et adivit presenciam illu. et reverendissimi domini nostri episcopi et, facta illi reverencia, tradidit cum honore licteram missivam, et recepta vultu illari ipsum recepit ipse princeps noster; et visa remisit eum ad Mercuri primam diem quadragesime; actamen eum associavit Martis eundo ad missam et illi narravit sicuti officarii ducales Chamberiaci ad manus ducales reduxerunt omnia bona que quondam fuerunt Francisci de Leamon, ejus subditi et burgensis Gebenn. Quibus auditis ipse reverendissimus dominus noster mandavit ipsum Fonte apud illustrissimum d. ducem et eum oneravit ut omnia que sibi dixerat referret ipsi illustrissimo domino duci, quod et fecit; per quem fuit interrogatus quomodo fuerant creati domini sindici, cui respondit quod fuerunt electi et creati more solito, de qua responsione gavisus fuit; et tandem quoad jurisdictionem ecclesiasticam dixit ipse illu. d. dux captasse dietam cum illu. et reverendissimo domino nostro episcopo et aliis presulibus sue patrie et sic vult scire quid exinde sit acturum. Aliunde prefatus reverendissimus d. episcopus dixit quod jura concernencia jurisdictionem preparentur et ydoneus ad sciendum informare celsitudinem ducalem mictatur.

De mugnerio, concordetur cum eodem sine scripto.

De processionibus, fiant Dominico, Mercuri, Veneris, usque ad Pascha.

De infectis, tradatur discrecioni n. sindicorum.

De sindico Migerandi, requiratur ut donet unum locum tenentem.

(144) *Veneris vj marcii.* — Ramel, Vandelli; — Cartellier, Dadaz, Berterat, Megex, Frojon, Lestelley, Nergua, Fonte, Plonjon, Navis, Leta, Rosseti, Monte, Malbosson, Carrerii.

(*De crida vini.*) — De vino Choutagnie per Puvelli vendendo, qui peciit licenciam vendendi ad sex quartos, maneant cride facte ad solicionem et instigacionem r. domini vicarii.

(*De Varamber.*) — De Varambert, fiat illi quictancia.

(*De equo Dadaz.*) — De equo, restituatur Dadaz, dando sibi scutos duos pro illius loquerio et itenere eundo ad partes montanas et redeundo.

(*De procuratore Animarum.*) — De procuratore Omnium Animarum, ad Martis et interim concludentur computi infra Lune et inventarium, et, habitis peccuniis, videbitur quid de illis erit fiendum.

(*De gabelleriis antiquis.*) — De gabelleriis antiquis, solvant in promptu iiij<sup>c</sup> florenos et, de residuo, videtur Martis quid erit fiendum de prolongacione termini vel alias.

Fuerunt tradite xvij burle, iiij<sup>or</sup> teterie et xvij pili Curt.

<sup>1</sup> Cette lettre de l'évêque, datée de l'abbaye de Pignerol le 19 février [1523], est conservée (P. H., n° 930).

*Martis decima marcii.* — Ramel, Vandelli; — Cartellier, Jo. Fabri, Fornerat, Curt, de Rippa, Berterat, Frojon, Nerguaz, Navis, Leta, Megex, Lestelley, Rosseti.

(*De relictis Rossier.*) — Stephaneta relictis Humberti Rossier, borserii, juravit vinum sibi intratum esse de suo vino excreto in suis vineis. Actento juramento, non solvat introgium et si dedit pignus, restituatur.

(*De peccuniis pissidis et distribucione illarum.*) — De procuratore Animarum, tradantur Berteracti procuratori pissidis, pro subvencione onerum, per Varamberti tercentum et duo ff. quinque grossi et quatuor denarii existentes penes ipsum Varambert, ultra viij<sup>c</sup> debitos per Cartellier eidem Varamberti, et policia ponatur penes Ramelli et exigat idem procurator a Johanne Philippi v<sup>c</sup> ff. et, receptis, illi quingenti cum octo centum ponantur in reempcionem molendinorum civitatis et ex illis domini sindici, suo procuratorio nominibus communitatis, vendant lxx ff. annualis redditus eidem procuratori et pissidi; et fiat assecuracio et asseptum specialem super jure alarum pertinenti civitati(s), quem censum admodiarius solvat ipsi procuratori pro tempore existenti.

(*De mobilibus pissidis.*) — De utensiliis mobilibus que servando servari non possunt, vendat illa procurator et teneat fidelem computum et racionem.

(*De carpentatore.*) — De carpentatore, solvantur jornate relacione Guilielmi Curt.

E. P. Berterat, procurator pissidis, confitetur habuisse ab honorabili Bernardino Varamberti, olim conprocuratore Animarum, absente, per manus honorabilis Ludovici ejus nepotis, undecim centum xxxij ff. quinque solidos et quatuor denarios, de quibus quictat idem, cum promissionibus et renunciacionibus opportunis, inclusis tercentum xxxij ff. v solidis et iiij<sup>or</sup> denariis manualiter eidem traditis. — (*Quictanciam habet.*)

(*Revendicio.*) — Idem procurator revendit eidem Bernardino absenti, dicto Ludovico presente et stipulante, xl ff. census precio viij<sup>c</sup> ff., habitis in solucione predictis viij<sup>c</sup> ff. in quibus Car[telle]rii<sup>1</sup> eidem tenetur. — (*Habet.*)

(*Promissio per procuratorem Animarum.*) — Ibidem idem Berteracti promictere reddere bonum computum de eisdem iiij<sup>c</sup> xxxij<sup>bus</sup> ff. v solidis et iiij<sup>or</sup> denariis in manibus auditorum computorum vel aliorum in posterum deputandorum et alias tociens quociens.

(*Confessio per eundem.*) — Idem Berteracti magis confitetur habuisse mobilia et instrumenta in inventario per me confecto descripta.

(*De gabelleriis antiquis.*) — Nycolinus de Cresto et Philippus de Rippa pecierunt sibi prolongari terminum solucionis iiij<sup>c</sup> ff. Faciant cum thesaurario.

De Bordon, monstrentur jura per eum deposita in manibus dominorum sindicorum uni doctori, et si[c] sciatur si de jure possit eximi.

<sup>1</sup> Voir ci-après, p. 282, 288 etc.

(145) *Veneris xiiij marcii.* — Ramelli, Vandelli, Baudi; — H. Fabri, B. Hugoz, Bovier, Curt, Dadaz, Jo. Fabri, Cartellier, Fornerat, de Rippa, Megex, Frojon, Nergua, Fonte, Plonjon, Navis, Rosseti, Monte, Carrerii.

(*De patisserio reverendissimi domini nostri episcopi.*) — Venit Jacobus, patisserius illu. et reverendissimi domini nostri episcopi Gebenn., et querimoniam fecit sicuti ex domibus suorum vicinorum emictantur in sue domus plinteam multe et nephande inmundicie que fetores maximos generant, unde peccit visitari et coherceri ne exinde tales emictant inmundicias; vadant domini sindici et visitent locum et provideant quod justum fu[er]it, et deputentur operarii qui visitent locum.

(*De pane apportato.*) — N. Johannes Balli venit a loco Gracinopolli et apportavit duos panes signatos et marcos armis regiis. Demonstrentur patisseriis.

(*De G. Servandi, quoad pratum.*) — Venit e. Glaudius Servandi et exposuit fuisse repertas nonnullas mulieres in prato pertinente civitati capientes, surripientes clausuram; peccit sibi precipi quid fiendum de eisdem. Fuit conclusum prosequatur rigide contra eas et alios qui comperientur dampnificantes ipsum pratum et clausuram.

(*De domino Coudree.*) — De domino Coudree, detur potestas arbitris parte communitatis electis pronunciandi et requirantur ut pronuncietur.

(*Electio ad eundum ad reverendissimum dominum episcopum.*) — De adventu illu. et reverendissimi domini nostri episcopi, prepararetur pociori et breviori modo quo fieri poterit, et eliguntur Beczansonus Hugonis et Hugoninus Fabri qui vadant ad reverendissimum dominum nostrum apud Sanctum Glaudium, et portentur turtures due honeste<sup>1</sup>.

(*De quercubus.*) — De quercubus emptis per Girardinum de Rippa, retineantur illi pro negociis civitatis.

(*Contra Jo. de Tullia.*) — Quia querimonia emissa contra Johannem de Tullia qui verberavit parvum Gule, domini sindici vadant ad r. dominum vicarium et requirant quod ministret justiciam de eo.

Domini sindici asserunt posiciones suas contra Ginodi datas.

E. Berteracti dixit quod non petet illos quingentos florenos debitos per Jo. Philippi nisi sit securus quod convertantur in acquisitionem, eciam alii octo centum floreni. Petatur consilium quinquagenarium.

Solvit Trenchent Girardino de Rippa solidum diei Martis novissime lapse.

*Martis xvij marcii.* — Vandelli, Balli; — H. Fabri, Montyon, B. Hugoz, Bovier, Curt, Dadaz, Jo. Fabri, de Rippa, Cartellier, Fornerat, Megex, Frojon, Plonjon, Navis, Leta, Rosseti, Mabosson, Fonte, Monte.

(*De offendentibus vigilles.*) — De his qui offenderunt vigilles, sumantur informaciones per fiscum et petatur fieri justicia condigna.

<sup>1</sup> Voir la lettre de Pierre de La Baume, datée de St-Claude le 15 mars, par laquelle il annonce qu'il fera son entrée à Genève le jeudi après Pâques, soit le 9 avril 1523 (P. H., n° 930).

De Aszimo, admictatur in burgensem ad quatuor scutos auri solis et juret de non vendendo aliam mercanciam non burgensium pro sua.

De Stephano, servitore Danel, admictatur in burgensem mediantibus viij florenis.

De patisserio, non fiat nec admictatur.

De adventu et magno capitaneo generali, teneatur consilium quinquagenarium et fuit electus n. Ste. de Mara.

De vassella argentea danda, non excedat precium assuetum.

De magno consilio, teneatur hora prima post meridiem in hac Domo.

(*Recepit Monte.*)

(146) *Eadem die Martis, hora prima post meridiem.* — Vandelli, Balli; — P. Fernex, Bovier, Megex, Frojon, Dadaz, de Rippa, Navis, Plonjon, B. Hugonis, Jo. Malbosson, Fornerat, Rosseti, Leta; — Mermetus de Ulmo, Guillermus Pensabini, P. Fabri serrallionus, P. Grassier, Amedeus Reynaudi, Jo. de Poste, Peronetus Joly, Jo. Collondaz, N. Tissot, P. Vindret, Nycolaus Gentilis, Ste. Macheret, P. Hospitis, Franciscus de Fosses, Michael de La Doey, Luquinus de Pane, Ludovicus Curtet, Jo. Ruffi, Nycodus de Villario, Aymo Julliard, Michael Sept, P. Lullini, Ludovicus Prelaz, Jo. de Fontana, Matheus Canard, (Petrus Lullini,) Anthonius Peccollat, Robertus Fore, Petrus Poterelli, Nycolaus Bochet, G. Bessonet, Matheus Carrerii, Michael de Pane, Jo. Bandiere, Jo. Fabri, Nycodus Pitardi, Michael Girbelli, Blasius Turbiodi, Jacobus de Cresto, Rolandus Reymondi, Georgius Marchiandi, Amedeus Gervasii, Jo. Velliardi, P. Mutiodi, Aymo Medici, Glaudius Tappunerii, Truffinus Girbelli, Jo. Meynens, Franciscus Rosseti, Jacobus de Planis, Johannes Cursilliat, Jo. Levet, Amedeus Pactey, Nycodus de Cresto, Girardus Bergeyronis, Jo. Ballard, Roletus de Nanto, Jo. Garini, Jo. de Pileo Rubeo, Stephanus Exchaquet, Jo. Chapuisii, P. Chate, P. Gardet, Guillermus Nepotis, P. de Ragis, Anthonius aurifaber.

(*De peccuniis Animarum.*) — De peccuniis Omnium Animarum, convertantur in utilitatem animarum et redimantur molendina et fiat asseptum super alis et mandatum de solvendo.

De capitaneo generali pro quatuor bendis, renictuntur reges bendarum ad Jovis post sermonem ad faciendum responsum nobilium sindicorum.

(*De forrerio.*) — De forrerio, fuit electus Michael de La Doey.

(*Recepit e. Monte.*)

(146 v<sup>o</sup>) *Jovis xix marcii*<sup>1</sup>. — Glaudius Buze, d'Arberoz, parrochie Dyvone, vendit nobilibus Glaudio Vandelli et Johanni Balli, consindicis Gebenn., suis et communitatis Gebenn. ac aliorum sindicorum nominibus, videlicet unam grossam de cercletis mesure sibi tradite trium theysiarum, ad bra-

<sup>1</sup> Les séances de jeudi suivent dans le registre celle de vendredi au lieu de la précéder.

chium hominum expediendam huc Gebenn. die Sabacti ante Dominicam Ramispalmarum, precio *iiij<sup>or</sup>* ff. p. p. et novem solidorum monete, et fatetur habuisse unum ff. pro ejus [pena] per manus dicti n. Jo. Balli, de quibus quictat, promictens etc... videlicet cerclos expediendos lealiter expedire, expediendos cum cerculis ordinariis in Domo civitatis. Presentibus Guyocto carpentatore, Glaudio Baudi et Nantermeto Tissocti.

(*Recepit Monte.*)

(147) *Eadem die Jovis xix marcii.* — Ramelli, Vandelli, Balli; — H. Fabri, B. Hugonis, Bovier, Curt, Dadaz, Jo. Fabri, Megex, Frojon, Fente, Plonjon, A. Millanesii, P. Grassier, Ste. Macheret, Ludovicus de Mollario, Jo. Bolardi, Jacobus de Cresto, Robertus Fore, Ste. Peccollat, Aymo Bonaz, Michael de Pane, Lestelley, Poterel, Amedeus Magnini, Jo. Collondaz, Roletus de Nanto, Jo. Garini, P. Navis, P. Tacconis, Ste. de Mara, Anthonius Rosseti, Peronetus Joly, Jo. Malbosson, Girardinus de Rippa, G. de Castronovo.

Proposuit nobilis Johannes de Tornay, ducalis nuncius dictus Bonnes Nouvelle, sicuti pridem depredatus fuit quidam de Ponte Areris nominatus Burdet et eciam quedam ecclesia Gebenn. Sancti Germani. Supplicavit parte illu. d. ducis cujus parte se dicit fuisse oneratum petendi duplum informacionum et processuum culpabilium talium delictorum pro justicia ministranda. Conclusum fuit quod nobiles sindici allocantur r. d. vicarium episcopatus Gebenn. de hujusmodi negotio et, ipso alloquuto, tradatur et ministretur copia processuum, informationum et jurium que sunt in Domo civitatis, si que sint, pro justicia ministranda de culpabilibus et consciis in eisdem.

Quoad donum fiendum bendis, conclusum extitit de faciendo cridam per civitatem Gebenn. quod omnes socii potentes ad portandum baculos se debeant preparare in adventu r. d. nostri, veniant ad Domum ville et ibidem se inrolare hinc ad crastinam diem per totam ipsam diem.

(146 v<sup>o</sup>) *Veneris xx<sup>ma</sup> marcii.* — Ramel, Vandelli, Baudi; — H. Fabri, Bovier, de Rippa, Fornerat, Jo. Fabri, Berterat, B. Hugon, Megex, Frojon, Lestelley, Fonte, Navis, Rosseti, Malbosson, Leta; — Porrallis.

(*Burgensis.*) — Aszimus Toquer, Alemanus, parrochie Sancti Gervasii, admittitur in burgensem mediantibus *iiij<sup>or</sup>* scutis solis.

(*Burgensis.*) — Stephanus filius quondam Humberti Ramusii, de Dardagnier, nunc parrochie Sancte Crucis Gebenn., admittitur in burgensem mediantibus viij ff.

De Johanne de Arpa, libretur hodie sibi florenos quinquaginta.

(*De sociis.*) — De adventu, fiat responsum sociis et dicatur sociis non habentibus unde emant disploydem et caligas, dabuntur cuilibet ipsorum duodecim solidi, et tales veniant hic, alias nichil habeant.

(*De victualibus.*) — De victualibus, fiant cride quod in victualibus non apponatur caristia et quod omnes hospites provideant sibi de necessariis.

(147) *Sabacti xxj marcii.* — Ramel, Vandelli, Baudi, sindici; — H. Fabri, Fornerat, Jo. Fabri, de Rippa, Frojon, Lestelley, Fernex, Plonjon, Navis, Carrerii, de Monte.

Mictatur duplum processus detenti illu. et reverendissimo cum allegacionibus.

*Martis xxiiij marcii.* — Ramelli, Vandelli, Baudi; — H. Fabri, B. Hugonis, Dadaz, Jo. Fabri, Curt, Berterat, Megex, Frojon, Lestelley, Fonte, Navis, Rosseti, Malbosson, Carrerii, Plo[n]jon.

(*Querimonia pissidis Animarum.*) — Berteracti exposuit Franciscum Cartellerii velle tradere octo centum florenos pro quibus est obligatus Varamberti et sic in hoc advideatur; fuit conclusum expectetur usque post Pascha.

Comendabilis B. Hugonis exposuit quod pro honore fiendo civitati opus est habere taborinos et fifer extraneos.

Fiant cride quod se preparent qui sunt inrollati, et non sunt inrollati debeant se preparare pro adventu illu. et reverendissimi domini nostri episcopi Gebenn.; et omnes sint presto et parati die Jovis proxima post proximum festum Pasche, qua die prefatus reverendissimus noster suum primum faciet adventum.

Guillermus Curt se reperiat in introitu civitatis cum illu. et reverendissimo domino nostro, dando sibi intelligere singulas ystorias.

Custodiantur archus triumphales cum medalliis pro adventu illustrissime domine ducisse.

De grangia, dimictatur pro nunc.

De domino Claudio de Palude, qui erit in po[ntifica]li et papali in introitu cimisterii, intersint d. car[dina]les; et fiat una clavis deaurata quam tradet ipsi reverendissimo domino nostro episcopo.

De fratribus Palacii, traduntur nemora pro faciendo eorum chavale, cum debito inventario, que restituantur.

(*Compromissum.*) — Nantermetus Tissocti et Hurricus Embler, super eorum differentiis cujusdam nucis scisse, promictunt stare ordinacioni dominorum sindicorum et consilii, eciam super interesse.

(148) Jo. Nycodi deputatur contorollator carpentatoris Burgi Foris.

De vigilibus, dentur cuilibet duo ff. pro emendis caligis in adventu domini et illo mediante faciant caligas honestas.

De timpenatoribus et trompetis, detur cuilibet unum par calligarum.

De dono fiendo, fiat ut assuetum est.

Committitur cum thesaurario Plonjon vassella fienda pro dono.

Jo. Malbosson faciat fieri *le pallioz*.

(*Remissio detenti locumtenenti.*) — N. sindici Ramel, Vandelli et Baudi remiserunt nobili Bertrando Tromberti, locumtenenti vicedompnatus Gebenn.,

bastardum de Viry, detentum Insula tute custodiendum, sub pena vite sue. Presentibus B. Hugonis et Jo. de Malodumo, testibus.

De illo<sup>1</sup>..... dentur dimidium centum fassarum et unus florenus.

(148 v<sup>o</sup>)<sup>2</sup> *Jovis, loco Veneris, xxvj marcii.* — Ramel, Vandelli, Baudi; — Orseries, Jo. Fabri, Dadaz, H. Fabri, B. Hugoz, Curt, Plonjon, Lestelley, Leta, de Monte, Navis, Frojon.

Fuerunt apportate due lictere missive per reverendissimum dominum nostrum misse.

Fuit apportata una alia per Jo. Testuti, qua lecta, Guiliermus Curt dixit non emississe preces inibi contentas apud illu. et reverendissimum dominum nostrum episcopum.

Fuit relatum sicuti onus [habet] illius magister hospicii Sancti Mauri ut provideatur de tappisseriis, eciam de hospiciis quatenus opus sit.

(149) De tappisseriis, fiat possibile de reperiendo ad complacendum principi nostro.

De hospiciis, rogentur domini canonici ut ho[s]pita]ri velint, exigencia illu. et reverendissimi domini, ut honorosius fieri poterit.

De detento, procedatur contra eum et inde repetatur nec feratur sententia sine scitu illu. domini nostri episcopi.

(*De B. Hugoz.*) — De peccuniis, tradantur B. centum floreni dispergendi in pauperes socios ad suam discretionem.

De Testuti et aliis, prosequatur contra eos ut jam fuit conclusum.

(148) *Veneris xxvij marcii.* — Ramel, Vandelli, Baudi; — Orseries, Danel, Curt, Fornerat, Dadaz, Fabri, Megex, Frojon, Lestelley, Plonjon, Navis, Leta, Rosseti, de Monte, Fonte; — Porrals.

Petrus de Nanto, serviens vicedompnatus, juravit franchisesias observare.

Guiliermus Curt ad formam conclusionis exhibuit centum florenos.

De detento, remaneat usque ad adventum domini nostri presulis.

(148 v<sup>o</sup>) *Martis ultima marcii.* — Ramelli, Vandelli, Baudi; — Danel, Curt, Fornerat, H. Fabri, Jo. Fabri, Megex, Frojon, Lestelley, Fonte, Plonjon, Carrerii, Navis.

(*Fonte.*) — E. Fonte solvat vigilli Cloye, qui secum ivit Thaurinum, quinque ff. iij g.

De supplicacione Gaud, non fiant supplicata.

De vino Stephani Ramusii, non solvat de suo excreto; de empto, solvat.

De telis, Danel et Curt provideant.

Thesaurarius solvat minuserio qui fecit clavem dandam reverendissimo domino nostro per sanctum Petrum unum florenum.

<sup>1</sup> Le reste de la ligne est en blanc.

<sup>2</sup> Ce procès-verbal est inséré à la suite de celui du 31 mars.

(149) *Jovis, loco Veneris, secunda aprilis.* — Ramel, Vandelli, Baudi, Jo. Migerandi; — Orseries, Curt, de Rippa, Carrerii, Lestelley, Plonjon, Navis, Rosseti, Fonte.

Fuerunt lecta duo scripta dictata: unum per n. Ludovicum Montion et aliud per Michaellem Nerguaz, pro parlamento fiendo per no. sindicum Ramelli in presentacione clavium in ponte Areris. Fuit conclusum quod scriptum dictatum per Montion illud expediatur et dicatur per n. sindicum.

De presentacione doni, illud faciant et presentent d. sindici.

Fiat verbale mandatum porterii[s] ne apperiant portas, postquam fuerunt clause, sine licencia dominorum sindicorum.

Dicatur designeriis quod sint parati quociens fuerint petiti, et obediant.

Fiant excubie duabus aut tribus noctibus post adventum ipsius reverendissimi presulis nostri.

Tradat Girardinus de Rippa thesaurario centum florenos aut quid debebit.

*Martis septima aprilis.* — Ramelli, Vandelli, Baudi, Migerandi; — Orseries, H. Fabri, Montion, Cartellier, Danel, Bovier, Dadaz, A. Versonnay, Jo. Fabri, Curt, Megex, Frojon, Lestelley, Fonte, Plonjon, Navis, Leta, Monte, Carrerii, Rosseti.

De domina comitissa de Monrevert et domino Sancti Sorlini, dentur cuilibet ipsorum tres quarteroni malvatici, tres quarteroni melliciacti.

Item duobus nepotibus, duo quarteroni: unum malvatici et alium melliciacti.

De desineriis, dicatur desineriis quod allocantur suos de eorum desineriis quod se preparent et sint presto et parati illico quod petentur.

De patisseriis, dicatur illis quod decoquant panem et illum faciant rationabilem, nec faciant panem aliis hospitibus nisi rationabilem.

De excubiis, ille fiant die adventus illu. domini nostri principis et inde continue usque ad recessum gencium.

De vendito vino per nobilem Franciscum de Sancto Michaelle uni non burgensi, dicatur n. Francisco quod non vendenda pro revendendo, et illi qui vendidit et non est burgensis pugniatur ad formam franchisesie.

*De patisseriis.* — Comparuerunt xxij patisserii quibus fuit factum preceptum per n. syndicos ut faciant panem rationabilem, sub pena privacionis exinde quoquendi (150) panem; et fuit privatus dictus Cocty de non faciendo panem per annum. Magister Amedeus peccit et requisit dominos syndicos ut faciant preceptum bollongeriis ne faciant panem donec vendito illo per patisserios decocto; fuit eis dictum quod si decoquant panem et sit rationabilis et illum non possint vendere, custodientur a perda. Tandem ipsi patisserii se obtulerunt panem rationabilem facere.

Desinerii qui venerunt sunt hii:

Anthonius Millanesii, Georgius Pactri, G. Furjodi, Jo. Mercerii, Ja. Ser-

velli, Peronetus Joly, Jacobus Cardinal, Ste. Arnaudi, Nycodus carpentator, Jo. Vudon, Jo. de Pileo Rubeo, Nycolinus de Cresto.

Fuit eis factum preceptum ut habeant advertere socios de eorum desineriis ut intersint in adventu, ut se obtulerunt. Idem de Pileo Rubeo se demisit ab eodem officio et dixit quod exinde illud non exercebit.

(*De Nycolino de Cresto.*) — Nycolinus de Cresto proposuit se ad formam conclusionis tra[di]disse centum ff. et thesaurarium fecisse consensum per quindecim dies dumtaxat post Pascha; et idem thesaurarius dixit quod non ulterius consenciet donec fuerit sibi integraliter satisfactum; unde supplicavit ut pro aliis non molestetur.

*Jovis ix aprilis.* — Ramelli, Vandelli, Baudi, Migerandi; — Cartellier, Fonte, Navis, Megex, Frojon, Bovier, Plonjon, Fernex, Danel, Leta, Lestelley, Dadaz, B. Hugonis, Malbosson, de Rippa, de Monte, Fornerat, Jo. Fabri.

(*De vassella r. d. episcopo.*) — De vassella danda illu. et reverendissimo domino nostro presuli, non marquetur marcha sive armis reverendissimi domini nostri nisi per aurifabrum tanquam argentum fine.

(*Besansonus deputatur.*) — De sociis, dentur adhuc Besansono xxxvj [ff.] distribuendi ut videbitur sibi equum et justum.

De parlamento fiendo per Besansonum, capitaneum generalem, illud faciat brevibus verbis.

*Veneris decima aprilis.* — Ramelli, Vandelli, Baudi, Migerandi; — Orsieres, H. Fabri, Montion, Cartellier, Curt, Dadaz, Jo. Fabri, Danel, Fornerat, de Rippa, Megex, Frojon, Navis, Plonjon, Bovier, B. Hugoz, Lestelley, Malbosson.

(*De missa r. d. n.*) — Exposuit n. Jo. Ludovicus Ramelli sicuti dominus Sancti Mauri, (151) magister hospicii illu. et reverendissimi domini nostri episcopi et principis Gebenn., sibi enarravit quod illu. et reverendissimus dominus noster episcopus est contentus suam primam sollempnem celebrare missam, ne scandalum oriat, prope Oratorium, prius super hoc advisatis dominis de capitulo. Exposuit secundo quod, adeo quod detentus bastardus est de ordine regis et ipsi sindici et consules pro majori parte fuerunt mercatores percunctantes nundinas Lugduni et aliarum patriarum, idem bastardus, postquam fuerit relaxatus, aliquos poterit offendere; super quibus supplicavit prelibato reverendissimo domino nostro ut in omnibus bonum et utilem dare velit ordinem.

(*De juramento d. n.*) — De advertendo dominum pro jurandis franchisesiis, non advertatur.

(*De detento.*) — De detento, advertatur de dicto periculo.

(*De excubiis.*) — De excubiis, fiant tribus diebus et petantur L socii cum vigilibus per nobiles sindicos, tam pro excubiis quam honore civitatis, et capiantur duo ex qualibet desineria.

(*De dicto Pollien.*) — De dicto Pollien, si senciat se securum, vadat cum ceteris sodalibus, alias non.

(*De cridis.*) — De faciendo cridas, ille fiant ut qui (qui) onus habent tappissandi appona[n]t illas ad tapissandum, et omnia sint cras in pronte parata ante meridiem.

(*De palio.*) — De palio, presentetur et portetur<sup>1</sup>.

*Sabacti undecima aprilis.* — iiiij<sup>or</sup> sindici; — H. Fabri, Montion, Cartellier, Danel, Bovier, Fornerat, Megex, Frojon, Plonjon, Navis, Leta, H. Pollier, de Monte, Lestelley.

(*Admodiatio Mollaris.*) — Fuit admodiata platea Mollaris Andree Duci, servitori Hugonini Fabri et ejus noniine, precio xvij ff., ad extinctum candele et voce cride, more solito. Presentibus Humberto Trenchet, P. Joly, Moneto Luppi et pluribus aliis.

(*Admodiatio Longemale.*) — Platea Longemale fuit admodiata Petro Paqueti et expedita ad unum annum hodie incohandum, precio sex florenorum.

Exposuit n. Jo. Ludovicus Ramelli sicuti heri, ipse et ejus socii adiverunt personam illu. et reverendissimi domini nostri episcopi in domo Jo. Donzelli quondam, et ibidem interfuerunt parte venerabilis capituli Gebenn. r. d. prothonotarius de Montroctier, Salterii et Luctrie, in quorum presencia requestam fecerunt apud eundem reverendissimum d. nostrum ut suam missam pontificalem Dominico proxima celebrare velit in Plano Palacii, prope Oratorium, ut scandalla evictentur propter multitudinem gencium et fiet sine folla; qui fuit contentus, actamen dixit quod advertantur domini de cappitulo, et fuit conclusum quod sic fiat et vadant ad eos; et fuerunt preparata chaffalia, sed ob pluviam non celebravit sed in ecclesia cathedrali.

*Dominico xij aprilis.* — Ramelli, Vandelli, Baudi, Migerandi; — Orsieres, H. Fabri, Montion, Bovier, Dadaz, Fornerat, Danel, Cartellier, Curt, Jo. Fabri, Fernex, Fonte, Plonjon, H. Pollier, Carrerii, Navis, Frojon, Megex, Leta, de Rippa, B. Hugonis.

(*Juramentum reverendissimi d. episcopi Gebenn.*) — Heri, undecima aprilis, illustris et reverendissimus dominus noster dominus Petrus de Bauma, episcopus et princeps Gebenn., adepta possessione sua episcopatus super magno altari, inde super altari Sancte Catherine juravit franchisesias ad formam scripti contenti in jam dictis franchisesiis<sup>2</sup>, presentibus r. d. Aymone de Gingino abbate Bonimontis, Petro Grueti vicario, Jo. de Charanzonay, Guilliermo de Vegio, Johanne Ronzerii, Johanne de Monte Fal-

<sup>1</sup> Suivant Bonivard (*Chroniques de Genève*, t. II, p. 211), l'évêque Pierre de La Baume fit son entrée solennelle le 11 avril.

<sup>2</sup> Voir la formule du serment épiscopal dans le *Livre des Franchises* (Ms. h., vol. 62, p. 1 et 58) et le procès-verbal du serment prêté par Pierre de La Baume le 12 avril 1523 (P. H., n° 939).

cone, canonicis Gebenn., magnifico domino Aule Nove, commendabili Guiliermo Danelli, Bernardo Boulet, Humberto Trenchet et pluribus aliis.

(*Donum.*) — Exposuit no. Jo. Ludovicus Ramelli quemadmodum donum fiendum illu. domino episcopo fuit dilatatum eidem tradere hucusque, ad causam impedimenti habiti in adventu ipsius; super quo et de modo faciendi peciit oppinari. Fuit conclusum quod fiat nunc. Donum fuit de xxxij marchis argenti in sex discis et sex scutellis plactis argenti, duodecim facibus cere et duodecim alabostris dragee.

(*De hiis qui suas apperuerunt bucticas.*) — Quia murmur non modicum impresenciarum est per civitatem, ad eo quod sunt plures mercatores pagnorum lane et ciricerii et eciam mercerii qui hodie, que est dies Dominica dedita in honorem Dei qua cuncti ab omni (152) opere servili cessare debent, (et) suas bucticas apperuerunt vendendo in eis ut si esset dies mecnica, que sunt mali exempli et nullo modo tolleranda et magna correctione digna, fuit conclusum quod dicatur domino procuratori vadat ducendo secum duos aut tres vigilles et precipiat illis qui dictas apperuerunt appo[the]cas, claudant; et pro nunc non fiat aliqua pugnicio ex quo ementes venerunt ad solemnem missam hodie celebratam per illu. et reverendissimum dominum nostrum episcopum.

(*De dono.*) — De dono, fiat nunc.

(*De fusta.*) — De fusta, ad Martis.

(*De argento doni.*) — Fuit portata vassella ex quibus xxxij marchis non sunt nisi triginta una et duodecim denarii, et sic restat debens aurifaber septem uncias et duodecim denarios.

*Martis xiiiij aprilis.* — Ramelli, Vandelli, Baudi, Mygerandi; — Orsieres, A. Versonay, Curt, Dadaz, Danel, Megex, Berteracti, Frojon, Lestelley, Fonte, Plonjon, Navis, Leta, Carrerii.

(*De hospitallerio pontis Rodani.*) — Exposuit egregius P. Berteracti, procurator pissidis, sicuti non obstante precepto per eum facto, eciam officarios episcopales, dictus Pollet et ejus uxor recusant vacuare domum hospitalis pontis Rodani, dicentes se habere preceptum a dominis sindicis de non exeundo ab eadem. Quia ibidem tenet vitam lubricam et sceleratam, faciat eos exire; et dixerunt nullo modo dixisse quod ibidem remaneret.

(*Relacio doni facti.*) — Retulit nobilis Jo. Ludovicus Ramelli quomodo donum fecerunt et quod illu. et [r.] d. noster dixit quod illud recognosceret.

(*De macellariis.*) — Venit Petrus Rosset qui, nomine suo et aliorum, lamentacionem emisit sicuti macellarii fecerunt bonam carniū provisionem que eis, ad causam vetulorum in hac civitate(m) multitudinem<sup>1</sup> per hospites emptorum, (carnes eis) remanxere et inde putrefacte in ipsorum maximum prejudicium. Fuit conclusum quod macellarii vendiderunt carnes

<sup>1</sup> *Lisez*: multitudinis.

ut voluerunt ad quinque fortes et ad septem denarios et eciam pauci valoris ad sex denarios; pugniantur hii qui offenderunt et servetur consuetudo vetulorum et capriolorum.

(*De fusta.*) — De fusta, ponatur in loco tuto et servetur.

(*De Nycolino de Cresto.*) — De Nycolino de Cresto, faciat cum thesaurario.

*Veneris xvij aprilis.* — Ramelli, Vandelli, Migerandi; — Orsieres, Cartellier, Versonay, Curt, Jo. Fabri, Megex, Lestelley, Fonte, Plonjon, Navis, Rosseti, Carrerii, Monte, Leta.

Venerunt Jo. Vallet, Guiliermus Nepotis et Petrus de Rages, pecierunt satisfieri de penis et laboribus habitis circa vacaciones adventus.

(*De gracia.*) — Fuit apportata gracia Georgii, filii quondam Aymonis Gerdi, super homicidio per eum perpetrato in Sancto Gervasio, super qua fuit appositum «parati obedire».

(153) (*De detento.*) — Exposuit n. Jo. Ludovicus Ramelli sicuti, in recessu illu. et reverendissimi domini nostri episcopi, adivit illius personam et facta humilli reverencia dixit eum<sup>1</sup> si que eis precipere vellet et placeret, illa co(g)narentur adimplere, et inter cetera ei loquutus fuit de detento, querando<sup>2</sup> ab eo quid placebat de eo facerent. Qui reverendissimus dixit se intellexisse plures minas intulisse et inferre ex quibus meretur pugniri, tamen ordo portabat ut illi fieret indulgencia; neominus sperat suum reditum ad Lune et tunc que fienda erunt adimplebuntur.

(*De sociis.*) — De sociis qui laboraverunt pro adventu illu. et reverendissimi domini nostri, videantur jornate, taxentur per Curt et Danel et fiant rotuli qui inde contorollatori exhibeantur.

(*De sociis.*) — De sociis qui tenuerunt turrin in ascendendo et descendendo Magdalenam in monte Baume<sup>3</sup>, solvantur eorum expense oris ut dicet P. Rages.

(*De artillieriis.*) — De artillieriis, fiat rotulus per Fonte.

(*De vino.*) — De vino, vocetur consilium quinquagenarium.

(*De macellariis.*) — De macellariis, observentur conclusiones et si defficiant, pugniantur.

*Martis xxj<sup>ma</sup> aprilis.* — Ramel, Vandelli, Baudi, Migerandi; — Cartellier, Curt, Jo. Fabri, Berteracti, Carrerii, Malbosson, Frojon, Megex, Lestelley, Fonte, Plonjon, Navis, Leta.

(*De Porrallis et aliis.*) — De Porrallis et de conductoribus adventus, commictitur Guiliermo Curt ut intelligat a quolibet pro quanto respective contentabitur.

<sup>1</sup> *Lisez*: ei quod.

<sup>2</sup> *Lisez*: querendo.

<sup>3</sup> Mot d'une lecture douteuse. Cet article paraît relatif à un épisode de la réception de Pierre de La Baume.

De iii<sup>or</sup> bendis occasione doni facti per illu. et r. d. nostrum episcopum et principem.

(De iii<sup>or</sup> bendis.) — De quatuor bendis, sciatur a capitaneo generali quanti fuerunt sodales et socii in adventu vestiti caligis et disploidybus, et tandem ille quatuor bende dividantur in quatuor vel quinque partes numerative et distribuantur peccunie date per illu. et reverendissimum dominum, sic quod seriatim unus tantum accipiat quantum alius et sic equales fiant in distribucione peccuniarum.

Veneris xxiii<sup>ij</sup> aprilis. — Ramel, Vandelli, Baudi, Migerandi; — Orsieres, Versonnay, Danel, Curt, Jo. Fabri, B. Hugoz, Lestelley, Fonte, Navis, Carrerii, Frojon, Megex, Leta.

De laboribus per Porrallis habitis in dictando scripta adventus presulis nostri, dentur illi viginti quinque floreni<sup>1</sup>.

De conductoribus dicti adventus, dentur Guillierno Nepotis et Johanni Vallet, cuilibet decem floreni et eorum servitori iii<sup>or</sup> ff<sup>2</sup>.

De Petro Rages, dentur illi xvij ff<sup>3</sup>.

De Georgio Lec, videa[n]tur conclusiones posteriores super suo negocio facte.

Fiat mandatum Jacobo Comitis de solvendo illi xxx ff. in exoneracionem horum que sibi debentur super libro. — (Mandatum habet.)

(De Guillierno Hugonis.) — Exposuit Guilliernus Hugonis sicuti insequendo morem solitum, ibat ad hereditatem suam quam habet in loco Lanciaci ducendo unum canem et venabat ad (154) lepores; fuit assignatus per egregium Boulet, procuratorem Terniaci, res[ponsurus] process[ui] et intitulan[dis] in eum, que sunt exorbitancia, cum nunquam de contrario usitatum fuit; unde requisit, cum sit civis, fieri remonstraciones eisdem officario et domino judici, sic quod ab omni molestia sit alienus. Fuit conclusum domini sindici vadant ad s. d. iudicem Terniaci et faciant requisicionem apud illum ut ulterius non molestetur pro eadem re sic fieri usitata.

Martis xxvii<sup>ij</sup> aprilis. — Vandelli, Migerandi; — Orsieres, Hugonis, Versonnay, Curt, Fabri, de Rippa, Megex, Frojon, Lestelley, Fonte, Navis.

(De serralliono et artillieris.) — De artillieris, dentur illis et cuilibet ipsorum ad rationem trium solidorum pro singulo die.

De serralliono, de[n]tur illi, incluso ferro pro singula libra, decem octo denarii junctis jornatis quibus circa hec fuit vacatum.

<sup>1</sup> Voir la pièce de vers français écrite à l'occasion de l'entrée de l'évêque Pierre de La Baume à Genève et attribuée à Porral (P. H., n° 938), et le mandat de paiement (*Finances* M, n° 18, année 1523, fol. 46, mandat n° 22). — Voir aussi M. D. G., t. I, p. 135 n.

<sup>2</sup> *Ibid.*, n° 14.

<sup>3</sup> *Ibid.*, n° 19.

(De macellariis.) — De macellariis, fiat justicia de illis qui deliquerunt; et rescribatur in eorum favorem castellano et officiariis Ruppis, occasione novi vetigalis, et dicatur ipsis bocheriis quod serviant ad formam conclusionis quam penes se habent.

(De bonis quondam n. Jo. Martini.) — De bonis quondam Jo. Martini, domini sindici vadant ad illu. dominum episcopum et illum dulcibus verbis alloquantur ut nostra observetur franchesia.

(De detentis Lugduni.) — De detentis Lugduni, rescribatur apud dominos Bernenses pro ipsis et Comite de Venturis detentis Lugduni.

(De asserto clerico detento.) — De asserto clerico detento, habeatur consilium si illa dimissoria relativa ad privilegium clericale sit vallida ad non procedendum in eum per eos, et, secundum consilium, provideatur et agatur.

Penultima aprilis. — Vandelli, Migerandi; — Orseries, Cartellier, Hugonis, de Rippa, Lestelley, Nergua, Frojon.

(De G. Rosseti.) — De Glaudio Rosseti, vadant domini sindici ad reverendissimum dominum nostrum episcopum et pro eo loquantur ut franchesia servetur.

Penultima aprilis, vesperorum. — Vandelli, Migerandi; — Orsieres, Fernex, Versonnay, Fabri, Curt, Megex, Frojon, Lestelley, Leta.

Proposita per dominos syndicos Veneris reiterantur.

#### Admodiatio vini venalis facta Anthonio Millanesii.

Anno Domini millesimo quingentesimo vigesimo tercio, indicione undecima et die ultima mensis aprilis, in mis notarii et communitatis secretarii etc., personaliter constituti in claustro ecclesie cathedralis Sancti Petri Gebenn. nobiles Glaudius Vandelli (155) et Johannes Migerandi, consindici civitatis Gebenn., suis ac nobilium Johannis Ludovici Ramelli et Johannis Baudi, consindicorum ejusdem civitatis, ac tocus communitatis [nominibus], ex una, et honorabilis vir Anthonius Millanesii, burgensis Gebenn., apothecarius, ex alia. Prefati vero nobiles consindici, suis et quibus supra nominibus, admodiant et titulo admodiacionis tradunt, cum honore et onere assuetis, Anthonio Millanesii, apothecario, burgensi Gebenn., presenti et stipulanti, gabellam vini venalis in hac civitate et franchesiis hujus civitatis, tanquam plus offerenti, ad consummationem candele ceree in dicto claustro, factis prius proclamacionibus per preconem voce tube, spacio et per tempus unius anni integri die crastina prima maii incohandi et simili die finiendi, precio et sub firma duorum mille ducentum et decem florenorum auri p.p., quolibet floreno valente duodecim solidos monete curialis in patria Sabaudie, per eundem Anthonium vel suos realiter persolven-

dorum in manibus nobilis thesaurarii ejusdem communitatis singulis mensibus et in fine cujuslibet mensis, more denariorum fiscalium ac si esset res judicata, se propterea et ejus bona submictendo captioni et detencioni persone et firmorum carcerum mancipationi, omni appellacione et contradicione postposita. Promictentes dicte partes juramentis suis, videlicet nobiles sindici, sindicario nominibus dicte civitatis, dictam admodiacionem ratam habere et illam eidem manutenere; dictusque Anthonius firmam predictam terminis predictis solvere, modo et forma prescriptis, et cavere ydonee. Omnibus juribus canonicis et civilibus, franchesiis, libertatibus, remediis, cautelis, usibus, (franchesiis,) statutis et consuetudinibus renunciaverunt et renunciant. Acta fuerunt premissa in dicto claustro, presentibus nobilibus et honorabilibus viris Ludovico de Lestelley, Petro Navis, Glaudio Servandi, Matheo Carrerii, Philiberto Piemont, n. P. de Orseriis et Humberto Trenchent, et pluribus aliis testibus.

S. Biolesii, n.

*Veneris prima maii.* — Vandelli, Migerandi; — Orsieres, Cartellier, Danel, Versonnay, Curt, J. Favre, Lestelley, Fonte, Navis, Leta, Rosseti, Carrerii, Frojon.

Juravit Amedeus Tornerii fecisse novem jornatas et ceteri ejus socii totidem in artillieria. Actento juramento fiant mandata ad rationem trium solidorum pro singulo die.

*(De porta Bertellerie.)* — De Bertelleria et clausa porta suarum stupharum quam requirebat apperiri, fuit conclusum ut remaneat clausa ad formam licterarum.

*(De macellariis.)* — De privandis macellariis Longemale et aliis, videatur appu[n]ctuamentum sive ordinacio et provideatur ad illius formam.

*(De vino.)* — De ampliando vinum venale sive illius precium, vocetur consilium quinquagenarium.

*(De Briganton.)* — De Briganton privato, restituatur in integrum, mediante promissione de observando edita.

*(De adventu d. ducisse.)* — De adventu domine ducisse, vocentur hii qui sunt experti et in alia fuerunt, post prandium.

*(De Georgia.)* — De Georgia, que supplicacionem porrexit, informetur fiscus et provideat.

*(De Guillermo Hugonis.)* — De Guillermo Hugonis, vadant domini sindici ad dominum judicem et requiratur ut supersedeat a molestacionibus illi factis.

(156) *Martis quinta maii.* — Ramel, Migerandi; — Cartellier, Versonnay, Berteracti, Curt, Fornerat, Dadaz, Jo. Fabri, Lestelley, Megex, Navis, Leta.

*(Caucio.)* — || Anthonius Millanesii, admodiataris gabelle vini, principalis, promictit solvere ad formam sue admodiacionis et cavet per Aymonem

Chambet, Petrum Pastoris, dictum Gallouz, Petrum Barberii et e. P. Berteracti, qui renunciaverunt juri dicenti principalem [prius] fore conveniendum quam fidejussorem, epistole divi Adriani etc... ||

*(Indempnitas.)* — Ibidem Millanesii et Chambet, et quilibet insolidum, promictunt fidejussores indempnes servare.

De peccuniis Omnium Animarum, ad Veneris, et interim domini sindici alloquantur n. Montion et Guilliet.

De Gando, detur illi unus scutus auri pro loquerio sue camere concessa operariis adventus. — *(Mandatum habet<sup>1</sup>.)*

*(De macellariis Longemale.)* — Venit P. Rosseti, macellarius, et exposuit sicuti macellarii Longemale, quamvis eorum habeant scoreatoriam, occidunt mutones, vetulos et capriolos in platea ipsius macelli, quorum pretextu generantur fetores; et eciam tenent carnes corruptas et fetentes, que de facili possent generare pestilenciam; unde requisit super premissis bonum dari ordinem quo talia evictentur.

*Veneris viij maii.* — Ramel, Vandelli, Baudi; — Orsieres, Cartellier, Versonnay, B. Hugoz, Bovier, Fornerat, de Ripa, Megex, Lestelley, Fonte, Plonjon, Navis, Frojon, Leta.

*(Juramentum.)* — N. Johannes Franciscus Thuardi, locumtenens Gebenn., juravit franchisesias observare.

*(Pronunciacio n. P. de Fernex et Amedei de Pileo Rubeo.)* — De differenciis n. P. de Fernex senioris et Amedei de Pileo Rubeo, fuit lecta relacio operariorum, que fuit observari mandata et ordinata in presencia dicti de Pileo Rubeo et absencia prefati n. P.

*(De Guillermo Hugonis.)* — Querimoniam iterum fecit Guillermus Hugonis quomodo ultra solitum inquietatur per officarios Terniaci instante procuratore fiscali; requisit remedium super hiis apponi. Fuit conclusum ut domini sindici vadant ad reverendissimum dominum nostrum episcopum et illi omnia declarentur.

*(De barbitonsore et presbitero.)* — De barbitonsore et presbitero hospitalis, solvantur residua stipendiorum, et ita fieri dicatur honorabili Cornaz.

*(De electione novi prioris.)* — De electione novi prioris, fuerunt electi: Cartellier, Nergua, Frojon, Jo. Boysson.

(157) *Martis xij maii.* — Ramel, Baudi, Migerandi; — Orseries, H. Fabri, Cartellier, A. Versonay, B. Hugoz, Curt, Ste. de Mara, de Ripa, Bovier, Jo. Taccon, Megex, Frojon, Lestelley, Fonte, Plonjon, H. Pollier, Navis, Leta, Carrerii, Monte.

*(De adventu domine ducisse.)* — De adventu domine ducisse, congregent

<sup>1</sup> *Finances M*, n° 18, année 1523, fol. 47, mandat n° 37, de 3 ff. 8 gr.

se qui aliam reverendissimi domini nostri conduxerunt et fiat honorosius quo fieri poterit, et petatur consilium quinquagenarium post prandium.

(*De vino.*) — De vyno, non [ex]cedatur precium xiiij denariorum pro singulo carterono vini Subtus Montem, et vinum patrie non vendatur ultra decem denarios nec unum pro alio cridetur.

(*De hospitallerio.*) — De hospitallerio, fuit electus Jo. Bovier; tamen communicetur electio consilio quinquagenario.

(*De Jacobo de Nanto.*) — De Jacobo de Nanto, maneant conclusiones de eo facte, que videantur.

(*De Aubert.*) — De Aubert, timpenatorre, contemplacione r. d. officialis admictatur in burgensem gratis.

*Martis, hora tertia post meridiem.* — Ramel, Baudi, Migerandi; — Orseries, H. Fabri, P. Fernex, Megex, Frojon, Fonte, Plonjon, Navis, Malbosson, Carrerii, H. Pollier, Cartellier, de Monte, de Rippa, Jo. Bovier, Lestelley; — Jo. Valleti, Nycolinus de Cresto, P. Poterelli, Jo. de Pileo Rubeo, Guilliermus Pensabini, Ny. Gentilis, Jo. Boysson, Franciscus Testuti, Robertus Fore, P. Grassier, Franciscus de Fosses, Georgius Patri, Amedeus Reynaudi, Jo. Cartellier, Jo. Sept, Ludovicus Curteti, Peronetus Joly, P. de Casalibus, P. Gardet, Jo. de Arpa, P. de Rages, Guilliermus Nepotis, P. Fabri, Andreas Girardi, Guilliermus Hugonis, Yllarius Richardet, Amedeus Girardi, Tho. Monachi, P. Chatel, Nycodus de Villario, Jacobus Servelli, Jacobus de Cresto.

Exposuit nobilis Johannes Ludovicus Ramelli, consindicus, sicuti ipse et ejus socii adiverunt personam illu. et reverendissimi domini nostri ad causam bonorum que fuerunt Johannis Martini, cujus bona nititur habere in hac civitate ipse reverendissimus dominus noster. Secundo, exposuit quemadmodum sciscitarunt ab eo de adventu illustrissime domine ducisse; qui, quoad illum punctum, dixit quod faciet introitum suum infra tres septimanas, et sic precepit fieri honores illi possibiles. Tercio, exposuit eidem deturbaciones et molestaciones que impenduntur Guilliermo Hugonis, occasione venature, qui responsum dedit quod alloquentur dominum judicem et, si opus esset, rescriberetur pro illo negotio illustrissimo domino duci, dum reperiatur qui vadat. Quarto, exposuit qualiter hodie fuit electio facta de priore hospitalis pestilencialis. Quinto, de peccuniis pertinentibus pissidi Animarum, scilicet octo centum florenis, et quomo[do] fuit advisatum in pluribus ordinariis consiliis ut peccunie ille ponerentur in reemptione molendinorum. Et sexto, de dono fiendo eidem illu. domine ducisse.

(*Electio prioris hospitalis pestilencialis.*) — De hospitallerio, fuit electus nobilis Perrinus Peyrollerii et constitutus prior et procurator ad tres annos.

(*De vino Sobmont.*) — De vino de Soubmont, non excedatur precium quatuordecim denariorum, nec cridetur unum pro alio; et aliud vinum patrie non excedat precium x denariorum.

(158) De adventu domine nostre ducisse, fiat honestiori modo quo fieri

poterit; et fuerunt electi ad devisandum illam et manum apponendum: Guilliermus Curt, Jo. Vallet, P. de Rages, Jo. de Arpa, Guilliermus Nepotis (et Jo. de Arpa) ac Amedeus Porraris.

(*De bonis Johannis Martini.*) — De bonis Johannis Martini, iterum vadant domini sindici apud illu. et reverendissimum dominum nostrum, associati duodecim et majori numero ex magis apparentibus, et fiant illi humilles supplicationes ut nostras franchisesias quas placuit jurare et observare illas velit observare, ne in futurum tam per principes quam nobiles traheretur in consequenciam et civitas libertatibus suis non frustretur sed in bona pace et quiete remaneat, quem non ambigunt domini sindici prelibatum illu. dominum nostrum presulem ullo modo velle infringere.

(*De Guilliermo Hugonis.*) — De Guilliermo Hugonis, iterum instetur apud prelibatum dominum nostrum ut alloquatur dominum judicem et supersedeatur in hac materia donec in adventu illustrissimi domini ducis.

De molendinis, maneant conclusio que facta fuit in consilio ordinario, quam approbat consilium quinquagenarium.

*Jovis xiiii maii.* — Ramel, Baudi, Migerandi; — Orseries, H. Fabri, Cartellier, Danel, Versonnay, Jo. Taccon, Bovier, Curt, Dadaz, de Rippa, Fornerat, Frojon, Lestelley, Fonte, Plonjon, Leta, Malbosson, de Monte, Megex, Navis.

(*De cridis.*) — De cridis, visitent illas tres aut quatuor mercatores ad id experti et inde ille quoad penas reparentur.

(*De detento.*) — De detento, dicant domini sindici illu. et reverendissimo domino nostro episcopo quod ipse illu. princeps potest ex sue potestatis plenitudine, ante latam sentenciam vel post, indulgere quibuscumque criminosis et, quoad id quod ipse reverendissimus dominus episcopus vult quod feratur sentenciam qua dumtaxat bampniatur, ad id respondeatur quod si ipsi sentenciam eo modo ferant et majorem penam mereretur, posset in dies eis impugnari, quod esset eorum maximum dedecus.

*Veneris xv maii.* — Ramel, Baudi, Migerandi; — Orseries, A. Versonnay, B. Hugonis, Danel, Curt, Berterat, Nergua, Megex, Frojon, Lestelley, Fonte, Navis, Monte, Carrerii, Leta.

(*Pronunciacio et ordinacio pro Jacobo Mugnerii.*) — Jacobus Mugnerii et Turfinus Violandi, super differentiis inter eos existentibus ad causam cujusdam platee domus dicti Turfini que inficit domum et plateam dicti Jacobi, promiserunt stare ordinacioni dominorum sindicorum visa relacione deputatorum, qui deputati illam scripto dederunt; qua visa pronunciaverunt et ordinaverunt eandem relacionem observandam et injunxerunt eidem Turfino ut infra duos menses a presencium data reparet et faciat contenta in eadem relacione, quam partes acceptarunt.

(*Burgensis, gratis.*) — Aubertus Comitit, de Bauma Curnilliana prope

Valenciam, timpenator, admictitur in burgensem gratis, contemplacione r.d. officialis.

(*De Falqueti.*) — Quia Stephanus Falqueti, pocterus, requisit sibi dari licenciam construendi unum banchum subtus lobiam alarum, quem inde precio equo admodiare se obtulit. Fuit conclusum ut locus visitetur.

(159) De medalliis, apponantur arma domine ducisse in quibus apponantur arma ducalia bispartita et conjuncta.

(*De cridis.*) — De cridis, advertantur officarii episcopales et illis exhibeantur franchises quibus dissonant; et tandem domini syndici, junctis cum eis Nergua, H. Fabri, Fonte et Besansonus Hugonis, vadant ad consilium episcopale ut reparentur.

(*De tegulis.*) — De tegulis remotis per Rolandum, carpentatorem, in suburbio Sancti Leodegarii, quia ille tegule fuerunt repositae in domo cujusdam paupercule filie que ibidem fuit et comparuit, tollantur et illi satisfiat de salario impedimenti ipsarum tegularum super illis.

(*De ponte Areris.*) — De refectione pontis Areris, alloquatur P. Gay, thesaurarius, de periculis, et tandem reverendissimus dominus noster episcopus.

(*De magistro scholarum.*) — De magistro scholarum, ex quo magister Ludovicus dixit se nolle ulterius scolas tenere, provideatur de uno docto magistro et ydoneo.

De tribus bendis, ad Martis.

*Martis xix maii.* — Ramel, Baudi; — Orsieres, Cartellier, Curt, Versonnay, Dadaz, de Rippa, Berteracti, Jo. Fabri, Frojon, Fonte, Navis, Leta, Rosseti, Megex, Lestelley, Carrerii.

(*De religiosis D. N. de Graciis.*) — Quia domini religiosi Domine Nostre de Graciis pecierunt sibi elemosinam erogari pro satisfaciendo de eorum horologio, actentis oneribus civitatis impresenciarum occurrentibus, pro nunc non detur.

(*De Magnaz.*) — De Magnaz, qui exhibuit quoddam albergamentum pridem per communitatem suo patri factum de quodam predio super quo pretendit impedimentum habere, fuit conclusum si quis petat ab eo super re albergata, communitas eum deffendat sumptibus civitatis.

(*De serralliono.*) — De magistro Jacobo Brognie, serralliono, de operibus factis per eum in adventu d. episcopi, de[n]tur illi, pro qualibet libra ferri respective operata, sex quarti.

(*De rectore scholarum reperiendo.*) — De magistro scholarum, quia venit quidam magister qui alias stetit in domo r. domini de Bona et se obtulit servire, ex quo est presbiter, non admictatur ad huc et dicatur illi quod non providebitur usque post festum Sancti Johannis Baptiste; et interim queratur ydoneus.

(*De peccuniis Animarum.*) — De peccuniis debitis per Cartellier, occasione

remissionis facte per Varamberti, ille (convertantur) et quas debet Jo. Philippi in reemptione molendinorum nec in aliis usibus convertantur.

(*De cridis.*) — De cridis, domini syndici vadant ad magistrum hospicii reverendissimi domini nostri et illi faciant graciosas remonstraciones quod cride facte ultimo reparentur, cum sint franchises exorbitantes, et requiratur ut de illis faciat graciosas remonstraciones apud ipsum reverendissimum dominum nostrum et quod populare de illis multum lamentetur.

*Veneris xxij maii.* — Baudi, Migerandi; — Orsieres, Curt, de Rippa, Lestelley, Nerga, Fonte, Megex, Navis, Plonjon, Frojon, Leta.

(*De peccuniis Alamagnie.*) — De peccuniis Alamagnie, alloquatur Michael Sept, et si vult acceptare et accipere onus apportandi quictanciam, dentur illi tres aut iiiij<sup>or</sup> scuti solis.

(160) (*De peccuniis pro adventu d. ducisse.*) — De peccuniis pro adventu quas thesaurarius dixit se non habere, ad Martis.

(*De detento.*) — De detento, feratur sententia ad formam licterarum per rev. dominum nostrum decretarum<sup>1</sup>.

De Claudio de Prato, suburbii Sancti Gervasii, qui querimoniam fecit contra Belexert, visitetur locus et inde fiant fienda.

(*De cridis.*) — Exposuit n. Jo. Balli sicuti, insequendo onus sibi datum per consilium ordinarium de alloquendo r. d. magistrum hospicii illu. et reverendissimi domini nostri, illum fuit alloquutus ipse et dominus syndicus Ramel, cui fecerunt remonstraciones et humilles requisiciones ut pro civitate velit intercedere erga prelibatum reverendissimum dominum nostrum ut cride extra limites franchesarum statute, de quibus populare lamentatur, reparare velit. Qui magister hospicii dixit quod possibile faceret et heri dixit quod nondum alloquutus fuerat prelibatum reverendissimum dominum nostrum, ex quo vidit illum tristem occasione synodi et gestorum in ea, sed quamprimum videret opportunitatem alloquendi prelibatum reverendissimum dominum, illum alloqueretur.

(*De Ste. Peccollat.*) — Honorabilis Stephanus Peccollat venit ad Domum ville et exposuit quod, quamvis ipse nec ejus predecessores in nullo teneantur pretextu firmarum civitatis, stat admodum ad cancellandum; requisit illas cancellari. Refferente Lestelley quod satisfecerunt, cancellentur et mandatur secretario quod illas querat et cancellet.

*Sabacti xxiiij maii.* — Baudi, Migerandi; — H. Fabri, Bovier, Jo. Taccon, A. Versonex, Curt, Cartellier, Fornerat, Jo. Philippi, Dadaz, B. Hugonis, Navis, Plonjon, Frojon, Lestelley, Malbosson, Monte, Fonte, P. Fernex, Nergua, Carrerii.

<sup>1</sup> Lettre de l'évêque Pierre de La Baume, datée de Genève 15 mai 1523, enjoignant aux syndics de ne pas condamner à la peine capitale Jean Jugi, coupable de plusieurs vols. Cette lettre est jointe au procès et à la sentence de bannissement rendue le 22 mai (*Procès criminels*, n° 217).

(*De citatione Chamberiaci.*) — Quia commendabilis Franciscus Cartellerii et nonnulli mercatores foranei fuerunt citati instante fisco ducali, eo quod quendam assertum subdictum domini ducalis monuerunt vigore submissionis et factorum in civitate, que cedunt in enervacionem jurisdictionis episcopalis, vadant n. sindici ad reverendissimum d. nostrum et illi faciant querimoniam et supplicent ut in hoc remedium apponatur.

(*De venatura G. Hugonis.*) — Fuit lecta lictera missiva per illu. dominum ducem mandata illu. et reverendissimo domino nostro episcopo ad causam venature et eciam molestacionum que inferuntur Guilliermo Hugonis; super-sedeatur usque ad ipsius illustrissimi domini ducis adventum, ut cavetur lictera.

*Martis xxvj maii.* — Baudi, Migerandi; — H. Fabri, Cartellier, Danel, Jo. Taccon, Bovier, Curt, Fornerat, Dadaz, Jo. Fabri, de Ripa, B. Hugonis, Megex, Frojon, Lestelley, Navis, Rosseti, Carrerii, Jo. Philippi, Berterat.

(*De Ste. Falquet.*) — De Stephano Falquet volente componere unum banchum subtus alas, visitetur locus.

(*De filio navaterii.*) — De filio navaterii defuncto prope domum Malbosson, pater et mater portent illum in Plano Palacii hora nona et visitetur per hospitalerium et barbitonsorem, et refferant et inhumetur in cimisterio hospitalis pestilencialis.

(*De citatis.*) — De citatis Cartellier et aliis, d. officialis rescribat domino presidi.

(161) (*De relicta Blondelli.*) — De relicta Blondelli, que asserit sibi esse debitas plures peccunias ut in libro<sup>1</sup>; peciit detrahi de gabella vini; quia non juravit, ad Veneris si debeat admicti ad juramentum.

(*De vestimentis moderni detenti.*) — De vestimentis pertinentibus moderno detento, instante domino Vansiaci, quorum occasione fuit factum preceptum condurerio qui illa composuit ut illa portet in bancha vicedompnatus, fiant remonstraciones locumtenenti vicedompnatus ut desistat nec perdat saltor.

De nanto de<sup>2</sup>, visitetur locus et planchia.

(*De peccuniis reverendissimi d. nostri episcopi.*) — Venerunt plures tam custillierii quam arbanesii qui pecierunt sibi expediri ex peccuniis donatis per illu. et reverendissimum dominum nostrum episcopum in suo jocundo adventu, ad formam conclusionis; fuit dictum et conclusum quod conclusio remaneat.

(*De lictera indulgencie.*) — Lictere indulgencie concesse P. de Tullia, quas<sup>3</sup> presentavit ipse, ponatur: «parati obedire mandatis».

<sup>1</sup> Voir, dans *Bourgeoisie* A, n° 2, fol. 53 v° et 54, le compte de Jeanne «relexee de mons<sup>r</sup> le maistre Blondet».

<sup>2</sup> Le nom est resté en blanc.

<sup>3</sup> Lisez: quam.

Fuit precepta fieri actestacio Ludovico filio Johannis Petri de Caponis, de Querio in patria Sabaudie, Thaurinensis dyocesis, quomodo est filius ejusdem Jo. Petri et mercator, et pater et filius (et) soliti [sunt] trafficare mercancias probe ab eodem loco et inde emere in hac civitate alias et transvehere ad lacum, examinatis prius Dominico Varamberti, B. Frojon et Matheo Luciani.

*Mercuri xxvij maii.* — Baudi, Migerandi; — Cartellier, de Mara, Bovier, Curt, Jo. Fabri, B. Hugoz, Megex, Nergua, Fonte, Plonjon, Frojon, Navis, Carrerii.

(*De Oddeto Paqueti.*) — Exposuit Benevenuti, filiaster Oddeti Paqueti, sicuti externis diebus fuit captus Oddetus Paqueti, civis et mercator Gebenn., per d. procuratorem fiscalem in enervacionem franchisesiarum. Requiisit dominos sindicos ut ad prelibatum reverendissimum dominum nostrum episcopum vadant et requirant illum relaxari, si pro casu civili mediante caucione ydonea, si pro crimine, veniente parte in forma, stabit juri. Fuit conclusum ut domini sindici vadant primo ad dominum procuratorem fiscalem et sciant ab eo causam detencionis ejusdem; et si nolit dicere vel relaxare, vadant ad illu. et reverendissimum dominum episcopum apud quem petant observari franchisesias.

*Veneris xxix maii.* — Ramel, Baudi, Migerandi; — Orsieres, Cartellier, Bovier, Curt, Fornerat, Dadaz, Jo. Fabri, Danel, de Mara, Megex, Frojon, Nerguaz, Fonte, Rosseti, Carrerii, Navis, Lestelley, Leta.

(*De dono fiendo illu. d. ducisse.*) — De dono fiendo illu. domine ducisse, fiat eo modo quo factum fuit ejus predecessori et in vassella argenti, quia si in auro redigeretur, videretur esse donum exiguum, et eciam servetur ordo antiquus.

Fuit ibi lectus unus rotulus super preparacione adventus illius per e. Boulet, qui dixit se daturum alium ad Martis.

(*De terminatoribus*) — De domino Lustriaci, quia terminatores, apposis terminis in possessione ejusdem prope crucem Sancti Victoris, saltem uno, illum extraxerunt a loco ubi fuerat (162) plantatus, dicatur quod illum terminum evellant a loco in quo nunc est et illum ponant in primo loco et, hoc facto, prohibeatur illis ne ulterius officium limitatorum exercent sed de aliis provideatur.

(*De Paquet.*) — De Oddeto Paque(n)t, vadant domini sindici associati consilliaris suis et requirant r. dominum nostrum ut velit relaxare eundem Paquet, senio fractum; si pro re civili deteneatur, dabit caucionem, si pro crimine, remictatur ipsis, cum sint iudices causarum criminalium; et eum requirant quod observet franchisesias quas sibi jurare placuit. Qui, finito consilio, iverunt ad eundem illu. et r. dominum nostrum, associati majori parti consilliariorum.

De adventu domine ducisse, fiat diligencia possibilis, eciam de reperiendo peccunias.

De rotulo dato per olim gabellerios vini venalis, compellant illos et domini syndici, et communitas illos manutenebit.

De Philippo de Rippa, filiastro Curt, agat cum thesaurario.

De relictis Blondelli, ad Martis.

*Sabacti xxx maii*<sup>1</sup>. — Ramel, Baudi, Migerandi; — H. Fabri, Cartellier, Bovier, Curt, Fornerat, Dadaz, de Rippa, Jo. Fabri, B. Hugonis, Megex, Lestelley, Nergua, Plonjon, Leta, Malbosson, Carrerii.

(*De Paquet.*) — Exposuit n. Jo. Ludovicus Ramelli quemadmodum herina die, circa quartam horam post meridiem, iverunt ad illu. et reverendissimum dominum nostrum episcopum, ad id sollicitati per parentes Oddeti Paqueti, cui humiles supplicationes fecerunt ut ipsum Oddetum relaxare preciperet saltem mediante cautione ydeona de juri stando, ne in ullo franchisesie enerventur. Qui reverendissimus d. noster irascendo in eos dixit, ex quo dixerunt quod bene vellent scire causam detentionis ejusdem Paqueti: «Allés, allés, vos nec consilium vestrum nescietis causam detentionis ejusdem Paqueti de decem diebus», dixitque eis: «vos semper sentitis Alemanum, vos non me custodietis facere justiciam», quam ex aliquibus ex ipsis faceret fieri justiciam. Super quibus conclusum domini syndici vadant ad reverendum (163) dominum Sancti Mauri, tanquam mediatorem, et illi enarrent responsum factum per r. dominum episcopum et supplicent illi ut velit graciosas facere remonstraciones prelibato reverendissimo domino nostro et illum reducere, sic quod civitas in sua remaneat quiete et franchisesie remaneant illese.

(162) *Lune prima jugnii*. — Ramel, Baudi; — Orsieres, Cartellier, Danel, Dadaz, B. Hugonis, Fornerat, Jo. Fabri, Jo. Taccon, de Rippa, Lestelle[y], Fonte, Navis, Plonjon, Frojon, de Monte, Megex, Carrerii.

In consilio quo supra, Nergua et dominus syndicus Ramel, habitis certis verbis rixosis invicem et injuriosis, recessit et dixit quod exinde non veniret ad consilium sed se demictebat, et ex nunc demisit.

(*De Paquet.*) — Exposuit n. Jo. Ludovicus Ramelli, consyndicus, quemadmodum [ipse] et alii domini syndici iverunt ad rev. d. vicarium et successive ad reverendum dominum Sancti Mauri, magistrum hospicii illu. et reverendissimi domini nostri episcopi, quibus enarraverunt in consilio ordinario fuisse oneratos et preceptum factum ut ad eos veniret precesque humiles funderet ut pro manutencione franchisesiarum vellent facere graciosas remonstraciones prelibato reverendissimo domino nostro ut relaxationi Oddeti Paqueti detenti et capti in enervationem dictarum franchisesiarum consentire vellet.

<sup>1</sup> Cette séance est placée dans le registre après celle du 1<sup>er</sup> juin.

Quibus facta fuit responsio per quos supra quod ipsi domini syndici venirent ad episcopale consilium cum eorum franchisesiis et in eodem, illis visis, fieret bona conclusio et resolutio. Auditis explicatis premissis, fuerunt electi n. Ludovicus Montionis, e. Fonte, Boulet et Biolesii, qui irent cum franchisesiis ad dictum consilium episcopale et ibidem fierent cum prefatis n. syndicis remonstraciones opportune.

(163) *Martis secunda jugnii*. — Ramel, Baudi, Migerandi; — Orsieres, H. Fabri, Cartellier, Jo. Taccon, Curt, Dadaz, de Rippa, Jo. Fabri, Bovier, Megex, Frojon, Lestelley, Plonjon, Navis, Rosseti, Carrerii, Leta, Berterat.

Juravit relictis Boulardi quod vinum adductum est de vino sibi excreto; restituatur pignus.

Gracia Matellini, olim vigillis, fuit presentata et mandatum fieri «parere mandatis».

(*De uxore G., vigillis.*) — Venit Ludovicus filius quondam Bartholomei Savarini, condurerius, qui apportavit unum collitegium satini nigri quod composuit ex una manibria disploidis hominis que erat foderata fustano albo, quam sibi tradiderat uxor Glaudii de Cresto, vigillis.

(*De ponte Areris.*) — De ponte Areris, quia falsus pons non est sufficiens ad substinendum currus et mercancias Alamanie que conducuntur super illo, et ideo domini advertantur illu. et reverendissimum [dominum] nostrum ne possent redargui si infortunium oriretur.

De Johanne Peccollat, compellatur per thesaurarium.

(*De terminis.*) — De terminatoribus, postquam removerunt terminos appositos super communi civitatis econtra possessionem domini Lustriaci, tollantur.

(*De Thaurinet.*) — De Thaurinet, conquerente de uxore Glaudii de Cresto, vocetur, et si renuat venire, remictatur fisco et dicatur quod inquirat.

*Veneris quinta jugnii*. — Ramel, Baudi, Migerandi; — H. Fabri, Cartellier, Lestelley, Danel, Fonte, Navis, Fernex, Plonjon, Taccon, Fornerat, Bovier, de Monte, Dadaz, Curt, Jo. Fabri, Leta, Berterat, B. Hugonis, Rosseti, Jo. Philippi, Carrerii, Megex, Frojon, de Mara.

(*De domino Lustriaci.*) — Exposuit n. Jo. Ludovicus Ramelli (exposuit) sicuti, insequendo onus datum, alloquuti fuerunt dominum vicarium pre-textu licterarum concessarum domino Lustriaci; exposuit pariter sicuti prefatus dominus Lustriaci externo die sibi dixerat quod domini syndici et consilium male fecerant de amoveri faciendo terminos a loco in quo erant et quod bene provideret et faceret sibi dari unam licteram certarum licterarum quas obtinuisse asserebat, cui respondit quod si faceret illam presentari sibi illam acciperet. Item magis exposuit quod illu. et reverendissimus d. noster episcopus eum alloquutus fuit de terminis dicti domini Lustriaci, cui narravit modum terminandi et rem gestam videlicet quod,

postquam fuerant affixi termini per terminatores juratos inter commune et possessionem domini Lustriaci, quibus adjunxerant unum alium, quod ipsi terminatores, inconsulto Trenchet conterminatore, illos evulxerunt terminos et alibi plantaverunt, insciis dominis (164) sindicis, et ex quo fuerunt evulsi de precepto ipsorum sindicorum, obtinuit licteras idem dominus Lustriaci de reintegretis. Super quibus fuit conclusum fiat supplicatio qua petantur revocari lictere ipsius domini Lustriaci, et interim obtineatur ab illu et reverendissimo domino nostro.

(*De jurisdictione.*) — De jurisdictione, sciatur a. r. domino officiali si reverendissimus dominus episcopus vadat Chamberiacum et sibi detur unus rotulus quoad illos qui molestantur.

(*De rectore scholarum.*) — De novo rectore scholarum ponendo, alloquatur Vandelli et stetur ejus relacioni.

(*De vigille offenso.*) — De vigille percusso et cui fuit amotus equus in dampno repertus, instetur contra eos ut justitia ministretur.

(*De procuratore Animarum.*) — De procuratore Animarum qui instat habere peccunias aut illis redimi molendina, domini syndici alloquantur Jo. Philippi ut tradat illos v<sup>o</sup> ff. et eciam no. Michaellem Guilliet ut de ducentum expectare velit per aliquod modicum tempus, et dicatur illi ut prepararet computum.

(*De gabella porchorum.*) — De porcho cujus gabellam peciit P. Rosset, nichil solvatur, quia nondum venditus.

*Sabacti sexta jugnii.* — Migerandi; — H. Fabri, Cartellier, Curt, Fornerat, Jo. Fabri, Lestelley, Dadaz, Danel, Nergua, Fonte, Plonjon, Navis, Rosseti, Carrerii, Monte, Megex, Leta.

(*De sindico Ramelli.*) — Quia n. Johannes Ludovicus Ramelli, postquam intravit aulam consilii, illico exivit ex quo in ea vidit commendabilem Michaellem Nergua; super quo fuit conclusum quod nobilis Jo. Migerandi, consindicus, dicat eidem Ramelli quod sunt plures ex consilliaris qui absentabunt consilium si ab eo expellatur dictus Nerga, et eciam facient lamentationes apud illu. d. episcopum.

De detentis, vocentur partes et audiantur detenti unus post alium.

(*Depositiones testium.*) — Fuit examinatus Glaudius Quoqueti super invasione Moneti Luppi, vigillis, et amocione equi reperti in dampno. Respondit et deposuit quod Jovis novissime lapsa, de nocte videlicet circa solis occasum, vidit sicuti predictus Monetus conducebat unum equum per capistrum et ducendo, auriga qui moratur prope bornellum dixit eidem Moneto quod equus erat suus et temptavit illum habere, et trahebat sic [quod] fere equum stragulabat; et sic ipse loquens dixit: « stragulatis equum », et in hiis contendebant invicem.

(*Responsio.*) — Responsio dicti aurige, scilicet Aymonis Carrier, qui suo juramento, imposita pena etc..., dixit quod, die Jovis, de sero, vidit

Monetum vigillum qui ducebat equum ipsius detenti loquentis, et cum appropinquasset vigil cum equo ipsius loquentis, dixit ipse loquens quod dimicteret equum suum et illum sibi remicteret; cum uxor ipsius loquentis voluerit dare eidem vigilli vinum sed noluit accipere, et jurgiando cum vigille, ipse et vigil invicem, equus evasit manus vigillis et intravit grangiam ipsius loquentis, quem voluit capere idem vigil, cum per certas mulieres fuit obviatum, que eundem vigillum arripuerunt; nesciret dicere quis eidem Moneto fecit sanguinem; dicens insuper ipse delatus quod ex quo charreaverat fenum prati quod tenet poudrierus, idem poudrierus [permisit] quod duceret equum suum ad pasquerandum in eodem prato postquam erat secatum.

Interrogatus qui era[n]t presentes dum idem equus fuit amotus a manibus vigillis, dicit quod Ludovicus Chanuti, Glaudius Quoquet, uxor loquentis et quedam juvenis mulier que a modicis diebus venit ad morandum in eadem carreria.

(*De Quoqueti.*) — De dicto Quoqueti, mediante caucione de juri stando et se representando tociens quociens etc..., liberetur et non ducatur ad Insulam.

(*De alio Aymone.*) — De dicto Aymone, ducatur ad Insulam.

(165) *Martis nona jugnii.* — Ramel, Vandelli, Baudi, Migerandi; — Orsieres, Cartellier, Danel, Taccon, Curt, Megex, Frojon, Lestelley, Navis, Leta, Fonte, de Monte.

(*De Paquet.*) — De negotio Paqueti, fuit conclusum quod nobiles syndici accedant ad r. dominos vicarium et judicem excessuum, quibus, ut decet, faciant requisiciones ut velint eidem Paquet bonam, brevem ac expeditam ministrare justiciam.

De negotio de Trenchent, solvat Rosseti laborem ejusdem.

(*De terminatoribus eligendis.*) — De terminatoribus, videantur eligendi qui sint probi et fiat informatio de probis; et facta, admictantur et apponantur ipsi terminatores, more solito.

(*De negotio Tacco[n].*) — De negotio de Taccon, visitetur locus, more solito.

(*De detento.*) — De detento, accedatur ad eum et repetatur; et si dominus Vansiaci velit aliquid novi tradere, audiatur.

(*Recepit Monte.*)

*Veneris xij jugnii.* — Ramel, Vandelli, Baudi, Migerandi; — Curt, Fornerat, Dadaz, de Ripa, Lestelley, Fonte, Navis, Carrerii, Leta, Megex, de Monte.

(*De Gardet.*) — De negotio Gardeti, revideatur taxa dampni et deputentur taxatores per dominos syndicos, et solvatur vigilibus ad rationem trium solidorum pro trentenario mutonum.

(*De terralibus.*) — De terralibus, per nobiles syndicos [visitentur], vocatis consilliaris et pluribus aliis de civitate.

(*De Martellet.*) — De Martellet, compellatur ad formam instrumenti tachii, quod videatur.

(*De uxore vigillis.*) — De uxore vigillis, domini syndici allocantur r. d. judicem excessuum; et si pro re civili detinea(n)tur, relaxetur mediante caucione, et si pro criminali, petatur remicti n. sindicis.

(*De Plonjon.*) — De Plonjon, fiat prout jam alias fuit ordinatum et conclusum.

(*De d. Sancte Clare.*) — De negotio dominarum Sancte Clare, d. syndici alloquantur de Archa qui deprecetur ut agat mite cum eisdem dominabus et religiosis.

(*Admissio rectoris scolarum.*) — Fuit admissus in rectorem scolarum hujus civitatis Gebenn. egregius Johannes Christini, de Septem Moncellis.

(*Juramentum secretarii vicedompnatus.*) — E. Franciscus Comitis, de Sancto Silvestro, secretarius vicedompnatus, prestitit juramentum.

(166) *Martis xvj jugnii.* — Ramel, Vandelli, Migerandi; — Danel, Fornerat, Jo Fabri, de Rippa, Fernex, Malbosson, B. Hugonis, Megex, Lestelley, Plonjon, Leta, de Monte, Fonte, Jo. Taccon, de Mara.

(*De detentis.*) — De detentis, duo soffanerii liberentur.

(*De eisdem.*) — De aliis, non adhuc relaxentur donec ulteriori inquisitione facta et venerit vigil ab oppido Annessiaci.

(*De mulieribus detentorum.*) — De aliquorum detentorum mulieribus pregnantibus, ne oriatur scandallum, relaxentur mediante promissione de se crastina die infra horam primam post meridiem representando.

*Veneris xix jugnii.* — Ramel, Baudi, Migerandi; — Orsieres, Cartellier, Danel, Taccon, Curt, Fornerat, de Rippa, Dadaz, Jo. Fabri, de Mara, Megex, Lestelley, Plonjon, Carrerii, Leta, Fonte, Berterat; — Perrinus Peyrolerii.

(*De Paquet.*) — De Paquet, vadant iterum nobiles syndici ad reverendissimum dominum nostrum episcopum et iterum illum requirant ut nostras velit observare quas juravit franchisesias, enarrando plantus qui cothidie veniunt tani parte amicorum ipsius Paquet quam popularis.

(*Juramentum hospitallerii.*) — N. Perrinus Peyrolerii juravit regere hospitale pestilenciale et eciam fuit admissus in consilliarium.

(*De eodem hospitallerio.*) — De hospitallerio hospitalis pestilencialis, quia prefatus n. Perrinus exposuit se non posse bene regere idem hospitale quym prius habeat expleta et fuerit redditum computum per heredes Cornaz, petantur heredes ut reddant computum et eciam dent inventarium ipsi nobili Perrino.

De detento servitore domini Vanziaci, feratur in eum sententia fustigatoria et bampnitoria.

(*De domino Lustriaci.*) — De negotio domini Lustriaci, vadant ad eum nobiles syndici et fiant illi remonstraciones ne per litigia agat contra communitatem, ut velit renunciare liti et permictere ut, de novo, in bona equitate, locus terminetur.

(*De detentis.*) — De aliis detentis, liberentur liberandi et hii contra quos nulle precedunt informaciones nec indicia.

(*De detentis.*) — De detento in domo episcopali, fiat requisicio ut supra fuit conclusum de Paquet.

(*De vigilibus.*) — De vigilibus, dentur eisdem et cuilibet ipsorum residuum ad quod eorum ascendunt calige.

(*De Thurinet.*) — De Thurinet, faciat partem et det alias informaciones contra uxorem Glaudii vigillis; alias liberetur.

(*De Plonjon.*) — De Plonjon, videantur conclusiones et petatur consilium quinquagenarium et hii alterius consilii quinquagenarii qui interfuerunt in ea conclusione, videlicet viventes<sup>1</sup>.

(167) *Martis xxiiij jugnii.* — Ramel, Vandelli, Baudi, Migerandi; — Cartellier, Curt, Jo. Fabri, de Rippa, B. Hugonis, Bovier, Lestelley, Plonjon, Megex, Fonte, Leta, Rosseti.

(*Compromissum Ste. Embler et n. Nantermeti Tissocti.*) — Nantermetus Tissocti et Stephanus Embler promiserunt cum juramento stare ordinacioni dominorum syndicorum super eorum differentiis et emergentibus ex eisdem, occasione arboris nucis et emergencium ex ea, audita prius per eos relacione proborum, et cesset causa donec pronunciacione facta.

(*De Paqueti.*) — Exposuit nobilis Jo. Ludovicus Ramelli sicuti heri, in consilio episcopali interfuerunt, in quo exposuerunt clamores et lamentaciones que emictuntur tam per parentes Oddeti Paqueti quam consilium ordinarium et popolare, occasione indebite detencionis ejusdem Paqueti detenti in enervacionem libertatum hujus civitatis; 2<sup>o</sup> exposuit quemadmodum heri, dominus procurator Sancti Glaudii ipsum alloquutus fuit de Johannocto et alio tonduto quos vidit in Insula, et dixit quod idem Johannoctus est unus scissor bursarum et latro et quod quondam semel in villa Sancti Glaudii erant nonnulli qui computabant testonos, super quibus idem Johannoctus ex habilitate apposuit manum super illis in ipsius procuratoris presencia et furto cepit unum.

(*De Paqueti.*) — De Paquet, vadant n. domini syndici ad prefatum illu. et reverendissimum dominum episcopum et illi faciant remonstraciones et humilles supplicaciones ut dictum Paquet, qui in enervacionem franchisesiarum detinetur, relaxare velit, enarrando clamores et lamentaciones populares et parentum.

<sup>1</sup> Cet article se rapporte peut-être aux décisions prises par le Conseil des L en janvier 1520 (R. C., t. VIII, p. 404, 409-411).

(*De detentis.*) — De duobus detentis, vadant nobiles sindici et consules post prandium ad Insulam et repetantur illi duo et fiat justitia.

(*De alio servitore d. Vansiaci.*) — De alio servitore domini Vansiaci, maneat conclusio ultimo facta et feratur sententia ut conclusum fuit.

(*De patisseriis.*) — De patisseriis privatis, remaneant privaciones ut sunt facte, et eciam relaxati et licenciati, nisi offendant, maneat in suo esse.

(*De Lec*) — De Lec et Plonjon, ad Veneris.

(*De macellariis.*) — De macellariis, quia macellarii non videntur magis privilegiati quam patisserii et alii, nulla fiat grusa de eis apud fiscum nec apud vicedompnum, sed domini sindici visitent eos sicut et patisserios; et qui offendisse reperientur, leventur eorum carnes et pauperibus erogentur, et priventur ad instar patisseriorum; et si sint pertinaces, burgensia priventur.

*Veneris xxvj jugnii.* — Ramel, Vandelli, Baudi, Migerandi; — Orsieres, Cartellier, Danel, Bovier, Curt, H. Fabri, Jo. Fabri, de Rippa, Fornerat, Megex, Lestelley, Rosseti, Fonte, Plonjon, Leta.

(*De patisseriis.*) — Venerunt Comparret et octo alii in numero patisserii, et exposuerunt sibi fuisse prohibitum dequoqui panem; supplicarunt se restitui ad pristinum statum et haberi respectum ad caristiam nemoris et luminis et sallis, [et] ad sallaria domorum; pecierunt dari ordinationem et uncias ponderis eorum panis.

(168) (*De Plonjon.*) — De Plonjon, maneat firme conclusiones actenus facte.

(*De porcis et macellariis.*) — De macellariis, maneat conclusio ultimo facta; et quoad gabellam porchorum, insequatur visitatio facta et recuperatio per illos qui recollegerunt et observetur antiqua conclusio que fuit facta illorum occasione.

De carroneria, cridetur et expediatur.

(*De patisseriis.*) — De patisseriis, remaneat privatio, saltem per mensem.

(*De lictera Sollodorri.*) — De lictera Sollodorri, videatur testamentum illius Alemani.

(*De Paquet.*) — De Paquet, semper sollicitetur illius relaxacio.

*Dominico xxviiij jugnii.* — Ramel, Vandelli, Baudi, Migerandi; — Orsieres, Cartellier, H. Fabri, Fernex, B. Hugonis, Jo. Taccon, Curt, Dadaz, Jo. Fabri, de Rippa, Bovier, Danel, Fornerat, Megex, Frojon, Plonjon, Leta, Jo. Philippi, de Monte, Carrerii, H. Pollier.

(*De lictera Sollodorri.*) — Exposuit nobilis Jo. Ludovicus Ramelli sicuti heri, pro accelleracione negocii comprehensi in lictera missiva dominorum de Sollodorro, adiverunt r. d. vicarium coram quo fuit lecta lictera missiva per ipsos dominos de Sollodorro missa ad causam mulier[is] relicte dicti

Plater, Alemani. Qua lecta, ipse r. dominus vicarius, associatus nobilibus sindicis, ivit ad rev. dominum nostrum episcopum cui omnia enarravit. Qui reverendissimus d. episcopus dixit quod, crastina die post prandium, suum faceret congregare consilium, in quo omnia exponerentur et fieret bona conclusio.

2<sup>o</sup> Proposuit quemadmodum prefatus reverendissimus dominus episcopus recepit missivam ab illustrissimo domino duce, qua mandavit illustrissimam d. ducissam, suam conthoralem, debere hanc civitatem adire et ejus jocundum adventum in ea facere infra quindecim dies a data missive, cujus jam duo fluxere dies. Cui responsum dederunt ipsi nobiles sindici eis impossibile adventum illius infra tam breve tempus honeste preparare nec eciam de uno mense. Quibus replicavit prefatus reverendissimus dominus episcopus quod omnia enarraret ipsi illu. domino duci. — (*Conclusio.*) — Fuit conclusum quod fiat possibilis diligencia de preparando ipsum adventum honestiori modo quo fieri poterit, eciam de habendis peccuniis ad faciendum ipsi domine ducisse donum fieri assuetum.

(*De lictera Sollodorri.*) — De lictera Sollodorri, post consilium episcopale videbitur quid fiendum<sup>1</sup>. Fuit lictera missiva lecta coram r. d. episcopo, quam ratam habuit, et precepit similem fieri sui parte per r. d. officialem.

(*De detentis.*) — De debentibus arreragia, compellantur viriliter ad solvendum.

(*De Paquet.*) — De Paquet, sollicitetur illius relaxacio.

*Martis ultima junii.* — Vandelli, Baudi, Migerandi; — H. Fabri, Curt, de Rippa, Nergua, Frojon, Megex, Rosseti, de Monte, Carrerii.

De patisseriis, ad Veneris.

(*De carpentatore.*) — De magistro carpentatore Rolandi, qui lamentatus est nolle servire pro tribus solidis nec ejus servitores, fuit conclusum dentur eidem et ceteris, dummodo non pueri, tres solidi cum dimidio pro singulo die.

(169) (*De ponendo gardam in ponte Areris.*) — De ponendo gardam in ponte Areris, domini sindici eligant quem voluerint et cito ponatur.

(*De ponendo receptorem fustarum.*) — De ponendo hominem qui habeat recipere fustam et librare, fuit electus Stephanus Peccollat qui acceptavit.

(*De dono.*) — De dono fiendo illustrissime d. ducisse, fiat de somma solita et alloquantur domini sindici aurifabrum an possint fieri due sallerie honeste auri.

(*De gabella carniium.*) — De gabella carniium, ponatur per Fonte et Curt qui exonerantur casu quo eis remaneret.

(*De admodiataro sallis.*) — De Francisco Benevenuti qui asseruit perdidisse deffectu navium submersarum, peccit detrahi; solvat centum ff. nunc thesaurario et residuum videbitur in consilio ad Veneris.

<sup>1</sup> La fin de cet alinéa a été ajoutée après coup.

Admodiatio introgii sallis marini facta Anthonio Damex,  
qui cavit per Franciscum Benevenuti et Petrum Rosseti, patisserium.

|| Anno Domini millesimo quingentesimo vigesimo tercio, indicione undecima et die Martis ultima mensis jugnii, in mis-notarii et civitatis Gebenn. secretarii etc., personaliter constituti nobiles Johannes Ludovicus Ramelli, Glaudius Vandelli, Johannes Baudi et Johannes Migerandi, sindici civitatis Gebenn., ex una, et honestus vir Anthonius Damex, burgensis Gebenn. Prefati vero nobiles sindici, sindicarioque nomine dicte civitatis, scientes, gratis et sponte, pro se et suis in eodem officio sindicatus successoribus, admodiant et accensant tituloque admodiationis dant et tradunt predicto Anthonio Damex, presenti et stipulanti etc., et tanquam plus offerenti, ad extinctum et totalem consumationem unius candele ceree in muro claustris ecclesie cathedralis Sancti Petri Gebenn. rite affixe et plantate more sic fieri solito, introgium salis marini durante tempore de quo infra mencio fiet infra presentem civitatem et bampna ejusdem intrandi, factis prius de ipso introgio salis pluribus proclamacionibus per preconem communem per presentem civitatem voce tube, eciam ibidem et in presenti claustro, spacio et per tempus unius anni integri, die crastina prima instantis jullii incipiendi et simili die finiendi revoluto dicto anno, cum tamen honore et onere assuetis, et hoc precio ac sub firma et salario septem centum et septuaginta florenorum auri p. p., quolibet floreno valente duodecim solidos monete cursalis in patria Sabaudie, per eundem Anthonium vel suos [solvendorum] dicte civitati et communitati, in manibus nobilis Bernardi Boulet, moderni thesaurarii et receptoris emolumentorum ejusdem civitatis, ibidem presentis et scientis, seu alterius pro tempore existentis, more denariorum fisc[ali]um, ad instar eciam rei judicate, omni lite et contradicione postpositis, terminis sequentibus videlicet in proximo festo Omnium Sanctorum terciam partem ejusdem firme; aliam terciam partem die Carnisprevii tunc prosequenti proxime, et aliam terciam partem in tunc proxime sequenti festo beati Johannis Baptiste, cum dampnis etc. Promictentes dicte partes juramentis suis etc., videlicet dictus Anthonius firmam predictam, terminis predictis ac modo quo supra, solvere et subscriptos fidejussores ab infrascripta fidejussione indempnes solvere<sup>1</sup>; — et ad ipsius preces, se constituerunt fidejussores erga dictam communitatem et thesaurarium et ad ipsius Anthonii requisicionem, honorabiles Franciscus Benevenuti et Petrus Rosseti patisserius, cives Gebenn., qui promiserunt sub consimili juramento promissa per dictum principalem adimplere; — et prefati nobiles sindici, sindicario nominibus premissis, dictam firmam eidem Anthonio durante dicto anno manutenere etc. Renunciantes dicte partes etc., presertim fidejussores juri dicenti principalem prius fore conveniendum quam fide-

<sup>1</sup> *Lisez* : servare.

jussores, epistole divi Adriani, nove constitutioni etc., cedendarumque et dividendarum actionum beneficio etc. De quibus partes pecierunt instrumenta etc. Actum in dicto claustro, presentibus ibidem nobilibus, honorabilibus et egregiis Anthonio de Fonte, Guilliermo Curt, Johanne Fabri, Bernardo de Monte, Matheo Carrerii, Petro de Leta, Guilliermo Megex, Humberto Trenchent, Johanne Rubei, Johanne Martini et pluribus ad premissa adstantibus testibus etc. || — (*Solvit.*)

S. Biolesii, n.

(170) Admodiatio gabelle carniarum  
facta egregio Aymoni de Chambet, notario, etc.

Anno Domini millesimo quingentesimo vigesimo tercio, indicione undecima et die Martis ultima mensis jugnii, in mis notarii et communitatis civitatis Gebenn. secretarii etc., personaliter constituti nobiles Johannes Ludovicus Ramelli, Glaudius Vandelli, Johannes Baudi et Johannes Migerandi, sindici civitatis Gebenn., ex una; et egregius Aymo de Chambet, notarius, civis Gebenn., ex altera, partibus. Prefati vero nobiles sindici, sindicarioque nominibus dicte civitatis, scientes etc., pro se et suis in eodem officio successoribus, admodiant et accensant, ac titulo admodiationis dant et tradunt dicto Aymoni de Chambet, ibidem presenti et stipulanti etc., gabellam carniarum vendendarum in hac civitate et franchisesis Gebenn. ac macellis ejusdem, cum tamen honore et onere assuetis, noviter impositam per reverendissimum dominum episcopum et principem Gebenn.; per eundem levandam et percipiendam ad formam licterarum per prefatum reverendissimum dominum episcopum eidem civitati propterea concessarum, tanquam de ea plus offerenti expeditam ad extinctum et totalem consumationem unius candele ceree affixe in muro claustris ecclesie cathedralis Sancti Petri Gebenn., factis prius debitis proclamacionibus per preconem communem, voce tube per civitatem, eciam in hoc claustro (facturum); et hoc spacio et per tempus unius anni integri die crastina prima jullii incohandi et simili die finiendi revoluto dicto anno; et hoc sub firma et salario decem septem centum et sexaginta florenorum auri p. p., quolibet floreno valente duodecim solidos monete cursalis, per eundem Chambet vel suos realiter persolvendorum, more denariorum fiscalium et ad formam rei judicate, omni lite et contradicione cessantibus, in manibus nobilis Bernardi Boulet, thesaurarii hujus aut pro tempore existentis, de mense in mensem, quolibet mense ad ratam dicte firme. Promictentes (videlicet) dicte partes, videlicet dictus admodiarius bene solvere more prescripto et hujusmodi firmam cavere hinc ad Martis, et dicti domini sindici manutenere etc. Submictentes se etc. Renunciantes etc. Actum in claustro ecclesie cathedralis Sancti Petri Gebenn., [presentibus] n. et egregiis Anthonio de Fonte, Guilliermo Curt, Jo. Fabri, Bernardo de Monte, Matheo Carrerii, Petro de Leta,

Guillermo Megex, Humberto Trenchent, Johanne Rubei et Johanne Martini, testibus etc. — (*R<sup>da</sup> ad plenum.*)

S. Biolesii, n.

*Veneris, tertia jullii.* — Ramel, Vandelli, Baudi, Migerandi; — Orsieres, H. Fabri, Cartellier, A. Versonnay, Bovier, de Rippa, Megex, Lestelley, Fonte, Plonjon, Leta, H. Pollier, Carrerii.

Fuerunt petiti patisserii et venerunt sequentes, videlicet:

(*Privatur per tres menses.*) — Glaudius Luppi, quia ultra prohibitionem quoquit panem, privatur per tres menses.

Jacobus Ricoz, Petrus Bonivardi, Glaudius de Nanto, Petrus Durandi, Petrus de Bolo, Amedeus Vallerii.

(*Privatur per tres menses.*) — Jana relicta Thome Rilliet, quia transgressa deffensa, privatur per tres menses.

Comparret.

(*Privacio trium mensium.*) — Jo. Chambaz, transgressis prohibitionibus, privatur per tres menses.

(*Privacio ut supra.*) — Andreas Blanchodi, transgressis prohibitionibus, privatur per tres menses.

Venerunt subnominati de Turre Budelli, videlicet: Jo. de Canali, Glaudius Tornerii, Jo. Levet, Jo. Albi, Michael Mugnerii, Michael Rochex, Ste. de Cimisterio, Jo. de Quarro, Guiliermus Oddet, Jullianus Longez, Jo. Ravanaz, Jacobus Barberii.

Qui supra requisierunt meretrices et ruffianas commorantes in domo dicti Savoex, in domo r. d. Ronserii, d. Baptiste Medici et B. Hugonis expelli, que tenent vitam sceleratam, sic quod vicini non audent nocte eventa suas exire domos; alias illas vi expellent.

(171) (*De patisseriis.*) — De patisseriis, remaneant privati qui fuerunt inobedientes; ceteri non privati faciant panem ad xxiiij uncias pro pane sex denarorium, et pro pane carti ad undecim uncias; et eorum signent panes et marquent suis marchis.

(*De F. Benevenuti.*) — De Francisco Benevenuti olim admodiario sallis marini, asserente per infortunam perdidisse et qui requisit de residuo firme ipsi reverberari perdam, fuit conclusum solvat et nichil illi deducatur.

(*De hospiciis.*) — De hospiciis portuum(?) galleriorum, alloquatur reverendissimus dominus episcopus et expectetur responsum illustrissimi domini ducis, et remaneant ubi sunt usque tunc.

(*De fromageriis.*) — De fromageriis, vendentibus caseos et siros super curribus et in saccis in platea Mollaris, illi compellantur ut suos currus, caseos et siros apportent et vendant ante Dominam Nostram Novam, nec alii casei et siri vendantur per aliquos burgenses nisi in eorum bucticis.

(*De firma carniium.* — *Fidejussores.*) — De firma carniium expedita Chambet,

qui presentavit in cautores Anthonium Millanesii et Philibertum Millanesii<sup>1</sup>, ex quo gabella de mense in menseni exigitur per thesaurarium, admictantur illi fidejussores.

Idem Chambet iterum promisit firmam solvere et cavit per quos supra et quemlibet insolidum, videlicet Anthonium Millanesii et Philibertum Pillosii, qui promiserunt modo descripto in admodiacione solvere, cum renunciacionibus opportunis eciam et juri(s) dicenti principalem prius fore conveniendum quam fidejussores, epistole divi Adriani etc.

(*De dono illustrissime d. ducisse.*) — De dono fiendo illustrissime domine ducisse, fiat eo modo quo alias fuit factum ceteris dominabus ducissis Sabaudie nec excedantur; et alloquatur Glaudius dorerius de illud in opere ponendo et si poterit poni in salleriis aureis vel alias.

(*Custodes pontis Areris.*) — Fuerunt deputati custodes pontis Areris, sub sallariis assuetis, Abbagarus de Saxo et Roletus de Retro per unum mensem die prima jullii incohatum.

(*Relatio.*) — Retulit Petrus Chapuisii, vigil ad id deputatus, visitasse dampnum illatum in vinea P. Joly per mutones Petri Gardet, habita conferencia cum Petro Grenerii, et<sup>2</sup> [ascendit] ad sex solidos.

*Martis vij jullii.* — Vandelli, Baudi, Migerandi; — Orsieres, H. Fabri, Cartellier, Fornerat, de Rippa, Jo. Fabri, Jo. Philippi, Megex, Nergua, Lestelley, Jo. Malbosson, H. Pollier, Carrerii, Fonte, Navis, Monte, Berterat; — F. Benevenuti; — Jo. Vallet, Jo. de Arpa, Michael de La Doey, A. Porraris, Guiliermus Nepotis, G. de Castronovo, P. de Rages, Oddetus Paqueti, Jo. Levrier.

(*Missive per d. ducem domino n. episcopo.*) — Fuerunt lecte due missive, una mandata per illu. dominum ducem reverendissimo domino nostro episcopo et alia que mandata fuit per prefatum reverendissimum dominum nostrum episcopum, concernentes adventum ipsius illustrissimi domini ducis et illustrissime ejus consortis.

(*Lectus rotulus historiarum.*) — Fuit equidem lectus rotulus hystoriarum fiendarum in adventu prelibate illustrissime domine ducisse, et electi et nominati secundum illorum ordinem ad perficiendum in singulis hystoriis<sup>3</sup>.

(*Electio capitaneae.*) — Et fuit electa capitanea Huguyna; uxor Probi fuit electa portitrix de l'ensegnie.

(*De dono.*) — Detur illu. domine ducisse malvaticum cum dragia, more solito.

(*Donum.*) — De dono fiendo ipsi domine ducisse, fiant due pulchre bassine argenteae ponderis novem marcharum pro singula et fiat sol in medio cujuslibet et deauretur; similiter deaurentur burgi ipsarum conchiarum.

<sup>1</sup> Lisez: Pillosii.

<sup>2</sup> Ici un blanc.

<sup>3</sup> Coindet et Chaponnière donnent dans M. D. G., t. I, p. 135-203, d'après un manuscrit contemporain, le récit de ces fêtes et le texte des «histoires» représentées à cette occasion.

(172) Fiant cride ne in victualibus caristia apponatur et omnes faciant respective bonas provisiones pro victualibus ministrandis in adventu etc.

*Jovis nona jullii.* — Orsieres locumtenens, Vandelli, Baudi, Migerandi; — H. Fabri, Cartellier, Fornerat, Dadaz, Jo. Fabri, de Rippa, Bovier, Nergua, Navis, Malbosson, H. Pollier, Plonjon, de Monte, Jo. Philippi, Megex.

(*De forrerio et jurisdictione.*) — Exposuit n. P. de Orseriis locumtenens n. Jo. Ludovici Ramelli, consindici, se intellexisse a Michaele de La Doey, forrerio civitatis, occasione cujusdam rixe heri habite per nonnullos cum forrerio ducali<sup>1</sup> fuit coactus deponere in manibus domini Barralis, judicis Gaii, et eandem deposicionem notificasse illu. et reverendissimo domino nostro episcopo, qui de illa tristatus fuit et precepit procuratori fiscali ut prohiberet ipsi Barralis ne procedat ad sumptionem aliquarum informationum contra subdictos suos nec eciam aliquos actus jurisdictionis eo inscio in hac exercent civitate, sub pena sue indignacionis, nec franchisesias ejusdem [infringat]; eciam ipse d. Barralis ad carcerem ducatur.

2<sup>o</sup> Exposuit heri fuisse se et nobiles syndicos petitos parte prelibati illustrissimi ducis, ad quem iverunt et tamen non potuerunt eum alloqui, et dixit eis non venirent donec petiti; quam responsionem enarrarunt magnifico domino Vulliet ut sciret a prelibato illustrissimo duce quid eis volebat; qui respondit et retulit quod illustrissimus d. dux volebat ut sue gentes bene hospitarentur sic quod contentarentur, alioquin se acciperet in syndicos ipsos. Super quibus fuit conclusum: vadant domini syndici iterum ad prelibatum illu. d. ducem et illi faciant humiles reverencias et graciosas oblationes fieri assuetas; et quo ad debata, sumantur informaciones per officarios episcopales et fiat pacificacio illius rixe meliori modo quo fieri poterit.

*Veneris decima jullii.* — Orseries, Vandelli, Baudi, Migerandi; — H. Fabri, Cartellier, B. Hugoz, Fornerat, de Rippa, Megex, Frojon, Fonte, Lestelley, Nergua, de Monte, Carrerii.

(*Potestas data Girardino de Rippa.*) — Datur potestas Girardino de Rippa qualibet septimana recipiendi et faciendi rotulos ab operariis operantibus pro adventu illustrissime domine ducisse et signandi parcelas et licteras, allocaciones faciendi quas intrare debeat thesaurarius ac si essent signate manibus nobilium syndicorum.

(*N. syndici vadant ad illu. d. ducem.*) — Exposuit nobilis P. de Orseriis sicuti illu. et reverendissimus dominus noster episcopus [dixit] illustrissimum dominum ducem fore tristem ex quo domini syndici non fuerunt satis ample loquuti prefato illustrissimo domino duci quoad oblationes, et sic vadant iterum ad eundem illustrissimum d. ducem apud quem faciant

<sup>1</sup> Une lettre du duc à la Ville, en date de Rumilly le 6 juillet, et annonçant l'envoi d'un fourrier, paraît trouver sa place ici (P. H., n° 888).

humilles oblationes dicendo eos intellexisse prelibatum illu. d. ducem fuisse in eos tristes<sup>1</sup>.

(*Donum vigillibus.*) — De vigillibus, de(n)tur quatuor vigillibus qui assistent cum dominis sindicis cum iiiij<sup>or</sup> ebdomadariis, pro eorum expensis et singulo die, duos solidos.

(*De acoutramento capitanei mulierum.*) — De acoutramento capitanei mulierum, faciant ut voluerint ipse.

(*De peccuniis existentibus penes Besansonum.*) — De peccuniis penes Besansonum existentibus, nichil fuit conclusum.

(173) *Martis xiiii jullii.* — Orsieres, Vandelli, Baudi, Migerandi; — Cartellier, Jo. Fabri, de Rippa, B. Hugonis, Johannes Philippi, Frojon, Lestelley, Navis, Monte, Malbosson, Fonte, Leta; — Jo. Vallet, P. Rages.

Fiat mandatum Benedicto de Bona de lxvii ff. sibi debitis in exoneracione contentorum in libro<sup>2</sup>. — (*Habet.*)

(*Compromissum.*) — Commendabilis Besansonus Hugonis et Amedeus de Pileo Rubeo, super eorum differentiis pretextu domorum ipsorum, promittunt stare ordinacioni n. syndicorum cum renunciacionibus opportunis, habita relacione jur[atorum] quibus committitur. — (*Levatum est.*)

(*De artillieria.*) — De artillieria, propter mulieres pregnantes, non trahatur.

(*De vino.*) — De vino tam Presbiteri quam ejus fratris, si juret esse de eorum excreto non solvant introgium, cum sint burgenses Thononii.

(*De iiiij<sup>or</sup> vigillibus.*) — De quatuor vigillibus qui steterunt in domo Magna ad evictandum scandalla, ipsi Magnaz illis satisfaciant.

(*De taffa[ta]to.*) — De taffatato, accipiantur decem ulne; et pro banderia alia, fiat de tiercellin et accipiantur quantum expedierit, et bampneria restituantur in hac Domo cum alia jam facta in adventu reverendissimi domini episcopi.

Thesaurarius voluit satisfacere Michaeli Sept de scutis per eum mutuo datis in Alamagnia, sed propter occurencia pretextu adventus, supersedeatur donec post ipsum adventum.

De peccuniis adventus domini episcopi, dentur tribus bendis cuilibet ipsarum octo scuti auri regis cigni ad solem, et veniant in proximo adventu illustrissime domine ducisse; et si nolint accipere, distribuantur ut consilium decreverit.

Vadant domini syndici ad reverendissimum dominum episcopum et ex quo uxor nobilis Francisci de Sancto Michaele loquitur ydyoma illustrissime ducisse, requiratur ut rescribat quod intersit in illo [adventu] et sit capitanea mulierum.

<sup>1</sup> Lisez: tristem.

<sup>2</sup> Bourgeoisie A, n° 2, fol. 51.

*Veneris xvij jullii.* — Orsieres, Vandelli, Baudi, Migerandi; — Fornerat, Dadaz, Jo. Fabri, de Rippa, Megex, Lestelley, Nergua, Navis, Jo. Philippi, Malbosson, de Monte.

De adventu domine ducisse, procedatur in eo sine intermissione.

De associando illustrissimum dominum ducem, associetur cum reverendissimo domino episcopo si ita voluit ipse reverendissimus dictus episcopus.

De macellariis, apponatur in quolibet macello unus homo qui advideat qualiter facient et vendent in macellariis; et si aliquis reperiatur offendisse, ille pugniatur inefficenter.

(174) De ciris, alloquatur r. d. vicarius et fiat prout erit conclusum cum eo.

De negotio filliastrorum honorabilis Petri Joly, alloquantur ipsi et si sit actio personalis, apponatur remedium et fiat eisdem demonstratio opportuna.

(*Recepit Monte.*)

*Martis xxj jullii.* — Orsieres, Vandelli, Baudi, Migerandi; — H. Fabri, Cartellier, de Rippa, Fornerat, Danel, Dadaz, Jo. Fabri, Navis, Lestelley, Megex, Monte, Jo. Philippi, Malbosson.

Confessus fuit Gerdi, de Sancto Gervasio, macellarius, heri vendidisse unum quadrantem mogie et dimidium mutonem absque eo quod per gabellarios fuisse[n]t gabellata.

(*De Jo. Balli.*) — Badelli venit et querimoniam fecit sicuti equi illustrissime domine ducisse sunt locati in ejus stabulo, et quando fuerunt ibidem positi, fuit sibi dictum quod non manerent illac nisi modico tempore et tamen sunt illo, et quamvis sit hospes nec debet habere equos nisi horum qui veniunt ad hospitandum, tamen remanet privatus hospicio; requisit illos alibi locari sic quod sui etiam non remaneant inhospitati.

Querimoniam emisit e. Chambet et proposuit: exercendo officium suum, ivit ad macellum pontis Rodani et ibidem inter ceteros reperit unum dictum Gerdy qui jam vendiderat duos quadrantem mogie et medietatem mutonis absque eo quod fuissent ponderati, licet illos voluisset ponderare ipse Chambet, et multas injurias intulit; unde requisit sibi ministrari justiciam et ipsam admodiacionem sibi manuteneri, alioquin se ab ea eximi, paratum se ex nunc computum reddere de exactis et recuperatis, quoniam si non manuteneretur non posset satisfacere thesaurario et civitati.

Adjungatur in adventu in Burgo Foris, loco Frojon, Jo. Nycodi, cui satisfiet de pena.

Habeatur adventus illustrissime domine Margarite, ducisse Sabaudie, dictatus per quondam Roletum Nycolay<sup>1</sup>.

Quia Pesmes, scütiffer domini episcopi, dixit alteri dominorum sindi-

<sup>1</sup> Marguerite d'Autriche, duchesse de Savoie, avait fait son entrée à Genève le 8 décembre 1501. Voir R. C., t. VI, p. 1 et 2. — Sur les travaux littéraires du syndic Nicolas, voir R. C., t. VIII, p. 575, et ci-dessus, p. 297 n. 3.

corum quod si non adverterent et adhiberent diligenciam, dominus dux recederet vix facto adventu, sciatur si hoc dixerit de precepto domini et ad ipsum vadant domini sindici et sciant ab eo si ita sit.

De macellario Gerdi, privatus fuit per unum mensem et prohibitum ne vendat (macellum) durante ipso mense et solvat gabellam dictarum carniarum per eum venditarum.

De inobedientibus, vadant domini sindici per civitatem hostiatim et illis de novo faciant penale preceptum.

(*Donum aliunde factum illu. d. ducisse.*) — Detur domine ducisse unum quarlate malvatici.

(*Donum eidem.*) — De alabostis donandis illustrissime domine ducisse, fiant arma ut fuerunt in adventu domine ducisse Margarite. De donis, nulla fiant preterquam dicte domine ducisse.

(175) De factura Porraris, lecta illa, monstretur illu. et reverendissimo domino episcopo, eodem Porraris presente.

De timpenatoribus qui erunt in societa[t]ibus sodalium, scilicet Jo. Philippi et aliorum quos conducet, etiam et mulierum, illis solvantur expense et fiant calige et disploides sumptibus civitatis.

De conductore dominarum, Jo. Malbosson cum tribus aliis et ille vadant post socios vestitos devisa domine ducisse et illis ministrentur custodes, ut decreverunt; Malbosson et socii vadant ante ipsas et faciant ipse mulieres bonetos albos et caligas albas.

De Badelli, nichil fuit conclusum.

*Veneris xxiiij jullii.* — Orsieres, Vandelli, Baudi, Migerandi; — Cartellier, Fornerat, de Rippa, Megex, Plonjon, Navis, Monte, Malbosson, Nergua, Lestelley; — Porraris.

(*Juramentum.*) — E. Nycodus de Prato, secretarius vicedompnatus, juravit franchisesias et libertates hujus civitatis et ipsum officium exercere ad formam franchisesiarum.

De Bordon, vadant domini sindici ad eum et precipiant quod preparet uxorem suam pro adventu, et si contradicat, privetur burgensia; et ex nunc si contradicat, privetur et precipiatur illi ut suam claudat buticam.

De donando dominis Bellicii, Nantuaci, Vulliet, Gallier et Lambert, fiant dona discrecioni dominorum sindicorum.

De fortificando excubias, fiat preceptum desineriis quod, tribus diebus ante adventum et die adventus, veniant et faciant excubias et veniant in bona apparencia et cum bastonis ad id necessariis et congruis, et visitentur desinerie per designerios et quo[s] reperient non habentes sufficientes baculos, faciant injunctiones ut habeant.

De macellariis, fiant cride ut vendant carnes secundum antiquum edictum quod in illis declaretur et apponatur.

De juratis, fiat iterum preceptum de induendo mulieres, alioquin prive[n]tur patrocínio, super quibus habeatur licencia ab illu. et r. domino episcopo.

*Martis xxviiij jullii.* — Orsieres, Vandelli, Baudi, Migerandi; — Cartellier, Danel, Curt, de Rippa, Versonnay, Dadaz, B. Hugonis, Megex, Nergua, Plonjon, Monte, Navis, Jo. Philippi, Malbosson, Lestelley.

(176) Nomina desineriorum: Besansonus Hugonis, Theobaldus Monachi, Amedeus Gervasii, Hillarius Richardet, Jo. Mercerii, Peronetus Joly, Glaudius Furjodi, Georgius Pactri, Amedeus Tornerii, Johannes Vudon.

Supradictis desineriis fuit factum preceptum, durante tempore quo tapisserie et ceteri pagni stabunt tensi, quilibet teneatur quinque ex sua desineria qualibet nocte adducere in Domo civitatis hora octava de nocte, et visitent quilibet suam desineriam, ut habeant baculos et gladios honestos et receptibiles.

Comparuit Jo. Tacconis, mercerius, et peccit commicti terminatoribus et juratis civitatis ut visitent locum inter suum curtile et Girardinum de Rippa et plante[n]t terminos, quoniam vult murum fieri facere ipse; petantur Trenchent et alii eligendi, et commictuntur ut terminent, vocatis partibus.

De macellario scilicet filio Glaudii de Ponte, qui vendidit unam spatulam mutonis ponderantem quatuor libras, dempto quarto, quia magnum ad pondus pond[erata] non est magna differentia, transeat; tamen advertat ipsum macellarium quod exinde vendat precio statuto, quod si secus agat acriter et rigorose pugnietur.

De sumptibus et expensis instrumentorum scilicet taborinorum, qui vestiri fuerunt ordinati sumptibus civitatis, fiat rotulus per Johannem Philippi, et inde solvet ipsis expensas thesaurarius hujus communitatis.

Tradatur pro servagiis per Danelli et satisfiet.

De vigilibus, nichil pro nunc illis tradatur sed post adventum videbitur quid agendum circa illorum negocium.

De bassinis, deaurentur bassine scilicet sol et radii solis et orli illarum discretione consciencie aurifabri.

De expensis dementis detenti in Insula, dentur custodi sex solidi.

Fiat mandatum Girardino de Rippa de sum[m]a xxxij ff. pro iii<sup>or</sup> dosenis facium nemoreatorum.

Faciat Millanesii guydonum de quinque ulnis de taffetas.

*Veneris ultima jullii.* — Orsieres, Vandelli, Baudi, Migerandi; — H. Fabri, Cartellier, Danel, Versonnay, Jo. Fabri, Curt, Fornerat, de Rippa, H. Pollier, Megex, Frojon, Lestelley, Nergua, Monte, Plonjon, Navis, Jo. Philippi, Malbosson; — Porralis, Ste. Peccolat, Le Traclier, H. Bernardi, F. Testuti, Savoex, P. de Rages, Guiliemus de Strata, Jo. Ballard, Guiliemus Baudi, Gabriel librarius, N. Tissocci, Michael de La Doey, Jo. Lullini.

(177) De dominabus et sociis, pratum pro sociis et claustrum pro dominabus et vadant socii primi et mulieres post illos.

Sollicitent onus habentes ut omnes sint parati hora qua petentur.

Domini sindici alloquuti fuerunt reverend. dominum episcopum, qui dixit quod iret ad illustrissimum dominum ducem et sciret qua hora fiet adventus.

Fiant cride loco et tempore cum notificatione hore.

*Dominico de nocte, secunda augusti.* — Orsieres, Vandelli, Baudi, Migerandi; — H. Fabri, B. Hugonis, Dadaz, de Rippa, Megex, Leta, Monte, Frojon, Malbosson, Guiliemus Baudi, Nergua.

(*De Jo. de Malodumo et Johanne Philippi.*) — Exposuit nobilis Glaudius Vandelli, consindicus, se intellexisse stare rixam et differentiam inter Johannem Philippi et Johannem de Malodumo, super eo quod dictus Johannes Philippi asserit eundem Johannem Malbosson protulisse certa verba sequencia, seu in effectu similia, se jactasse quod in proximo adventu illustrissime domine ducisse erit ipse Malbosson conductor mulierum, melius et honorosius ac sumptuosius vestitus et acoutratus quam esse[t] ipse Johannes Philippi, et quod ad causam dicte differentie possit oriri talis differentia que in maximum dedecus caderet civitatis. Quo tunc Besansonus Hugonis dixit se intellexisse ab eodem Johanne Philippi talia preexposita verba fuisse sibi per dictum Johannem Philippi<sup>1</sup> enarrata, et ultra, quod dictus Johannes Malbosson se jactaverat et dixerat quod non esset de ejus societate et quod idem Johannes Philippi, in despectu Johannis Malbosson, componi fecerat unam clamidem velluti tanesi foderatam tela alba argentea et sactino et taffetas ultra primum habitum, que constant sibi xlvij [scutos] solis. Fuit dictum quod peterentur ipsi, eciam dictus Pollien et Richardet qui dixerant quod non interessent in eodem adventu nisi mulieres prime essent in ordine. Fuerunt omnes ipsi petiti sed non venerunt nisi dicti Johannes Philippi et Malbosson, qui enarraverunt que gesta fuerunt per eosdem et dicta; tamen non fuit ita dictum per dictum de Malodumo sed dumtaxat quod dixerat eidem Philippi quod non se accoutraret ad voluntatem ipsius, quoniam non erat de ejus benda sed mulierum et dominarum.

Tunc conclusum fuit quod Johannes Philippi et alii vadant in eodem adventu et Richardet et Pollien in ordine primo, et post illos mulieres, que acciperent tres cum dicto Malbosson magis sibi gratos, et quod de premissis non fierent ulteriores loquele sed unusquisque redderet debitum suum, sic quod celsitudo ducali[s] et reverendissimus dominus noster episcopus merito contentarentur, quibuscumque sinistris cessantibus; et ita fuit ipsis Johanni Philippi et Malbosson per dominos sindicos preceptum, insequendo conclusionem consilii que illa fuit.

<sup>1</sup> *Lisez*: Malbosson.

*Martis iii<sup>ta</sup> augusti.* — Orsieres, Vandelli, Migerandi; — Danel, de Rippa, Frojon, Curt, Lestelley, Navis, Plonjon, Leta, Megex, Monte.

Venit Johannes de Charbillians, habitator Gebenn. sive in suburbio, et Navis, et exposuit quod licet sint ferie, repentine fuisse ejus fratrem, presbiterum, per officarios episcopales captum in ejus domo; requisit instari relaxationem illius apud d. judicem, quod ita conclusum fuit.

(178) (*De lubrica.*) — De lubrica de Porta, fuit conclusum dicatur de Porta ne permittat illam venire in adventu cum ceteris dominabus et honestis; quod si faciat, vituperose expellatur.

(*Introitus illustrissime domine ducisse.*) — Fecit illustrissima domina ducissa introitum suum et suum jocundum adventum, in quo interfuit magnatum et nobilium et plurium aliorum maximus ac copiosus numerus<sup>1</sup>:

*Veneris vij augusti.* — Orsieres, Vandelli, Baudi, Migerandi; — Cartellier, Versonnay, Fornerat, Jo. Fabri, Dadaz, Megex, Frojon, Plonjon, Monte, Carrerii, Nergua, Leta, Jo. Philippi, Navis.

Retulit Orsieres se et alios dominos syndicos fecisse donum parte civitatis illustrissime ducisse, que illud gratanter acceptavit et dixit quod sufficiebat honor sibi impensus sine dono et se obtulit civitati viribus totis obsequi.

(*Custos vinearum de Cotaro.*) — Johannes Quey, de Champello, admittitur in custodem vinearum de Cotaroz sub stipendiis assuetis, qui juravit in forma.

(*Interencio indulgencie.*) — Apponatur super indulgencia dicti Miget: «parati obedire mandatis».

De macellariis, remittitur consilio quinquagenario hodie tenendo.

De medalliis, vendantur et cridentur.

De paupere muliere quam pignorari fecit dictus Mauloz, fiat justitia.

De Furjodi et vigille, petantur et sciatur rem<sup>2</sup>.

De licteris dominicalibus obtentis contra magistrum Glaudium de Fontana, carpentatorem, et de licteris jurisdictionis, vadant domini syndici cum consulis ad illu. dominum episcopum Gebenn.

De domo domini Camere, ad dictum quinquagenarium consilium remittitur.

(*Consilium quinquagenarium.*) — *Eadem die.* — Ramelli, Vandelli, Baudi, Migerandi; — H. Fabri, Jo. Fabri, Jo. de Mara, Fornerat, Frojon, Nergua, Plonjon, Navis, de Monte, Carrerii, Leta, Cartellier, Jo. Philippi, H. Pollier, Jo. Garini, Michael Sept, Jo. Vallet, Robertus Fore, P. Grassier, P. Fabri, Jo. de Fosses, Georgius Pactri, Nantermetus Tissocti, Johannes Lullini, P. Vindret, Jo. Chappeau Roge, Guiliermus Pensabini, Mermetus de Ulmo,

<sup>1</sup> Sur l'entrée à Genève de la duchesse Béatrice, qui logeait depuis un certain temps au couvent de Palais, voir Bonivard, *ouvr. cit.*, t. II, p. 212-216. — Dans son compte de l'année 1523 (*Finances M*, n° 18, fol. 59 v°), le trésorier Boulet a inscrit en marge du mandat fait en sa faveur ces mots: «Il y a en ladite somme, tant pour la venue tant de mons. de Genève que de ma Dame: 1388 ff. 2 s. 1 d.»

<sup>2</sup> Lisez: res.

Roletus de Nanto, Amedeus Malardi, Amedeus Reynaudi, Michael de La Doey, Franciscus Suchardi, Amedeus de Strata, Anthonius Probi, P. Malbosson, Jo. Ballard, Jo. Vudon, Ste. Pecollat, Petrus Chatel, Nycolaus Alliodi, Aymo Julliard, Glaudius Bessonet, Jacobus Servelli, (P. Malbosson).

(*De magistro G. carpentatore.*) — Exposuit n. P. de Orseriis, locumtenens n. Jo. Ramelli, sicuti hodie in consilio ordinario fuit exhibitam que[dam] licterarum dominicalium copia, concessarum cuidam servitori domini Lustriaci contra magistrum Glaudium de Fontana, barbitonsorem<sup>1</sup>, ex quo idem magister Glaudius super quadam injunctioe facta (179) eidem servitori de solvendo quandam quantitatem argenti per reverendum dominum vicarium eo quod eum excommunicavit, quibus mandatur eidem Glaudio sub magna pena ut eundem servitorem absolvi faciat, que sunt in enervacionem jurisdictionis episcopalis; unde peciit remedium apponi idem Glaudius.

Item secundo exposuit quemadmodum domus domini Camere impresenciarum est venalis et multum utilis civitati et cederet in magnum comodum civitatis; quare requisit haberi advertanciam.

3<sup>o</sup> Exposuit sicuti fuerunt facte et substente magne expense per communitatem pretextu jurisdictionis episcopalis et remisit antea ad adventum illustrissimi domini ducis qui nunc est in civitate, et idem peciit advisamentum haberi.

Quarto. Exposuit sicuti macellarii fecerunt invicem monopolium, quo mediante civitas et communitas patitur incommoda non modica.

Quinto. Fuerunt edita capitula per illustrissimum dominum ducem que non sunt grata communi.

Super quibus fuit conclusum ut sequitur: quoad capitula, requirant domini syndici reverendissimum dominum episcopum ut requirat illustrissimum dominum ducem ut illa velit anichillare et civitatem in suam antiquam et laudabilem consuetudinem restituere ad formam franchisesiarum. Et quoad jurisdictionem, dentur domino episcopo advisus ministrandi ipsi domino duci. Quoad macellarios, eligantur sex et plures si reperiantur et illi admittantur salvis juribus gabelle; et si non reperiantur, proclametur libertas, repulsis deffectuosis; et hec communicentur macellariis de Longamala. Quoad domum domini Camere, ematur ad opus civitatis precio mille scutorum regis ad solem et ita de facto fiat.

(*C. L<sup>m</sup>*). — *Lune decima augusti.* — Ramel, Vandelli, Baudi, Migerandi; — H. Fabri, Orseries, Fornerat, Versonnay, Aqueneaz, Jo. Fabri, de Rippa, Megex, Frojon, Navis, Leta, Malbosson, Monte, Carrerii; — M. de Ulmo, A. Reynaudi, P. Grassier, P. Fabri, Jo. Collondaz, Georgius Pactri, Jacobus Servelli, Petrus Poterelli, Stephanus Lamberti, P. Vindreti, G. Savoex, Franciscus Testuti, Jo. de Bor, Jo. Ballard, Amedeus Tornerii, Ny. Alliodi, Jo. Vudon, Matheus Canard, Jo. Garini, Ludovicus Prela, P. Navillii, Jo. de

<sup>1</sup> Lisez: carpentatorem.

Mollario, Nantermetus Tissocti, G. Pensabini, Peronetus Joly, P. Lullini, Michael de La Doey, Robertus Fore, P. Chatel, P. Malbosson, P. Pinjon, Roletus de Nanto, P. Chavant, dictus de Bioley patisserius, Michael Sept, Jo. Testuti, Jo. Bandierez, Ny. de Villario, Oddetus Paqueti, Franciscus de Fosses, Bernardus Beguini, G. de Castronovo, (Jo. Ballard,) Boniffacius Peter, Jo. Lullini, Jo. Bonatier.

(*De jurisdictione.*) — Exposuit no. Jo. Ludovicus Ramelli sicuti die Sabacti novissime lapsa adiverunt personam illu. et reverendissimi domini nostri episcopi cui tradiderunt advisamenta scripto circa jurisdictionem et renovacionem capitulorum; et tandem heri, sumpto prandio, iverunt et illi fecerunt ipse et domini sindici humilles supplicationes ut instet et ad aures illustrissimi domini ducis propulset sic quod jurisdictio sua in suam primitivam quietem reducatur et sinistre perturbaciones aboleantur; qui reverendissimus dominus episcopus letanter rutulanteque vultu gavisus fuit de premissis advisamentis, dixitque quod ad eum spectabat circa restauracionem sue jurisdictionis vigillare, cum esset ejus comodum, et quod juraverat manutenere jura ecclesie, et illa pro posse manuteneret et vigillaret circa illius restauracionem; et quoad articulos, illos consultaverat et tradiderat, cum consilio doctorum, r. domino officiali. Et iverunt cum prefato reverendissimo domino episcopo ad prelibatum illustrissimum dominum ducem, quem alloquuti fuerunt ipsi reverendissimus dominus episcopus et domini sindici in reffectorio conventus Palacii. Qui dominus dux dixit quod domini sindici remicterent eorum jura in manibus domini collateralis de Ducibus, qui ei faceret relacionem. Et iterum exposuerunt quod dominus magister requestarum dixit eisdem dominis sindicis quod nulla foret provisio nisi fieret unum donum bonum prelibato illustrissimo domino duci. Fuit insuper expositum sicuti pro prima solucione domus, que ascendit ad sex centum scutos, defficiunt ducentum; et sic queratur potius remedium. Conclusum fuit, quoad jurisdictionem, requiratur illu. prefatus reverendissimus d. episcopus ut requirat illustrissimam dominam ducissam ut auxilietur nobis pro restauracione jurisdictionis et velit ipse illustrissimus dominus dux decernere licteras concessas jurisdictionis cum revocacione perturbacionum, et tales fiant cum juramento et revocentur impedimenta per consilium Chamberiaci apposita. Et quoad peccunias, requirantur tres aut quatuor ex magis apparentibus ut mutuo dent illos ducentum scutos et fiat bona assecuracio super illa; et si non reperiantur, requirantur particulares.

(180) *Martis undecima augusti.* — Ramelli, Vandelli, Baudi, Migerandi; — Orsieres, Danel, Versonnay, de Rippa, Jo. Fabri, Megex, Frojon, Navis, Carrerii, de Monte, Leta.

N. Jo. Ludovicus Ramelli reiteravit jam in precedenti consilio exposita et quod iverunt ad illustrissimum dominum ducem cum prefato reveren-

dissimo domino episcopo, cui iterum fecerunt requisicionem de faciendo et decernendo licteras in observacione jurisdictionis ecclesiastice cum juramento, aboliendo impedimenta per consilium Chamberiaci [apposita], et quod prefatus dominus dux dixit quod concernebat illu. d. comitem et dominam de Anemeur, ejus sororem, et sic, dum essent hic, omnia invicem consultarentur et fienda fierent; et sic, audito responso, retraxerunt jura et dederunt collateraliter duo scuta; qui eis dixit quod si opus esset, refferret in equitate sinistra machinacione repulsa. Tamen dixit prefatus dominus dux dum esset Annessiaci micterent quos vellent et ibidem in suo consilio fieret conclusio. Fuit conclusum requiratur r. dominus episcopus ut velit prosequi jurisdictionem auctoritate apostolica nec ulterius sollicitetur ipsa jurisdictio apud prefatum illu. dominum ducem, et dicatur domino nostro episcopo quod si velit illam prosequi commune corpus civitatis sequatur eum.

De domo empta, vadat d. syndicus Jo. Baudi ad dominum Camere et ipsum deprecetur ut per octo vel decem dies velit expectare alios ducentum scutos.

*Veneris xiiii augusti.* — Orsieres, Vandelli, Baudi, Migerandi; — Cartellier, Versonnay, Jo. Fabri, de Rippa, Berterat, Megex, Frojon, Navis, Leta, Carrerii.

(*Vendicio.*) — E[gregius] P. Berterat, procurator fidelium Animarum in Purgatorio existencium, sive pissidis earundem, vendit nobilibus Glaudio Vandelli, Johanni Baudi et Johanni Migerandi, consindicis, et eis nominibus civitatis Gebenn., presentibus, necnon no. Johanni Ramelli absentis consindico, absente me notario etc., videlicet septuaginta florenos annuales sive de redditu perennes, solvendos amodo in antea per nobiles syndicos predictos et pro tempore existentes eidem procuratori, sive pissidi sive ejus procuratoribus pro tempore existentibus, in quolibet festo beati Michaelis archangelli, cum dampnis etc., precio quatuordecim centum florenorum p. p., quolibet floreno valente duodecim solidos monete cursalis, habitorum et realiter receptorum ab eodem procuratore ut supra stipulante, tam in octo centum florenis p. p. per commendabilem Franciscum Cartellier exbursatis, vigore cujusdam confessionis in qua erat obligatus commendabili Bernardino Varamberti causa mutui per Ludovicum Varamberti, nepotem dicti Bernardini, in solutum octo centum florenorum in quibus idem Bernardinus eidem pissidi tenebatur pro vendicione xl ff. annualium eidem pissidi annualiter venditorum per tunc procuratores ejusdem pissidis precio octo centum florenorum, in manibus n. Jo. Ludovici Ramelli in solucionem remisse et cujus precio hidem xl ff. fuerunt revenditi eidem Bernardino, licet absentis, stipulantibus me notario et dicto Ludovico per prefatum Petrum Berterat, procuratorem, nomine premissis, — quam in quingentis florenis p. p. per commendabilem Johannem Philippi exbursatis ex rivendicione xxv ff. annualium eidem Johanni Philippi per dictum procuratorem pissidis facta per dictum Berteracti, precio predicto quinque

centum florenorum; — et eciam in centum florenis pridem legatis eidem pissidi per nobilem Petrum Cortagier, civem et mercatorem Gebenn., in suo ultimo testamento. (181) Quequidem peccunie, scilicet xiiij centum ff., fuerunt per nobiles syndicos converse in utilitatem communitatis, videlicet ex eis per ipsos n. syndicos empta ab illustri domino Camere domus cum plateis, curtinis, curtilibus ejusdem domini Camere, site Gebennis, in platea sive carreria Longemale. Pro quorum septuaginta florenorum annualium solucione, dicti nobiles consindici specialiter et expresse ypothecarunt eidem Berteracti, procuratorio nomine dicte pissidis, et eidem pissidi, terciam partem alarum hujus civitatis; et super illis voluerunt et preceperunt ipsi nobiles syndici, pro se et suis in eodem officio successoribus, dictos septuaginta florenos solvi termino predicto per firmarium ipsius tercie partis alarum, omni contradicione cessante, cum promissionibus, submissionibus et renunciacionibus opportunis. — (*Levatur.*)

(*Revendicio facta per Berteracti Jo. Philippi.*) — Ibidem idem Berteracti, procuratorio nomine dicte pissidis, revendidit Jo. Philippi, licet absenti, dictos xxv ff. annuales, precio v<sup>c</sup> ff. habitorum prout supra describitur.

Ibidem dictus procurator quictavit dictum Cartellier de dictis viij<sup>c</sup> ff. ut supra in dictam adquisicionem positus, cum promissionibus et renunciacionibus opportunis.

(*De laudimio domus d. Camere.*) — De laudimio domus predicte, vadant ipsi domini consindici ad secretarium domini nostri et faciant illud signari et sigillari, et fiat donum officiali usque ad summam xij scutorum, discretioni dominorum syndicorum.

De jurisdictione, iterum alloquantur reverendissimum dominum nostrum episcopum.

De Jacobo Comitibus, recurat ad reverendum dominum officialem.

Adinodiatio ponderis bladi scilicet partis pertinentis eidem communitati, que est || tercia || medietas.

Anno Domini millesimo quingentesimo vicesimo tercio, indicione undecima cum eodem anno sumpta, et die Lune decima septima mensis augusti, in mis notarii etc., personaliter constituti nobiles Glaudius Vandelli et Johannes Migerandi, consindici communitatis universitatis civitatis Gebenn., ex una parte, et Bartholomeus Serragini, expinguerius, ex altera parte; prefati vero nobiles Glaudius Vandelli et Johannes Migerandi, suis ac nobilium Johannis Ludovici Ramelli et Johannis Baudi, consindicorum dicte communitatis, sindicarioque nomine ejusdem communitatis, admodiant et titulo admodiacionis tradunt dicto Bartholomeo Serragini, expinguerio, burgensi Gebenn., ibidem presenti et stipulanti, tanquam plus offerenti, || terciam || mediam partem ponderis bladi hujus civitatis Gebenn. eidem communitati pertinentem, eidem expeditam ad extinctum candele et consumacionem

illius, in claustro, more solito, factis prius debitis proclamacionibus per carraphos hujus civitatis et per preconem communem ejusdem, precio et nomine precii septuaginta et quinque florenorum auri p. p., quolibet floreno valente duodecim solidos monete cursalis, et hoc per tempus et spacium unius anni integri, die herina incohati et simili die finiendi revoluto anno, solvendorum per eundem Bartholomeum vel suos, more denariorum fiscalium et rei judicate, in manibus no. et egregii Bernardi Boulet, moderni thesaurarii et receptoris emolumentorum ejusdem aut alterius pro tempore existentis, terminis solitis, cum dampnis etc. Promictentes presertim dictus Bartholomeus ydonee cavere hinc ad octo dies proximos. Submictentes se etc. Renunciantes etc. Actum in dicto claustro, presentibus ibidem n. P. de Orseriis, Petro Gay, Girardino de Rippa, Humberto Tranchent et Moneto Luppi et Petro Chapuisii, vigilibus, testibus etc.

S. Biolesii n.

(182) *Martis xviii augusti.* — Orseries, Migerandi; — Cartellier, Versonnay, Danel, Dadaz, Curt, Fornerat, de Rippa, Berterat, Frojon, Nergua, Leta, Carrerii, Monte, Navis.

Exposuit nobilis P. de Orseriis, locumtenens syndici Ramelli, quemadmodum ipse et nobiles syndici Vandelli, Baudi et Migerandi iverunt ad illu. et reverendissimum dominum nostrum episcopum quos eciam appellare fecerat; et dum fuerunt in domo episcopali, prefatus reverendissimus dominus secum assumpsit et retraxit ad partem et in secreto r. d. officialem et vicarium et ipsos, et invicem colloquuti fuerunt spacio unius hore vel circa et precepit ipse reverendissimus dominus ipsis nobilibus sindicis quod mictant aliquem ex consillariis Annessiacum, cum prefato d. officiali, dum ibidem aderit illustrissimus dominus dux.

2<sup>o</sup> Exposuit sicuti dietim fere fiunt in hac civitate rumores et scandalla generant, prout generavit et fecit scandallum non modicum quidam Matelinus, olim vigil, qui interfecit in hac civitate curialem Habund[ancie]; unde eos oneravit ut abinde vigillent circa mantencionem justicie et pugnacionem malefactorum et fortem faciant justiciam, et si apprehendantur capiantur.

3<sup>o</sup> Exposuit sicuti prefatus illu. et reverendissimus precepit signari et sigillari laudimium domus empte a domino Camere.

(*De jurisdictione.*) — De jurisdictione, fuit conclusum quod si reverendissimus dominus noster mictat Annessiacum dictum dominum officialem, mictantur cum eo Danel vel Nergua.

De thaborinis, scilicet Pellou et aliis tribus, detur cuilibet unus testonus.

De Porrallis, dentur ei xxv ff. pro laboribus suis et det duplum ante omnia gestorum per eum in ea<sup>1</sup>.

<sup>1</sup> Ce passage confirme l'attribution à Amé Porral des « histoires » représentées lors de l'entrée de la duchesse de Savoie. Le manuscrit mentionné p. 297 n. 3 ne se retrouve pas. Voir aussi p. 301 et *Finances M.*, n° 18, année 1523, fol. 55, n° 170.

De admodiacione ponderis bladi, remaneat novissimo admodiataro.

De medalliis, remictuntur thesaurario vendende.

(*Caucio.*) — Bartholomeus Sarracini denuo promisit solvere firmam ponderis bladi pertinentem civitati, et cavet per Franciscum Clementis, cutellerium, qui promisit in forma, cum renunciacione juris dicentis principalem etc.

*Eadem die et hora vesperorum.* — Orseries, Migerandi; — Danel, Jo. Fabri, Curt, Nergua, Monte, Carrerii, Megex, Navis.

Si dominus officialis vadat Annessiacum pro jurisdictione, vadat cum eo Guiliermus Danelli, sed quia fuit dictum per Monte et Carrerii quod dictus officialis non vadit in totum pro dicta jurisdictione, et sic expectetur recessus.

(*De vulnere illato in personam n. Aymonis Consilii.*) — De bastardo qui vulneravit dominum vicedompnum Consilii, fuit animadversus locumtenens de querendo illum et se obtulerunt illum fortem facere, feceruntque appellari vicedompnum qui dixit informaciones cepisse et illum bastardum locum absentasse<sup>1</sup>.

*Veneris xxj augusti.* — Orseries, Baudi, Migerandi; — Cartellier, Danel, Dadaz, Jo. Fabri, Curt, de Rippa, B. Hugonis, Megex, Frojon, Nerguaz, Navis, Leta, Carrerii, Monte.

(183) (*Burgensis.*) — Petrus Magnignaz, minuserius, de Gascognia, nunc parrochie Sancti Germani, admittitur in burgensem mediantibus octo ff.

Fiat mandatum Mermeto de Ulmo de xxx ff. ab una parte, pro sallario quo fuit conexactor gabelle carniuum et duorum mensium, visitato prius libro incii temporis et finis. — (*Mandatum habet.*)

(*Pronunciatio super differentiis B. Hugonis et A. de Pileo Rubeo.*) — Honorabiles Besansonus Hugonis et Amedeus de Pileo Rubeo, exhibita relacione per juratos lathomos, promiserunt et juraverunt illam ratam habere, qua promissione in presencia parciuum fuit ordinatum et pronunciatum per nobiles syndicos illam observandam debere quantum cujuslibet suo onere incumbit, quam inde ratam habuerunt.

De dominabus Sancte Clare, injungitur Martellet, presenti, ut adimpleat contenta in tachio infra unum mensem.

De lictera reverendissimi domini, sumantur informaciones super homicidio perpetrato in personam n. Aymonis Consilii et consultantur et tandem mictantur illi<sup>2</sup>.

De detentis anellis, sumantur ultiores informaciones.

De rotulo Girardini de Rippa, committitur Nergua et Cartellier.

<sup>1</sup> Voir Bonivard, *Chroniques de Genève*, t. I, p. 320.

<sup>2</sup> Voir la lettre de l'évêque Pierre de La Baume, datée de la Tour-du-Meix, 27 août [1523] (P. H., n° 930).

De eundo Annessiacum pro jurisdictione cum domino officiali, contradicentibus Danelli et Nergua, fuit electus Monte.

De dominabus Sancte Clare.

*Martis xxv augusti.* — Orseries, Vandelli, Balli; — Cartellier, Versonnay, Curt, Fabri, Megex, Frojon, Navis, Nerguaz, Leta.

De Belexert, actentis injuriis illatis gabelleriis, capiatur et detineatur in Insula per tres dies.

De gabella vini Regis, quia fuit venditum tempore modernorum gabellariorum, solvat gabellam modernis gabelleriis.

De Philippo de Rippa, petantur omnes quatuor ejus socii et ipse, et audiatur quid invicem dixerint.

De rotulo dicti Grand Pierre, videatur negocium in uno alio consilio in quo sit major numerus consillariorum.

De nemoribus non apponendis in Mollari, fiant cride ne, pendente nundina, ibi alia nemora apponant, sed exposita removeant, sub pena confiscacionis nemorum.

(*Recepit e. Boulet.*)

*Mercuri xxvj augusti.* — Orseries, Vandelli, Balli; — H. Fabri, Cartellier, Versonay, Curt, Fornerat, Dadaz, Jo. Fabri, Frojon, Malbosson.

(*Compromissum Comitum de Venturis et Gladii de Mollario.*) — Exposuit prefatus n. Orseries sicuti, die herina, Comes de Venturis fuit aggressus per Gladium de Mollario, seniore, et nonnullos alios cum rapperiis, eodem de Mollario dicente et allegante quod ipse Comes erat causa quod quidam vocatus Castari, habitator Lugduni, hiis diebus effluxis, tradidit eidem de Mollario unum soffletum in maxilla, ipso existente in civitate Lugduni; et, de hiis non contentus, ipse Castari evaginavit suum ensem et, nisi fuisset per astantes obviatum, ipsum percussisset. Tandem Gladius promisit stare cognicioni et ordinacioni dominorum syndicorum et consilii, cum protestacione quod restituantur sibi sex scuti quos dicit expendisse post prosequucionem dicte injurie sibi illate. Pariter idem Comes promisit stare ordinacioni dominorum consindicorum, cum protestacione quod suus honor sit salvus.

(184) *Veneris xxviii augusti.* — Ramel, Vandelli, Migerandi; — Orseries, Cartellier, Curt, de Rippa, Ste. de Mara, Megex, Frojon, Navis, Leta, Carrerii.

Fuit interinata gracia Alexandri Caroli, barbitonsoris, super qua fuit appositum « parati obedire mandatis ».

(*Custos vinearum de Les Contamines.*) — Admittitur Petrus Tilliet in custodem vinearum de Les Contamines sub stipendiis assuetis, qui juravit in forma.

(*Querimonia serrallionorum.*) — Exposuerunt quamplures serrallioni, burgenses hujus civitatis, sicuti acthenus illi de patria Vaudi soliti erant adducere carbones ad hanc civitatem et illos vendere in grossis paneriis sive callatis. Sed a paucis annis citra, quidam navaterius dictus Pelliffraz erravit carbones sic quod nulli possint haberi nisi per suam manum et illos emant eo quo vult precio, diminuendo eosdem callatos et, ipsis recusantibus emere, illos reponit et ascondit, sic quod vix reperiuntur et qui reperiuntur scivit et vi emuntur ab eo.

Fuit apportata lictera missiva, missa per illu. et reverendissimum dominum nostrum episcopum pretextu difference Comitum Veritatis<sup>1</sup> et Glaudii de Mollario, que ibidem lecta fuit<sup>2</sup>.

De carbonibus, alloquantur domini syndici dictum Pelliffraz et fiant illi remonstraciones ut non imponat in illis nec alio nemore caristiam sed ipsos carbones justo precio et mensura vendat.

(*Burgensis.*) — Johannes Rossier, de Collonges prope Longam Ream, filius quondam Petri Rossier, parrochie de Asserens, serrallionus, parrochie Magdalenes, admittitur in burgensem mediantibus viij ff.

De sigillifero qui sigillavit laudimium, dentur illi duo testoni pro uno.

De Comite et de Mollario, domini syndici illos appellent et concordent.

De quercubus, retineantur.

De domino episcopo, illi rescribatur.

*Martis prima septembris.* — Ramel, Vandelli, Baudi, Migerandi; — Orsieres, Versonnay, Curt, de Rippa, Danel, Megex, Frojon, Navis, Rosseti, Malbosson, Lestelley.

Querimoniam fecit Aymo Chambet, admodiarius gabelle carniū, sicuti in prejudicium ipsius et civitatis, sunt nonnulli (qui) ex civibus et burgensibus Gebenn. qui vadunt emere carnes in loco de Cornavini; pecierunt illos castigari et compelli ad satisfaciendum de gabella.

Querimoniam emisit n. Anthonius de Versonay sicuti, externo die, fuit invasus per Guilliermum Auphys et ejus complices, licet fuisset ei datum intelligere tam per Be[sa]nsonum Hugonis quam nonnullos alios, ut asserit, associatis nonnullis suis complicibus; unde peciit remedium apponi et taliter provideri quod scandallum non oriatur. Cui respondit n. Jo. Balli quod procurator fiscalis sumi facere voluerat informaciones, quod noluerat; cui replicavit quod non contradixit et fecisset querimoniam, sed in illo loco illam fieri volebat in quo fiscus erat.

(*De ementibus carnes in loco de Cornavini.*) — De ementibus carnes in loco de Cornavini, Chambet tradat nomina et cognomina illorum et inde pugnantur fisco sive vicedompno.

<sup>1</sup> *Lisez*: de Venturis.

<sup>2</sup> Lettre datée de la Tour-du-Meix, le 26 août 1523 (P. H., n° 930).

De tela adventus, lavetur et inde vendatur.

De Versonay et Peter, domini syndici elaborent circa concordiam et fiant remonstraciones illi Peter.

De Johanne Vallet, solvatur de laboribus ad ratam temporis ut in alio adventu.

(185) *Veneris iiij septembris.* — Vandelli, Baudi, Migerandi; — Curt, de Rippa, Malbosson, Lestelley, Megex, Frojon, Nergua, Navis, Leta, Rosseti, Carrerii.

(*Relacio thesaurarii.*) — Thesaurarius reffert quod non reperiuntur nisi septuaginta et tres medallie.

Fiat mandatum Stephano Embler de xxxiiij solidis pridem per eum exbursatis sociis bende collovrine, pro bibitu eorundem dum illu. d. comes Gebenn. venit a loco Flandriarum.

(*De burgensibus habere debentibus suis in bucticis gladium.*) — Exposuit nobilis Johannes Balli quod, acthenus et ex antiquo, omnes hujus civitatis burgenses et cives soliti erant in suis buticis esse fulsiti baculis ad succurrendum dum offensa aliqua per aliquos foraneos in [personas] aliquorum civium vel burgensium fiebat, quod jam pluribus annis cessavit, sic quod cothidie fiunt insultus in hac civitate et verbera per foraneos et interdum mine in illos inferuntur. Et adhuc hiis novissime effluxis diebus, duo ex filiis Ludovici de Jussier ad hanc venerunt civitatem et ad bucticam Francisci Regis, filiastrum Henrici Pollerii, qui minas intulerunt eidem Francisco, ex quo manutenet jus relicte bastardi de Jussier, minas intulerunt de ipsum maletractando, et quamvis vicini id vidissent, nullum computum tenuerunt, et si a casu non supervenissent nonnulli, ipsum Franciscum male tractassent. — (*Conclusio.*) — Super quo fuit conclusum quod advertantur desinerii ut visitent eorum desinerias et apponant baculos deffensibiles in suis domibus et bucticis; et si supervenient aliqui insultatores, illi vi repellantur, illos capiendo et detinendo.

De Magno Petro Rages, satisfiat sibi ad discrecionem nobilium syndicorum.

(*De navaterio dicto Pelliffra.*) — De pagneriis carbonum, alloquatur Pollet et sciatur ab eo continenciam antiquorum pagneriorum et [si] dictus Pelliffra offendisse reperiatur, compellatur coram fisco vel vicedompno.

De diferencia Embler et Tissocci, audiatur relatio juratorum et inde fiat ordinacio, et si sit aliqua diferencia, iterum visitetur locus per dominos syndicos cum eisdem.

De uxore Glaudii de Cresto, vigillis, a qua petit commentariensis episcopalis et Insule, quia fuit capta pro casu criminali non tenetur ad aliquod introgium et exitum.

De Jo. de Arpa, ponat in scriptum sua extraordinaria et tradat domino sindico Baudi.

*Martis viij septembris.* — Ramel, Vandelli, Baudi, Migerandi; — Orsieres, H. Fabri, Danelli, Bovier, Curt, Navis, Rosseti, Carrerii.

De lictera domini ducis mandata pro negotio Versonay et Peter, ostendatur ipsa lictera domino vicario et sollicite[n]tur vicedompnus et procurator fiscalis ut faciant justiciam et instent pro justicia.

(*Ordinacio Berengier et Peccollat.*) — De differencia Berengier et Ste. Peccollat, super eorum differencia promiserunt stare ordinacioni et sumarie cognicioni dominorum sindicorum; qui tandem nobiles syndici ordinaverunt quod Berengier vertat portam ab alio latere seu troncari portam, sic quod non possit tollere lumen in dicta fenestra inferiori superius primo loco mencionata, et Peccollat manuteneat unam ramam papiri aut vitri in fenestra que ibidem est, alia fenestra superiori remanente in suo esse, manente rama ut est de presenti.

(186) *Veneris xj septembris.* — Ramel, Vandelli, Migerandi; — Orsieres, Cartellier, Danel, Curt, de Rippa, Plonjon, Megex, Frojon, Nergua, Navis, Leta, Rosseti, Lestelley.

Fuit lecta lictera missiva reverendissimi domini nostri episcopi, missa occasione minarum illatarum ejus procuratori fiscali<sup>1</sup>.

Fuit injunctum Anthonio Sanses et preceptum ut vivat cum ejus uxore et eam tractet secundum quod conjugium requirit, sub pena etc.

(*De ponderibus.*) — Querimoniam emiserunt Aymo Julliardi, Johannes Balley, fromagerii, et Franciscus filius Michaelis Pennet, contra dominum procuratorem fiscalem et castellanum Pigneti qui eos volunt componere ad causam suo [pondere] solvendi et illa causa eos arrestarunt, tenturos arrestum personale in domo episcopali ad hodie. Fuit conclusum quod domini syndici vadant ad reverendum dominum vicarium, portent franchisesias et requirant observari capitula super hoc edita.

*Martis xv septembris.* — Ramel, Vandelli, Baudi, Migerandi; — Orsieres, Versonnay, de Rippa, Curt, Megex, Frojon, Plonjon, Navis.

(*De vino de Soubmont et caristiam in illo ponentibus.*) — Exposuit n. Johannes Ludovicus Ramelli sicuti, jam pluribus annis, hospites et venditores vini, appropincantibus vindemiis, vadunt ad locum de Somon et loca adjacencia et precia in vinis apponunt, ex quibus appreciationibus communitas jam pluribus annis detrimentum passa fuit ob interruptionem antiquam que sic non erat, sed hii quibus vinum pertineba(n)t illud facieba[n]t aliqui navigari per supra lacum et alii patriote transve[h]i, sic quod vendebant eorum vina ibidem et nulla erat caristia. Que premissa fuerunt exposita fere coram omnibus hospitibus hujus civitatis, et fuerunt animad-

<sup>1</sup> Lettre de l'évêque Pierre de La Baume, datée de la Tour-du-Meix, 9 septembre 1523 (P. H., n° 930).

versi quod si vina emant et in illis caristiam imponant, non patientur vendi nisi eo precio quo appreciabitur et cogentur ad illud vendere precium.

Querimoniam fecit uxor Glaudii Nerguaz contra officarios episcopales et vigilles et exposuit quod die Sabacti novissime lapsa, nonnulli officarii episcopales et eciam vigilles venerunt ad domum ejus viri et fregerunt portas ejusdem ac si fuisset per eam vel ejus virum aliquod commissum crimen merens penam sanguinis; unde peccit illud opus facti reparari et de eis justiciam ministrari, cum pro debito civili talia fieri non debuerent, beneficium franchisesiarum implorans. Fuit conclusum quod hec [per] dominos syndicos exponantur r. domino vicario etc.

Exposuit n. Anthonius de Versonay, ex magistris moretarum de Cornavyn, quod sunt in hac civitate plures monetarum ducalium et aliorum principum falcificatores, unde requisit super premissis advisamentum haberi.

De Jo. de Arpa, vadat ad dominum syndicum Balli et agat cum eo et quid dixerit eidem solvetur.

(*De domo d. Camere.*) — De domo olim domini Camere nunc pertinente civitati, visitentur reparaciones facte per dictum Le Bergognon et satisfiat illi ad dictum operariorum, reservato juramento ab eo an vel ne jam fuerunt intrate.

De falcificatoribus monetarum, petantur a d. vicedompno informaciones, si que sint sumpte, et si non sint, sumantur et inde sollicitetur pro justicia.

De burgense, fiat.

De Humberto Bernardi, monstretur lictera (missa) ad sui instigationem per illu. dominum ducem missa.

De Guillierno Nepotis, satisfiat illi ut in alio adventu et fiat illi mandatum.

(187) (*Burgensis.*) — Amedeus filius quondam Amedei Vulliet, de Fabricis, trompista, nunc parrochie Sancti Gervasii, admittitur in burgensem median-tibus viij ff.

*Veneris xvij septembris.* — Vandelli, Baudi, Migerandi; — Bovier, Curt, Fornerat, Dadaz, de Rippa, Megex, Frojon, Nerguaz, Leta, Navis.

(*De fratribus D. Nostre de Graciis.*) — De fratribus Domine Nostre de Graciis, admittitur in burgensem quem presentarunt mediantibus viij ff., ex quibus dantur amore Dei eisdem religiosis sex floreni pro eorum orologio; residuum solvat in manibus thesaurarii.

(*De turri Sancti Gervasii.*) — De turri Sancti Gervasii, rasetur murus si non sit gravibus et grossis expensis, et fiat copertura; et si esset magni precii perfectio, coperiatur postibus murus.

De ponte de Cornavin, platelletur nemoribus quercuum.

De conductu Mollaris, sciatur a pavisserio et aliis noticiam illius habentibus et, audita relacione, reparetur expensis quorum intererit ad formam relacionis fiende.

De uxore Matellini que est in Insula.

(*Burgensis.*) — Petrus filius quondam Petri Reboncelli, affanatoris, serrallionus, de Copponex subtus Crusilliam, parrochie Sancti Leodegarii, admictitur in burgensem mediantibus viij ff., ex quibus dantur sex religiosis Domine de Graciis.

*Martis xxij septembris.* — Vandelli, Migerandi; — Orsieres, Curt, de Rippa, Frojon, Plonjon, Navis, Leta.

De Martellet, visitetur locus, opus et tachium alias sibi datum.

De carpentatore dicto Borguynyon, de Fusteria, qui erravit omnes circulos doleorum, ponendo et gravando caristiam communitati, sumantur informaciones si ita sit.

(*De turre Sancti Gervasii.*) — De turre Sancti Gervasii, quia n. Girardinus de Rippa retulit murum deficientem et fiendum in illa non posse perfici minori precio xx scutorum solis, supersedeatur donec facultas venerit et interim coperiatur postibus.

*Veneris xxv septembris.* — Ramel, Migerandi, Vandelli; — Jo. Fabri, Fornerat, de Rippa, s. d. de Lestelley, Megex, Frojon, Leta, Navis, Jo. Philippi.

(*Compromissum.*) — Peroneta, relicta quondam Glaudii Perrini, et Gladius de Cresto super eorum differencia promictunt stare ordinationi d. sindicorum et consilii ordinarii et renunciant liti et cause.

Quia curatus Sancti Leodegarii exposuit novissime fuisse redditam in malladeria Carrogii pro leprosa que non est, ut asserit, visitetur per magistrum Jo. Vincencii et duos cyrurgicos.

(188) De uxore Matellini, visitetur per ostetrices sive matronas an sit pregnans vel ne, et si reperiatur pregnans, bampniatur.

De detentis, instante preposito marescallorum, vadant ad vicedompnum domini sindici et querant ab eo si sint criminosi illos remictat eis pro debita ministranda justicia, cum lictera testimoniali.

*Sabacti xxvj septembris, hora prima post meridiem.* — Ramel, Vandelli; — H. Fabri, Cartellier, Fernex, Curt, Fornerat, Jo. Fabri, de Rippa, Plonjon, Navis, Leta, Megex.

(*De detentis.*) — Exposuit n. Jo. Ludovicus Ramelli quemadmodum sunt duo detenti in Insula quos pretendit esse criminosos, quos pecierunt per dominum vicedompnum sibi remicti in presencia prepositi Chardon, qui Chardon dixit quod contra illos partem fecit et prosequutus fuit usque ad hanc civitatem et ex quo illos prosequutus fuit et crimen commissum penes illustrissimum dominum ducem, peciit illos remicti; cui responsum dederunt domini sindici quod non sunt in consuetudine quemquam remictendi, et si ministret bonas informaciones ministrabunt justiciam, aut si teneat carceres. Fuit conclusum quod fiat illi responsio quod non sumus in consuetudine

remictendi aliquos criminosos cuiquam, et det informaciones bonas et se inscribat ad formas franchesiarum.

De mane, circa horam nonam, in ecclesia cathedrali Sancti Petri Gebenn., no. Jo. Ludovicus Ramelli et Jo. Migerandi, reperto in eadem ecclesia n. Johanne Francisco Thuardi, locumténente domini vicedompni, in presencia cujus supra prepositi, requisierunt duos detentos in Insula instante eodem Chardon, quatenus sunt criminosi, illos sibi remicti pro justicia ministranda, dicto Chardon replicante illos prosequutum fuisse et sic requisit illos sibi remicti, cui dictum [quod] non habemus consuetudinem remictendi, et det informaciones bonas et bona ministrabitur justicia, dicto Johanne Francisco se offerente facturum quod debet. De quibus premissis domini sindici pecierunt testimoniales, presentibus Johanne Cloye et Saturnino Rosat, testibus, etc.

*Martis penultima septembris.* — Ramelli, Baudi; — Orsieres, Bovier, Jo. Fabri, de Rippa, Megex, Nergua, Plonjon, Navis, Leta, Rosseti, Frojon.

(*Compromissum.*) — E. Nycodus de Prato et Johannes Clementis, super eorum differencia cujusdam muri inter domos ipsorum existentis, promiserunt stare ordinationi nobilium sindicorum et consilii ordinarii.

(*De detenta.*) — De detenta uxore Matellini, bampniatur.

De populis scissis, petantur scissores ad Veneris.

De lictera mandata per reverendissimum dominum nostrum, omnes studeant ministrare bonam justiciam.

(*De priore hospitalis pestilencialis.*) — De rectore hospitalis pestilencialis, petantur admodiarii sallis marini et se obligent eidem priori de quota pertinente hospitali que detrahatur ab admodiacione.

Dentur duo ff., amore Dei, proclamatori pro animabus et fiat mandatum. — (*Mandatum habet.*)

(189) *Veneris secunda octobris.* — Ramel; — Orsieres, Dadaz, Jo. Fabri, Fornerat, de Rippa, Bovier, Curt, Megex, Navis, Leta, Nergua, Plonjon.

(*De macellario examinato.*) — Fuit narratum per prefatum nobilem consindicum dicto Borriquet sicuti ipse, sue burgensie contraveniendo et eciam editis, occidit animalia in loco Quercus in prejudicio macellariorum. Qui respondit quod habebat unam vacham male sanam, quam venalem exposuit macellariis hujus civitatis qui illam emere noluerunt; ex quo illam occidit et vendidit [in loco] de Cornavin seu occidi fecit per Lud. Rojoz. Fuit ei inhibutum, sub pena privacionis sue burgensie, ne exinde vendat carnes in loco de Cornavin.

(*De Bellexert.*) — De Bellexert qui mutuo tradidit civitati in auxilium emptionis domini Camere sex scutos, qui peciit detrahi in gabella illos scutos per Chambet, fuit conclusum quod super illis deducatur gabella carniuum.

(*De vendicione carniū loco Cornavin.*) — Querimoniam fecit e. Chambet, gabellerius carniū, sicuti fere omnes, tam cives quam burgenses, suburbii Sancti Gervasii, vadunt ad locum de Cornavin et ibidem emunt carnes spretis macellariis hujus civitatis, in ipsorum grande prejudicium et eciam macellariorum pontis Rodani, qui ad causam premissam perdidērunt carnes ad summam xxx ff. Item 2<sup>o</sup> exposuit idem Chambet quod quidam macellarius de Mallabranda apportavit unam vacham mortuam quam vendidit uxori de Archa et dicto Claret. Fuit conclusum quod sumantur informaciones et det testes examinandos et illos emptorum.

(*De Albaleste.*) — Exposuit n. Jo. Ludovicus Ramelli sicuti r. d. officialis tradidit eidem licteram missivam in favorem n. Jo. Baliste et sibi exposuit dominus officialis quod dominus Arbaleste est de precipuis servitoribus domini et eciam illustrissimi d. ducis, et sumpsit multos labores in prosequutione licterarum jurisdictionis, et exortatus fuit ut eidem donum detur honestum quod sit gratum domino episcopo. Fuit conclusum, lecta missiva, ut detur illi una displo(yd)is satini.

De archeriis, detur illis unum barrale vini continens unum sextarium.

De detentis, alloquatur dominus vicedompnus et instetur remicti si sint criminosi, et si non criminosi illos relaxari, saltem mediante caucione.

(*De procuratore fiscali.*) — De Bellexert et alio qui molestantur per dominum procuratorem dicendo quod noluerunt eum fortem facere in capiēdo quemdam servitorem domini Lustriaci, vadant domini sindici ad dominum vicarium et vocet dominum procuratorem et instent illos non molestari ultra franchisesias, et dicant ipsi procuratori quod quando voluerit aliquem capere dubiosum, quod advertat officarios ad ipsum fortem faciendum, et dominos sindicos.

(*De detenta.*) — De uxore Matellini, feratur sententia in eam extra magnam portam, in publico, more solito, et non infra Domum.

(*De scissoribus populorum.*) — De scissoribus arborum populorum, pugnantur ut pro futuro ceteris cedat in exemplum, et fiant cride quod nulli audeant in aliquibus festis, cujuscumque condicionis sunt, folliare ante eorum domos nisi dumtaxat in festo Heucaristie Christi.

*Martis vj octobris.* — Ramelli, Vandelli; — Fornerat, Curt, Dadaz, de Rippa, Megex, Nergua, Plonjon, Leta.

De aurifabro, pro furto existente adhuc in hac Domo, fuit conclusum ut ducatur ad castrum Insule et ibidem examinetur et formetur processus more solito, insequendo bonas consuetudines hujus civitatis.

De magno conductu Mollaris et aliis, vadant domini sindici ad visitandum ipsos conductus et petant ad id expertos, et inde fiat preceptum habentibus conductus particulares cadentes in ipsum magnum conductum ut reparent suos conductus et illos mudent, et hoc facto fiat ipse magnus conductus, et fiat cheyta prope lacum, sic quod possit vacuari.

(*De Bertilliona.*) — De licteris dicte Bertillione quibus d. v[icarius] mandat tradere decem ff., vadant domini sindici ad. r. dominum vicarium et instent revocari dictas licteras; alias interponatur appellacio ne trahatur in consequenciam quod d. vicarius faciat mandatum de librando peccunias communitatis.

(190) (*De macellario.*) — De macellario qui injuriam intulit dominis sindicis ut scripto dedit e. Chambet, capiatur et ducatur ad carcerem, et sumantur informaciones.

(*Consilium L<sup>m</sup>.*) — *Jovis octava octobris.* — Ramel, Vandelli, Baudi; — Orsieres, Cartellier, Frojon, Megex, Carrerii, Jo. Fabri, Curt, Leta, Jo. Philippi, Nergua, Dadaz, de Rippa, Plonjon, Malbosson, Navis, Rosseti, Danel; — Jo. Guilliet, A. Reynaudi, P. Fabri, M. de Ulmo, Jacobus Servelli, Tho. Monachi, Jo. Ruffi, G. Pactry, Jo. Ballard, Jo. Boysson, G. Pensabini, Peronetus Joly, Ludovicus Curteti, P. Grassier, Jo. Lullini, Illa. Richardet, G. Savoex, P. Poterelli, Jo. de Pileo Rubeo, Monetus cinturerius, Jo. Colondaz, B. de Crosa, Ludovicus Prela, Ste. Macheret, Franciscus de Fosses, Jo. de Arpa, Guilliermus de Castronovo, Ste. Peccollat, Aymo Julliardi, Jo. Bordon, Michael Sept.

Exposuit Glaudius de Porta sicuti hodie fuit ductus ad carceres || episcopales nunc || Insule Jullianus Bergerat, sumpta occasione pro causa quod verberavit Aymonem Chambet, gabellerium carniū, quod non constaret asseruit; unde requisit illum relaxari.

(*Juramentum procuratoris fiscali.*) — Venerandus dominus Glaudius Bachodi, procurator fiscalis, juravit observare franchisesias et libertates hujus civitatis, in forma.

(*Juramentum locumtenentis.*) — Glaudius de Retro, ejus locumtenens, similiter juravit easdem franchisesias.

Exposuit n. Jo. Ludovicus Ramelli, consindicus, sicuti auditores computorum<sup>1</sup> nobilis thesaurarii anni millesimi quingentesimi vicesimi primi sunt per auditores ipsorum computorum dilate<sup>2</sup> signari et eciam sunt plures debentes arreragia quibus communitas multum indiget, unde requisit deputari auditores computorum et eciam eligi aliquem cui eadem tradantur arreragia, ne civitas, adveniente Nativitatis Domini festo, in quo terminus solucionis iiiij<sup>c</sup> scutorum debitorum domino Camere, remaneat illusa. 2<sup>o</sup> Exposuit quod sunt nonnulli macellarii, sicuti Jullianus et Jacobus Bergerat, verberarunt e. Aymonem Chambet, gabellerium carniū, qui ibidem fecit querimoniam et dixit se nolle exinde dictam gabellam colligere, offerens soluturum quod debebit et reddere computum. De Chambet querimonia, pugnantur ad unguem Jullianus et Jacobus Bergerat, et capiantur et presertim Jullianus, qui est hic, ducatur ad Insulam.

<sup>1</sup> *Au lieu de :* auditores computorum, *lisez :* computi.

<sup>2</sup> *Lisez :* dilati.

De custode carcerum, temptetur illa mulier Matellini ut satisfaciat de expensis; et si non satisfaciat, dentur per interpositam personam commendabilem, ne in consequenciam tradatur, duo ff.

De arreragiis, tradantur n. Bernardo Boulet et in consilio ordinario advideatur de salario illi dando.

(*Deputacio auditorum computorum.*) — Fuerunt deputati auditores computorum thesaurarii: Michael Nergua, Guiliermus Danelli, Girardinus de Rippa, Bernardus de Monte et Anthonius Rosseti. Supradicti auditores vacent quam cicius poterunt et incipiant Lune proxima in hac Domo, et sine mora vacuentur et ministrentur illis expense in hac Domo sumptibus civitatis.

(*De veste acommodata per Jo. Balli et per eum reparata.*) — Quia n. Jo. Balli fecit querimoniam quemadmodum pro ornamentis Domine Nostre Pontis Rodani mutuo accepit unam vestem a domina Balleysonis, velluti de crameysin, que ad causam pluvie fuit devastata, cujus reparatio constitit xvj ff., peciit sibi illos restitui. Fuit conclusum quod dentur illi quatuor scuti auri solis et illi fiat mandatum.

(191) *Veneris, nona octobris.* — Ramelli, Vandelli, Baudi; — Orsieres, H. Fabri, Danel, Bovier, Curt, Fornerat, Dadaz, Jo. Fabri, de Rippa, Megex, Frojon, Nergua, Plonjon, Navis, Leta, Rosseti.

(*De factura vasselle argenti.*) — De factura vasselle argenti operata per n. Glaudium de Castronovo, dentur illi pro singula marcha conchiarum tres floreni, et pro singula marcha alterius vasselle argenti dentur illi duo floreni et fiat illi mandatum<sup>1</sup>.

De Martellet, veni[a]t Martis et ad illam diem petatur procurator dominarum Sancte Clare et habitantes domorum econtra quas fuit factum conductum, et instetur satisfieri eidem Martellet.

(*Domino clamatori animarum.*) — De magistro Anthonio qui [die]bus Lune incitat deprecari pro animabus in Purgatorio existentibus, dentur illi duo ff. amore Dei.

De Versonay Marino conquerente de bocherio capto in ejus macello, habeant domini syndici videre si bene captus et potuit capi et debuerit.

(*De de Rippa.*) — De rotulo Girardini de Rippa, stet appunctuamentum factum de fassinis cum Gollion, et que libravit, particulariter de fassinis de precepto dominorum syndicorum et consilii, intrentur; et quoad residuum, disputet materiam concordii cum n. H. Fabri et Danelli et conferat cum eis; et quid retulerint, fiet; de aliis veteribus rotulis, stent antique conclusiones.

Fiat mandatum thesaurario quod libret terciam partem firme no. Perrino Peyrollerii, priori hospitalis pestilencialis, pro necessariis ejusdem hospitalis. — (*Mandatum habet.*)

<sup>1</sup> *Finances M*, n° 18, année 1523, fol. 60, mandat n° 232, de 104 ff. 11 g. 3 d.

*Martis xiiij octobris.* — Ramelli, Baudi; — Orsieres, Curt, de Rippa, Frojon, Lestelley, Plonjon, Navis, Leta, Rosseti, Nergua; — Vandelli castellanus Pigneti.

(*De Jo. Ruffi.*) — Querimoniam fecit Johannes Ruffi et exposuit Sabacti novissime lapsa fuisse, pro certis levibus rixis habitis cum altero ex secretariis vicedompnatus, captus in bancha vicedompnatus, ad ipsius secretarii instanciam, et ductus ad carceres Insule et ibidem tentus in pane et aqua, tribus diebus, absque eo quod in aliquo offenderit et in enervacionem franchesiarum; (ut) peciit capcionem reparari. Quia injuriam intulit ipsi secretario, fuit conclusum quod bene captus fuit.

Venit quidam pedagogus parte rectoris scholarum hujus civitatis; requisit parte ipsius rectoris fieri formas lectorum in quibus possit locare scholares suos. Fuit dictum ut locus visitetur et ad Veneris.

(*De offensa in Chambet.*) — Querimoniam emisit egregius Chambet, gabellerius carniurn, quod heri iverat ad macellum pontis Rodani et, quamvis verbo vel facto nichil diceret, dictus Mermodi et ejus uxor innumerales injurias intulerunt, unde requisit provideri de alio gabellerio collectore, paratum se offerendo reddere computum de tempore preterito et solvere ad ratam. Solvat residuum sue borgesie et inde videbitur quid fiendum, et sumantur informaciones contra illos et maneat Chambet in officio; et si vult habere unum vigillum, ministretur illi.

De Michael de La Doey, satisfiat illi de salario sue forrerie more solito; fiat mandatum. — (*Mandatum habet.*)

(*De Girardino de Rippa.*) — Fuit dictum Girardino de Rippa ut assistat in computis, qui dixit quod non faciet donec intrato sibi suo rotulo nec in illis intererit, et totaliter recusavit interesse donec transito et passato rotulo.

(192) *Veneris xvj octobris.* — Ramelli, Baudi, Migerandi; — Orsieres, Bovier, Curt, Danel, Megex, Frojon, Nergua, Rosseti, Plonjon, Leta, Navis, Monte; — Michael de La Doey.

(*Relatio leprose.*) — Magister Johannes Vincencii, medicine doctor, in presencia tocus consilii necnon Francisci Suchardi et<sup>1</sup> barbitonsorum, retulit visitasse cum magistro Petro Polo de Patronis, equidem medicine doctore, Mauriciam filiam quondam Mermeti Boquet, de Herchant, et eam, alio non apparente, non esse leprosam et per consequens non debere segregari a consorcio mundorum. Paulo post venit dictus magister Petrus Paulus de Patronis, qui retulit esse tres species lepre, quarum prima est preparativa illius de qua bene posset sanari, et ita fuisse resolutum inter ipsum et dictum magistrum Johannem et alios cerorgicos.

Lecte fuerunt informaciones sumpte contra Jullianum Bergerat in quibus ancilla et uxor illius fuerunt examine.

<sup>1</sup> Blanc d'une demi ligne.

(*De Johanne Vallet.*) — De Johanne Vallet, fiat sibi mandatum stipendiorum suorum pro anno millesimo quingentesimo xx primo et reverberetur super veteri debito.

De Clabaud, qui exequutus fuit certas licteras dominicales contra Macheret et nonnullos alios, videantur ille lictere et vadant domini syndici ad r. d. vicarium.

De magistro scholarum, fiant forme lectorum in scola necessarie, quas per inventarium cum ceteris mobilibus habuisse confiteatur.

De crida vini, non fiat.

(*De computis.*) — De Girardino de Ripa qui renuit assistere in computis, licet petitus, eciam repudiavit in alio consilio adesse, ex quo secretarius assistit in illis, faciant et concludant illi quatuor electi.

De Michaele de La Doey, detur illi decem ff. et fiat mandatum pro forreriis.

(*De leprosa.*) — De muliere leprosa, remaneat in ea, alio non apparente.

*Martis vicesima octobris.* — Ramel, Vandelli, Baudi, Migerandi; — Orsieres, Cartellier, Curt, Jo. Fabri, Dadaz, Danel, de Ripa, Frojon, Nergua, Navis, Monte, Megex, Plonjon, Leta, Rosseti, Fonte.

(*De Marino Versonnay.*) — N. Marinus de Versonnay proposuit quod forreriis volunt hospitare in ejus domo dominam Myolani, quod tamen facere non potest, cum magnificus dominus de Crans, collateralis ejus sororis, cum ejus familia veniat ad ejus domum; petit se eximi de locando et hospitando eandem dominam.

(*Chambet.*) — Exposuit Chambet sicuti uxor dicti Mermodi et ejus maritus, in eorum perseverando malicia exercendo officium gabelle carniarum, nephandissimas et innumerabiles intulerunt injurias et impropria non modica, unde peccit de eis justiciam ministrari et se eximi a gabella.

(*Advisus de hosp[ita]ndo.*) — Exposuit n. P. de Orseriis: n. Guilielmus Aquineaz in domo r. d. abbatis Bonimontis quod circa hospicia curialium et officiariorum ducalis celsitudinis, ad evictandum scandalla, dabit medium quo hospitabuntur sine murmure, et sic videtur bonum; petatur per nobiles syndicos.

(*De leprosa.*) — Fuerunt lecte due relaciones medicorum occasione asserte leprose Carrogii.

(193) (*De Britillione.*) — De licteris decretis ad instanciam Britillione contra nobiles syndicos, appelletur a decreto licterarum et fiat ced[ula].

(*De leprosa.*) — De leprosa, maneat in malladeria si vult et non absentet illam nisi justicia previa et eam manuteneant nobiles syndici in suo bono jure donec magis certificata ejus infectione.

(*De P. Marescalli.*) — De Petro Marescalli per quem petebatur contribui in conductu, quia grangia deteriorata non cogatur ad contribuendum.

(*De Benedicto Ginodi.*) — De Benedicto Ginodi, lecta missiva lictera, prosequatur causa et mictatur sollicitator.

(*De cridis vini.*) — De cridis vini, non fiant quoad usque fuerit facta remonstratio magistris hospicii celsitudinis ducalis, qua facte fuerunt pridem cride ut hospites non apponerent caristiam in vino.

(*De hospiciis.*) — De hospitando ducales officarios, domini syndici vadant cum forreriis ut hospitentur.

(*De Martellet.*) — Satisfiat Martellet de hiis que sibi debentur ex resta conductus et interim compellantur habentes domos eontra dictum (salvum) conductum ut solvant ad equipolenciam theysiarum.

(*De uxore Mermodi.*) — Venit uxor dicti Mermodi; que confessa fuerat injuriam intulisse egregio Chambet tanquam male advisata, licet eam appellaverat ruffianam. Petit misericorditer indulgeri clamando veniam justicie et eciam eidem Chambet.

(*Mandatum factum auditoribus computorum.*) — Mandatur thesaurario ut ministret expensas auditoribus computorum, qui non habeant absentare hanc Domum donec vacuatis areragiis, juncto secretario.

*Veneris vicesima tertia octobris.* — Ramel, Vandelli, Mygerandi; — Orsieres, Cartellier, Danel, Bovier, Dadaz, Jo. Fabri, de Ripa, Curt, Megex, Navis, Monte, Carrerii, Nergua, Plonjon, Fonte, Rosseti, Leta, Lestelley.

(*De domo dictorum Mandallaz.*) — Exposuit n. Jo. Ludovicus Ramelli sicuti heri r. d. officialis Gebenn. sibi dixit quod illustrissimus dominus dux cupit, ex quo illu. d. magnus magister Francie est de proximo venturus ad hanc civitatem et hospitandus in domo heredum nobilis Mandallaz, et ut possit ipse illustrissimus facilius cum eo colloqui, ut porta ejusdem domus muri affrontans carrerie apperiat. Super quo fuit conclusum vadant domini syndici ad reverendum dominum vicarium et eidem communicent requestam predictam, sic quod apperiat, et petatur testimonialis de illam iterum obturando quamprimum illu. d. dux civitatem absentabit.

(*De Amedeo Girardi.*) — Querimoniam fecit n. Amedeus Girardi sicuti, die Lune novissime lapsa, exequi faciendo licteras comitales in banca juris castellanie Crusillie in exequuione jud[icij], fuit aggressus et invasus ipse et Petremandus, ejus servitor, per Philibertum Mistralis et plures alios, ejus complices, et acriter vulneratus; unde requisit nobiles syndicos ut sibi assistant in querimonia fienda illustrissimo domino duci de eo et castellano qui passus fuit eundem sic ledi. Fuit conclusum ut faciat idem Girardi unam supplicacionem scripto, que porrigatur prefato illu. d. duci, quem cum eodem Girardi humiliter requirant eidem Amedeo bonam ministrari justiciam.

(*De n. P. de Fernex et Amedeo de Pileo Rubeo.*) — Fuit lecta una relatio facta per Martellet et alios, occasione cujusdam difference existentis inter n. P. de Fernex seniore et Amedeum de Pileo Rubeo, quam noluit acceptare idem de Pileo Rubeo quantum concernit scissuram cujusdam trabis.

(194) De domo heredium Henrici de Nanto que impresenciarum est venalis, non ematur, cum non sint pecunie in hac Domo.

(*De revenditricibus.*) — De revenditricibus, fiant cride quod non audeant se reperire in mercatis diebus Mercuri, Veneris et Sabacti donec lapsa decima hora.

(*De vino et victualibus.*) — De ponendo taxam in victualibus et presertim in vino, dicatur magistris hospicii ducalis quod non poni potest taxa in vino donec gectata venta post festum Sancti Martini.

(*De de Ulmo et Thierr.*) — De de Ulmo et Thierr, macellario, quem excommunicari fecit Ulmo pro xvij solidis quos debet de gabella carnum, non compellatur ad solvendum Ulmo, sed intrentur et dantur illi dicto Thierr, amore Dei.

(*De Chambet.*) — De Chambet, instent d. sindici ministrari justiciam de furtis et injuriis et compellatur Chambet ad solvendum gabellam pro termino incurso, et accipiat sumptibus civitatis duos vigilles qui eum associant dum ponderabit carnes.

*Veneris predicta xxiiij octobris, hora vesperorum.* — Vandelli; — Cartellier, Nergua, Danel, Rosseti, Curt, Jo. Philippi.

Fuerunt petiti hospites qui venerunt subscripti: primo Rosseti, hospes Capituli Nigri, Ste. Valleta, Jo. Vudon, Jo. Collombi, Bernardus Beguini, uxor Petri de Archa, Ja. Mugnerii, P. Pinjon, hospes Sancti Gervasii Alerii, Le Tatrier, Gatellet, P. Chatelli, P. Coppet, Amedeus Vulliet, P. Mermoye, Peronetus mugnerius.

Retronominatis hospitibus fuit expositum per prelibatum n. syndicum Vandelli ipsos fuisse petitos ex quo n. sindici fuerunt petiti per magistris hospicii et exortati ut ponerent bonum ordinem pro hospitando [et] futuri ad hanc civitatem justo precio tractarentur, et interrogati pro quanto tenerentur et hospitarentur; qui dixerunt quod tenebunt et hospitabunt venientes ad hanc civitatem, pro quolibet et equo, precio decem solidorum pro singulo die, ministrando bocam et mutonem et gallinam, dummodo noluerint excedere illum modum.

*Sabacti xxiiij octobris.* — Ramel, Vandelli, Migerandi; — Orseries, B. Hugonis, H. Fabri, Fornerat, Danel, Bovier, Curt, Nergua, Fonte, Plonjon, Jo. Philippi, Malbosson, Carrerii, de Rippa, Megex, Leta, Monte, Dadaz; — M. de Ulmo, Tho. Monachi, M. Sept, Berterat, Jo. Lavenay, Nantermetus Tissoti, P. Perret, Rolandus Bonevaux, Bandierez, Ro. Fore, Jo. Petri, Philippus Regis, Jo. Ballonis, Amedeus Andreonis, Bernardus Beguini, P. Grasser, F. de Fosses, Jo. Lullini, Ny. de Villario, Matheus Canard, Jo. Testuti, Jo. Boysson, Ja. de Cresto, Anthonius Probi, Michael Guillet, Jo. Bordon, Ste. Peccollat, Jo. Chappeau Roge.

Exposuit n. Jo. Ludovicus Ramelli sicuti magna querimonia facta per

magistrum hospicii ducalis Thyret adeo quod illu. dominus dux venit ad hanc civitatem cum sua illustrissima consorte, putans esse cum amicis suis; actamen sunt nunnulli qui multa verba contra auctoritatem ducalem protulerunt, hospitando subdictos suos; et si non apponatur remedium in hospitando gentes suas, terribum cedet in exemplum. Eciam ibidem fuit thesaurarius ducalis qui eciam lamentaciones (195) emisit, presertim contra forrerium civitatis, unde peccit justiciam ministrari.

2<sup>o</sup> Exposuit ipse d. syndicus quod r. d. vicarius precepit ut rebelles incarcerentur et honestates possibiles eidem celsitudini impendant.

(*Deputacio novorum forreriorum.*) — Fuit conclusum ut omnes serviant celsitudini ducali et; pro potiori hospitacione, adjunguntur forrerii Guillermus Curt et Mermetus de Ulmo; et datur potestas rebelles incarcerari faciendi, eciam fiscus sic faciat.

*Dominico xxv octobris.* — Ramel, Migerandi; — H. Fabri, Curt, Danel, Fornerat, de Rippa, Leta, Carrerii, Megex, Frojon, Nergua, Plonjon, Fernex, Monte, H. Pollier; — La Doey, Jo. Boysson, Hy. Richardet, de Ulmo, Tho. Monachi, Michael Set.

Exposuit no. Jo. Ludovicus Ramelli sicuti, pretextu hospitacionis officiariorum ducalium et gencium, exorta fuit querimonia pretextu certorum verborum prolatorum per Michaelem de La Doey, forrerium civitatis. Ex quo nonnulli ex civibus et burgensibus recusabant parere mandatis dicti forrerii civitatis, ducalis forrerius assignavit tales rebelles tenturos arrestum in Palatii conventu. Dictus civitatis forrerius respondit quod sibi non pertinebat que ad aures ejusdem devenerat. Conclusum fuit quod adjungatur in officio sindicatus de Orseriis loco Vandelli et B. Hugoz loco Baudi; et vadant ad magistrum hospicii ducalem et faciant graciosas remonstraciones et requisicionem de pacificando dictum dicti de La Doey, licet nulla fuit facta offensa, tamen pertinebat dicere talia verba nisi principi nostro episcopali.

*Martis xxvij octobris.* — Ramel, Migerandi, — Orsieres, Danel, Curt, de Rippa, Nergua, Fonte, Navis, Rosseti, Carrerii, Monte, Megex, Leta.

Exposuit Guillermus Curt sicuti occasione verborum prolatorum per Michaelem de La Doey, de quibus illustrissimus d. dux multum tristatur, fuit eidem et de Ulmo dictum quod hora decima se reperirent in loco Pallacii et vadant ad domum Balleysonis pro cedenda<sup>1</sup> illa materia; quibus preceptum fuit ut irent illac et facerent possibilem diligenciam de accelerando hujusmodi materiam.

(*De Michallet.*) — De Michallet, privatur a borgesia, que eidem notificetur.

<sup>1</sup> Lisez: sedanda.

(*Potestas data auditoribus computorum.*) — De Chambet, Monte et aliis arreragiis, datur omnimoda potestas auditoribus computorum arreragia vacuandi et concordandi, et super illis cognoscendi et ordinandi ac appunctuandi.

(*De potestate auditorum computorum.*) — Quia ipsi auditores organo Nergua et Danelli exposuerunt quod jam steterunt quindecim diebus vacando tam circa computa quam dicta arreragia et jam magnas fecerunt expensas, requisierunt se eximi ne per aliquos dicatur eos expensas epulantas fecisse. Fuit conclusum ut vacent ipsi auditores circa eadem arreragia et illis [thesaurarius] ministret sumptus, juncto secretario; et fuerunt rogati ut nullomodo a ceptis desistant donec fine imposito in dictis computis et arreragiis.

(*De sallicibus et cridis.*) — De sallicibus scissis pertinentibus archeriis, sumantur informaciones scissorum, eciam et populorum; et petantur et, si requirant indulgenciam, indulgeatur pro preteritis; et fiant cride ne quis exinde audeat, qualicunque festo eveniente, follias et ramos apponere ante domos suas nisi dumtaxat in festo Eucaristie Christi.

(*De Peccollat.*) — De Peccollat qui exhibuit unum rotulum et peccit satisfieri de certis jornatis, ne ceteri trahant in consequenciam nichil illi solvatur.

(196) *Mercuri xxviiij octobris.* — Ramel, Migerandi; — Megex, Leta, de Ripa, Curt, Danel.

(*De inabilitate Petri de Carro.*) — In quorum presencia, eciam in presencia Ludovici Curteti, Humberti Trenchent et Glaudii Gay, fuerunt scilicet tercia pars alarum (fuerunt) in claustro ecclesie cathedralis per preconem ad accensum candeles proclamata, quas posuit Petrus de Quarro ad ij<sup>o</sup> lxx ff. et Guilielmus Curt posuit gribellum ad septem. Sed quia fuit ibidem dictum per Jacobum Servelli et alios consules supra nominatos (dictum) quod idem de Carro non erat ydoneus ad exercendum illud officium, cum sit honorabile et magister ipsarum alarum habeat judicare et sedare differencias mercatorum, eciam sua interest pro veyturis mercanciarum exbursare peccunias pro mercatoribus mercancias transvehi facientibus ad hanc civitatem; et sic non fuit expedita eidem ipsa tercia pars allarum sed fuit per nobiles syndicos remissum ad Veneris in consilio ordinario.

(*Admodiatio.*) — Platea Burgi Foris fuit expedita Amblardo Comitibus tanquam plus offerenti, ad extinctum candeles, precio sexdecim solidorum.

(*Admodiatio.*) — Platea Fusterie fuit expedita Francisco Mermini simili modo, precio novem florenorum.

(*Admodiatio.*) — Platea Sancti Gervasii fuit expedita Stephano Bastardi, commoranti in Ayria, precio ij florenorum.

(*Admodiatio.*) — Platea Domine Nostre Pontis Rodani fuit expedita Nycodo Berodi, vigilli, et Petro Joly, precio xxix solidorum.

*Veneris xxix [xxx] octobris.* — Migerandi, B. Hugoz pro Baudi; — Orsieres, Cartellier, Danel, Curt, Dadaz, Jo. Fabri, de Ripa, Megex, Frojon, Fonte, Navis, Leta, Rosseti, Carrerii, Monte, Plonjon, Nerguaz; — de Ulmo.

(*De verbis prolatis per Jo. Fabri et de La Doey.*) — Retulit Guilielmus Curt se et Mermetum de Ulmo transtulisse apud magnificum dominum Balleysonis, pretextu verborum prolatorum per de La Doey, qui dixit quod illustrissimus dominus dux fuit multum de illis et de aliis per Johannem Fabri indignatus et tanta ira motus quod fuit in proposito mandare ad querendum subdictos ad forrageandum hanc civitatem; et pro tunc non potuerunt alloqui memoratum illustrissimum dominum ducem, sed fuerunt per prefatum dominum Balleysonis remissi ad horam vesperorum, qua hora iverunt; sed eo quod prelibatus illustrissimus dominus dux in cena, fuerunt remissi ad cras mane, qua hora iverunt et fuerunt presentati ipsi illustrissimo domino duci, qui, genu flexo facta illi reverencia, (et) illi exposuerunt se fuisse ad ipsum missos ad faciendum illi reverenciam et dicendum ei quod egre ferebant dicta dictorum Jo. Fabri et de La Doey, et obtulerunt illi obsequi. Qui illustrissimus semper erat tristis et dixit quod bene cognoscebat ipsum Curt et illum sciebat bonum hominem. Et postquam exposuerunt hec, iterum reverenciam fecerunt et venerunt ad prelibatum dominum Balleysonis, qui eis dixit quod sufficiebant que dixerant et quod omnia erant sedata.

(197) (*Relacio.*) — Venit Petrus Serventis, Petrus Bla et Chualis qui dixerunt non vidisse banchum apponi in cadro collonne nisi a paucis tempore citra.

(*Deputacio computorum hospitalis pestilencialis.*) — De computis reddendis per heredes Cornaz, commictantur audiendi per Nergua, Danel, de Monte et Rosseti.

(*Amotio scanni.*) — De scanno, tollatur et vadant vigilles et illud tollant.

(*De ponderibus.*) — De ponderibus, dicatur domino procuratori quod illos apportari faciant ad hanc Domum et visitentur, et fiat emenda ad formam franchisesie.

(*De facibus.*) — De egregio Vandelli quondam, dentur illi quatuor honeste faces in quibus ponantur penuncelli civitatis et inde retro corpus portentur per iiiij<sup>or</sup> vigilles.

(*De mulieribus macellariorum de Cornavini.*) — De mulieribus macellariorum de Cornavini que apportant homasa ad vendendum in Longuamala et illa ibidem vendunt, fiant illis prohibiciones ne abinde apportent homasa ad vendendum; et si apportent, leventur et dentur pauperibus amore Dei.

(*De feno et cridis.*) — De feno, fiant cride ne quis emat fenum in hac civitate ad illud revendendum in ea cum aliis.

(*De carreria Sancti Victoris.*) — De carreria Sancti Victoris, pro qua lamentaciones emisit dominus Baptista de Crosa, mudent illam quilibet ante predium suum.

(*De de Carro et alis.*) — De de Quarro, non admictatur exinde ad aliquam misam officiorum et firmarum hujus civitatis, nisi illas faciat exercere per ydoneum quem seu quos cum fidejussore simul et semel presentet in misa et ante expeditionem; et dicatur illi quod non satis ydoneus ad id exercendum officio<sup>1</sup>.

(*De computis Girardini de Rippa et commissariis computorum suorum.*) — De Girardino de Rippa, committuntur computi sui dominis sindicis anni novissime lapsi semoto Orseries, vocatis n. Hugonino Fabri et Guillermo Danelli.

*Sabacti vesperorum ultima octobris.* — Baudi, Migerandi; — H. Fabri, Danel, B. Hugonis, Curt, de Rippa, Carrerii, Lestelley, Leta, Fonte, Navis, Jo. Philippi, Monte, Malbosson.

(*De debato servitoris Pollerii.*) — Exposuit no. Jo. Migerandi, consindicus, sicuti hodie fuit exorta quedam rixa in buttica Henrici Pollerii inter servitorem ipsius Pollerii et quendam ex curialibus celsitudinis ducalis, in quo fuit visus idem servitor Pollerii tenere suum pugniardum evaginatum fugiendo; et post illud debattum, venit quidam officarius ducalis qui assignavit Petrum Benevenuti sub magnis penis tenturum arrestum in loco Palacii et coram domino magistro hospicii compariturum, que cedit in enervationem jurisdictionis episcopalis.

(*De scanno noviter sublato.*) — 2<sup>o</sup> Exposuit quod, non obstante conclusione heri facta ut tolla(n)tur scagnum quod posuerat quidam suctor ante domum habitacionis magistri Johannis Miguet, barbitonsoris, et antiquum scagnum fuisset exportatum, idem excofferius (idem excofferius) iterum unum novum posuit in spretum deffensionis sibi facte et tenet, novumque scanum (novum) apposuit et tenet. Fuit conclusum ut capiatur ille inobediens et ponatur in carcerem. Et quoad Benevenuti, petatur et ab eo rem gestam intelligatur. Idem Benevenuti venit et dixit quod quidam ducalis huisserius ipsum assignavit compariturum in loco Pallacii coram magistro hospicii ducali; et ivit et reperit secretarium (198) Chatel, cui rem gestam narravit, qui ipsum duxit ad magistrum hospicii, qui magister hospicii [precepit] quod narraret rem gestam, quo tunc erat retro eum ille qui sollicitabat contra eundem servitorem Pollerii; et tunc fuit dictum per magistrum hospicii ut si Martis peteretur veniret; cui dixit quod vederat<sup>2</sup> per illum servitorem pugniardum evaginatum, qui fugiebat; et sic intelligit rem non ulterius suscitari.

(*De servitore scutifferi Gallier.*) — Exposuit nobilis Johannes Baudi sicuti n. scutiffer Gallier sibi dixit nobilem Roget verberasse unum suum servitorem, et si de eo non ministretur justicia et illi obviet, de eo vinditam

<sup>1</sup> *Lisez:* officium.

<sup>2</sup> *Lisez:* viderat.

suscipiet. Fuit conclusum quod dicatur domino vicedompno, qui sumpsit informaciones, ministret justiciam.

*Martis tercia novembris.* — Ramel, Baudi; — Orsieres, Cartellier, Danel, Curt, de Rippa, Monte, Megex, Lestelley, Nergua, Fonte, Plonjon, Navis, Leta, Carrerii.

Fuit lecta missiva per illu. et reverendissimum dominum nostrum episcopum missa; qua lecta, d. syndicus Baudi retulit credenciam sibi enarratam per r. d. officialem, que est ut semper domini sindici vigillent circa justiciam, ministrentque illam; et quoad ad impedimenta de quibus conqueruntur contra dominum vicarium, faciant unum rotulum in quo eorum lamentaciones describant, que apponantur in illo et monstretur in consilio episcopali et contenta in illo observabuntur; prothinus procurabit et de facto faciet quoniam sit in preceptis et mandatis ab eo habitis principe nostro; aliunde idem d. officialis [dixit] quod credencia sua est ut communitas habeat recognoscere erga nobilem Arbalestaz labores impensos eidem communitati quam<sup>1</sup> retulerunt Fonte et Danel.

(*De alis et de Carro.*) — De alis, dicatur Quarro quod si alterum duorum ponat, scilicet La Doey aut Tappunier, et nullomodo se immisceat officio nisi dumtaxat de denariis, et det cautores quos dixit velle dare, scilicet Burdignin et Fabri, quod admodiatio sua habebit locum et eciam dummodo reperiat qui mutuet veyturas.

(*De Chambet.*) — De injuriis illatis Chambet per macellarios, instetur illi fieri et ministrari justiciam et inhibiciones revocari.

(*De macellariis de Cornavini.*) — De Trollier et Bombarda qui querimoniam fecerunt, pretextu homasorum que venduntur per eorum uxores ex animalibus mactatis in loco de Cornavini, non permittatur illa vendere nec banchum ad illa vendendum teneri, sed totalliter expellantur notificato quod eis hujusmodi prohibita leventur et pauperibus erogentur.

(*De eligendo sindico.*) — De sindico eligendo, petatur et convocetur ordinarium consilium et quinquagenarium, et fiat electio more solito que monstretur in generali.

(199) *Jovis quinta octobris [novembris].* — *Consilium L.* — Ramel, Baudi, Migerandi; — H. Fabri, Montion, P. Fernex, Curt, Danel, Dadaz, Cartellier, Carrerii, de Rippa, Lestelley, Nergua, Navis, Fonte, Plonjon, Rosseti, de Monte, H. Pollier, Megex, Leta; — M. de Ulmo, Franciscus Testuti, Ludovicus Curteti, Jo. Sept, Andreas Girardi, Peronetus Joly, Jacobus dictus Cardinal, Anthonius Milanessii, P. Grassier, Franciscus de Fosses, Mermetus de Calce, P. Fabri, Ny. de Villario, P. Poterelli, Michael Guilliet, Girardinus Bergeyron, Aymo Julliardi, P. Chatel.

<sup>1</sup> *Lisez:* quos.

Exposuit no. Jo. Ludovicus Ramelli quod, ob mortem nobilis Glaudii Vandelli, necesse est eligere unum syndicum ex superiori hujus civitatis, unde requisit ut, semota parciale consciencia, locum habente eligatur unus ydoneus.

Secundo, exposuit quod quoad concernit victualia, revenditricis eciam rivenditores caseorum communitati sunt multum obnoxii, unde peccit electionem fieri de obviando caristiis.

3<sup>o</sup> Exposuit quod, ob rebelliones factas in hospitando officarios ducales, civitas fuit scandallo propinqua, unde peccit ad id haberi bonum ordinem de illos exinde hospitando et dulcibus verbis utendo.

Quarto, exposuit ut eciam ordo apponatur in cridis fiendis inibi lectis.

Quinto, de alis, ut non remaneant improvise.

De eligendo syndicum, eligantur, et sunt electi Orseries et Fonte, qui sunt electi et in vocibus equales.

De revenditricibus, eliguntur P. Gervasii, Petrus Paqueti et Amedeus Tornerii.

De advertendo populum, advisetur ut prudenter in hospitando agant.

De cridis, ille fiant.

De alis, cridentur ad Mercuri cum gabella introgiu vini.

*Veneris sexta novembris.* — Ramel, Baudi, Migerandi; — Orsieres, Danel, de Rippa, Curt, Lestelley, Plonjon, Carrerii, Fonte, Nergua, Megex, Leta, Frojon, Navis.

(*De Amedeo Girardi.*) — Iterum exposuit no. Amedeus Girardi quod, pro utilitate rei publice, n. syndici cum eo faciant querimoniam de offensa illi facta. Conclusum ut vadant d. syndici cum eo.

(200) Petantur processiones.

(*Donum Arbaleste.*) — Dentur magistro camere ducalis Arbaleste decem scuti auri cigni regis ad solem.

*Martis decima novembris.* — Ramelli, Baudi; — Orsieres, Jo. Fabri, Montion, Cartellier, Curt, Dadaz, H. Fabri, de Rippa, Fonte, Megex, Frojon, Lestelley, Nergua, Plonjon, Navis, Leta, Rosseti, Monte, Carrerii.

(*De Embler et Tissocci.*) — Promiserunt iterum Embler et Lantermetus Tissocci stare ordinacioni ipsorum nobilium consindicorum et consilii; qua promissione facta, lecta extitit relatio et, pronunciatione lecta, domini syndici et consilium ordinaverunt ut in ea, quam approbavit idem Embler; prefatus vero Tissocci illam non acceptavit nec illi consenciit. Presentibus thesaurario et Trenchent. — (*Ordinatio levatur.*)

(*Electio commissariorum pro victualibus cum salario eorumdem.*) — De electis, sufficiunt duo, scilicet de P. Gervasii et Amedeo Tornerii, quibus dentur, pro visitacione rivenditricum et rivenditorum pro uno anno, cui-libet quinque floreni.

(*De mensuris dicti Claret.*) — De mensuris dicti Claret, petatur ipse et cum juramento interrogetur quantum solvit fisco pro appositione suarum mensurarum. Ad equipolenciam solvat communitati.

(*De Chambet et Julliano.*) — De injuria et verbere illatis in personam Chambet per Jacobum Bergerat, capiatur ipse Jullianus et formetur in eum processus; quoad Jullianum, ministrentur informaciones advocato et sciatur si stetur relacioni Chambet qui erat et est officarius civitatis; et vadant ad dominum vicarium et requirant revocari inhibiciones factas in favorem Julliani.

*De collovrineriis.* — De collovrineriis, fiant cride ne aliqui collovrinerii audeant suis collovrinis infra franchisesias venari nec ludere nisi in locis deputatis, sub pena perdicionis collovrinarum et sexaginta solidorum pro quolibet.

Admodiatio tercię partis alarum hujus civitatis, facta honorabili Glaudio Baudi, civi et mercatori Gebenn.

Anno Domini millesimo quingentesimo xx tercio, indicione undecima et die Mercuri undecima mensis novembris, in mis notarii etc., personaliter constituti nobiles Johannes Ludovicus Ramelli et Johannes Baudi, consindici hujus civitatis Gebenn., ex una, et honorabilis Glaudius Baudi, civis et mercator Gebenn., ex altera, partibus. Prefati vero nobiles syndici et eo nomine admodiant et accensant et titulo admodiationis et accensamenti tradunt prefato nobili Glaudio Baudi, ibidem presenti, tanquam plus offerenti, ad extinctum candelee ceree et illius consumptionem, more solito, affigi solite in pillorio claustris ejusdem ecclesie cathedralis, factis tamen debitis proclamationibus tam per carraphos hujus civitatis quam in hoc claustris, videlicet terciam partem dictarum alarum pertinentem et spectantem eidem communitati, et spacio et per tempus unius anni integri die xxix octobris inchoati et simili die finiendi, precio et nomine precii ducentum et quadraginta florenorum auri p.p., quolibet floreno valente duodecim (202)<sup>1</sup> solidos monete cursalis, solvendorum per eundem nobilem Glaudium vel suos dicte communitati in manibus thesaurarii hujus civitatis pro tempore existentis, more denariorum fiscalium, terminis sequentibus, videlicet in fine nundinarum Omnium Sanctorum proxime tenendarum in hac civitate quartam partem ejusdem firme, in sequentibus nundinis Epiphanie Domini, aliam quartam partem, in fine nundinarum Augusti huc tenendarum, et reliquam quartam partem in fine ejusdem anni. Promictentes dicte partes juramentis suis etc., videlicet domini syndici manutenere et dictus firmarius firmam solvere et ydonee cavere etc. hinc ad Martis vel Veneris proximam. Submictentes se etc. Renunciantes etc. Actum in claustris

<sup>1</sup> Le foliotage passe de 200 à 202.

ecclesie cathedralis, presentibus ibidem n. et egregiis Anthonio de Fonte, Petro Berteracti, Ludovico de Lestelley, Francisco Cartellier, Guilliermo Megex, Guilliermo Danelli et Girardino de Rippa, testibus, etc.

S. Biolesii, n.

Admodiatio introgii bossetorum vini, facta Anthonio Millanesii, facta per nobiles syndicos precio quinque centum et quadraginta quinque florenorum.

Anno Domini millesimo quingentesimo xx tercio, indicione undecima et die undecima mensis novembris, in mis notarii etc., personaliter constituti nobiles Johannes Baudi et Johannes Ludovicus Ramelli, consindici hujus civitatis Gebenn., ex una, et honorabilis vir Anthonius Millanesii, apothecarius, burgensis Gebenn., parrochie beate Marie Magdalenes ejusdem civitatis, ex altera, partibus. Prefati nobiles Johannes Ludovicus Ramelli et Johannes Baudi, sindicario nominibus premissis, admodiant et accensant cum honore et onere assuetis honorabili Anthonio Millanesii, burgensi Gebenn., apothecario, presenti et tanquam plus offerenti, videlicet introgium vini intrandi in hac civitate et franchesiis hujus civitatis, spacio et per tempus unius anni die crastina incohandi et simili die finiendi anno revoluto, factis tamen prius de eodem introgio debitis proclamationibus per hanc civitatem et carraphos ejusdem ac eciam in hoc claustro, sibi tanquam plus offerenti, ad ascensionem<sup>1</sup> candele ceree in eodem claustro et niuro ejusdem et consumacionem et extinctum ejusdem, et hoc precio et nomine precii quinque centum et quadraginta florenorum p. p., quolibet floreno valente duodecim solidos monete cursalis in patria Sabaudie, per eundem n. Anthonium vel suos solvendorum dicte communitati in manibus thesaurarii sive receptoris ejusdem civitatis moderni aut pro tempore existentis, more tamen denariorum fiscalium et ad formam et instar rei judicate, terminis sequentibus videlicet in proximo festo Epiphanie Domini terciam partem, aliam terciam partem in sequenti festo Pasche et aliam terciam partem in sequenti festo Omnium Sanctorum, cum dampnis etc. Promictentes juramentis suis etc., presertim dictus Anthonius ydonee cavere hinc ad Martis vel Veneris proximam. Submictentes se etc. Renunciantes etc. Actum in claustro ecclesie cathedralis, presentibus ibidem nobilibus ac honorabilibus Anthonio de Fonte, Petro Berteracti, Ludovico de Lestelley, Petro de Orseries, Francisco Cartellerii, Guilliermo Curt, Matheo Carrerii, Jacobo Servelli, Guilliermo Danel, (Guilliermo Curt,) Petro de Leta et Gyrardino de Rippa, testibus, etc.

Idem S. Biolesii, n.

Veneris xiiij novembris. — Baudi, Migerandi; — Orsieres, Danel, Curt, Dadaz, Jo. Fabri, de Rippa, Lestelley, Fonte, Plonjon, Megex, Carrerii, Monte, Rosseti, Navis, Leta; — vicedompnus; — Berteracti; — P. Gay.

<sup>1</sup> Lisez: accensum.

(De Humberto Bernardi.) — Humbertus Bernardi proposuit sicuti invasores sunt in civitate, petit ministrari justiciam, alioquin recurret ad illu. d. duces.

(203) Fuit lecta missiva pridem per illustrissimum dominum duces mandata reverendissimo domino nostro et communitati per n. P. Gay, cum bilieto sine arma, satis rigorosa contra recusantes hospitare gentes suas et ambassiatores.

(De Bordon.) — Venit Jo. Bordon petitus qui dixit quod dum forrerii venerunt ad ejus domum, se obtulit servire celsitudini ducali nec unquam intulisse verba injuriosa.

(De Plonjon et aliis.) — De Plonjon et aliis, scilicet hospite Capitis Nigri et Georgio Lec, qui pluries suos rotulos in manibus auditorum exhibuerunt, fuit conclusum pro bono pacis quod intrentur rotuli et non alii admictantur, et dicatur illis quod in solvendo sunt expectantes et non festini; et teneatur hec conclusio sub secreto; et hec gesta fuerunt ut omnes studeant fraternaliter vivere et in bona quiete, quibuscumque sinistris semotis.

(Caucio.) — Glaudius Baudi iterum promiserit solvere firmam et cavet per Nycodum de Villario, cum renunciacionibus etc. et juris dicentis... epistole divi Adriani etc., etc.

(De magno conductu.) — De magno conductu in quo ceteri vicinales vadunt, fiat ille magnus sumptibus civitatis.

(De rescribendo illu. domino episcopo.) — De licteris, rescribatur reverendissimo domino nostro et inde vadant domini sindici (vadant) ad magistrum hospicii ducalis et ad magnificum dominum Balleysonis, apud quos faciant humilles requisiciones de aboliendo furorem ducalem.

(De processionibus occasione partus domine ducisse.) — Fuit eciam conclusum quod illico pervento partu illustrissime domine ducisse, fiant processiones qua hora sit ille et fiat advisamentum apud dominos de capitulo.

(De Benedicto Ginodi.) — De Benedicto Ginodi, fiat cedula appellatoria qua appelletur ad sedem metropolitanam.

(De sindico fiendo.) — De sindicis, presententur Dominico: Fonte et Leta dumtaxat.

Dominico quindecima mensis novembris. — (Consilium generale.) — Baudi, Migerandi; — r. d. Guilliermus de Vegio, r. d. Jacobus de Biollea; — Jo. Fabri, P. Berteracti, Mermetus de Ulmo, Franciscus de Passu, dictus Matollet, Ballon carpentator, Georgius Dentant, P. Fabri, Jacobus Clerici, Jo. Chappuisii, Rananus Cohentet, P. Violacti, Roletus Bonoz, Michael Dorsini, Mermetus de Comba, P. La Magnigaz, Glaudius Chenevalis, Jo. Frochet, Amedeus de Becio, Michael Nergua, Ludovicus de Lestelley, Glaudius Fontane, Georgius Navillii, Franciscus Retallion, Ste. Macheret, Henricus Bollet, Bally, Amedeus Paquellet, Theobaldus Monachi, Jo. Coussterii, P. Villiet, Ste. Echaquet, Jo. de Pileo Rubeo, Jo. de Palude, Perrinus

Villiet, Amedeus Tornerii, Jo. Lec, Girardinus de Rippa, Anthonius Rosseti, P. Navis, Glaudius Lamberti, Roletus Galliardi, Glaudius Bovis, Jacobus Suchet, Stephanus Lamberti, Petrus Choppini, Jacobus Vulliodi, P. Jugeti, Ja. Reverchonis, Ste. Chenuti, Jo. Copponay, Ny. Fabri, Hugoninus Mallieti, (P. Villiet,) Jacobus de Cresto, Hugoninus Pilliodi, Glaudius Levracti, Ludovicus de Sales, Nycodus Martini, Ludovicus Prelaz, P. Poterelli, Ja. Magniglerii, Jo. Blanchardi, Jo. Reynaudi, F. de Fosses, Jo. de Metis, Glaudius Bastardi, Nycodus Chenellat, Ludovicus Luppi, G. Tappunerii, Chavanelli patisserius, Ja. Mugnerii, Jo. de Fontana, Michael Chappallaz, G. Boulardi, Dy. Dadaz, Plonjon, Cartellier.

Fuit creatus syndicus ob mortem Vandelli e. Anthonius de Fonte.

Exposuit nobilis Johannes Baudi, consyndicus, sicuti ex precepto facto per illustrem et reverendissimum dominum nostrum episcopum et principem Gebenn. fuerunt pluries moniti ut populares dulcibus verbis exortarentur de obsequendo et obsequia possibilia prebendo in recipiendo ducales servitores et illos, murmure semoto, recipiendo et dulcibus verbis cum illis utendo, et contraditores pugnando et carceribus mancipando; unde requisit voce alta emissa (204) ut omnes circa hec studeant bene vivere cum talibus et illos hospitatos et hospitando[s] benigniter recipiendo, narrando eisdem periculum quod eminent et fere accidit occasione nonnullorum verborum per aliquos prolatorum, de quibus illustrissimus dominus dux in maximam cecidit indignacionem, de qua per sua scripta nostrum animadversus principem.

2<sup>o</sup> Exposuit quemadmodum illustrissima d. ducissa sua benignitate ad hanc accessit civitatem pregnans ut hac in civitate, dante Domino, puerum quem gestat parturiat, nobis et civitati tantum honorem quem nullis suis patriotis prebere voluit prebendo, de quo tota civitas in dies poterit honorem et utilitatem non modicos suscipere. Et ea de causa cunctos (e)rogavit ut quacumque hora intellexerint campane et tube sonitum, prothinus omnes sint dispositi cum facibus et candelis in processione, que tunc fiet propter illius tam honorrifice duchisse personam et partus preservationem, adesse et preces fondere velint, et suum debitum unusquisque reddere

3<sup>o</sup> Exposuit si aliqui veniant hospitandi, tales quibus per forreros presentantur recipiant, ira et murmure repulsis; et si aliqui sentiant se oneratos, veniant ad dominos syndicos quibus suas legitimas excusaciones exponant, et ipsi domini syndici vultu leto elaborabunt quod nullus ad impossibile cogetur.

Quarto, exposuit sicuti placuit Redemptori nostro ad suam gloriam appellare nobilem Glaudium Vandelli, qui erat ex syndicis superioribus, unde requisit ut unum ex duobus electis in quinquagenario consilio, aut e. Anthonium de Fonte aut egregium P. de Leta, servando antiquas consuetudines, sine aliqua electione fienda de aliquibus syndicis qui in officio fuerunt ab uno vel duobus annis citra, eligere velint.

Quinto, exposuit quemadmodum fuit empta ad opus communitatis hujus civitatis domus domini Camere precio mille scutorum, pro qua et in exonacionem precii fuerunt jam persoluti sex centum scuti, tam de peccuniis per plures particulares communitati concessis quam ex peccuniis pissidis Animarum, cui pissidi Animarum ipsi nobiles syndici nomine communitatis vendiderunt eidem pissidi et procuratori ejusdem septuaginta quinque florenos annuales quos asseptaverunt super tercia parte alarum hujus civitatis pertinente eidem civitati, quam ypothecam ratificari facere promiserunt in consilio generali per ipsam communitatem.

Sexto, exposuit quod pro eisdem quatercentum scutis sunt privatis nominibus obligati ipsi iiii<sup>or</sup> syndici, qui pro tempore erant, et solucio cadit in festo Nativitatis; unde requisit hujusmodi promissionem et asseptum ratificari et approbari, eciam se et alios indempnes servari de eisdem quatercentum scutis et promissionem de servando indempnem fieri.

Septimo, exposuit quod de antiquissima et l[a]ud[abile] consuetudine solita est gectari venda [vini]; unde rogavit ut precio justo gectare velint.

Communitas ipsa ratificavit dictum asseptum et promisit dominos syndicos de particulari obligacione iiii<sup>c</sup> scutorum indempnes servare.

Fuit gectata venta ad sexdecim solidos.

*Martis xvij novembris.* — Fonte, Baudi; — Orsieres, Montion, Fornerat, Curt, de Rippa, Danel, Dadaz, Megex, Lestelley, Nerguaz, Plonjon, Leta, Rosseti, Navis; — vicedompnus.

(*De Humberto Bernardi.*) — Venit Humbertus Bernardi et iterum querelam fecit ut alias et protestatus fuit ut supra. Quo facto, fuit petitus vicedompnus et fuit sibi recommendatum negocium pro justitia ministranda, contra quem dominum syndici protestati fuerunt de non ministrata justitia eciam et ministranda.

(*Caucio.*) — Anthonius Millanesii iterum promictit firmam introgii solvere et cavet per Nycodum Cortagerii qui promisit cum renunciacione juri dicenti principalem etc., et promictet adhuc per alium cavere.

(205) (*Burgensis.*) — Aymo Crepini, filius quondam Johannis Crepini, affanator, de Megeva, nunc parrochie Sancti Gervasii, admictitur in burgensem mediantibus octo ff.

(*Burgensis.*) — Glaudius filius Aymonis de Cresto, de Ruppe, condurarius, nunc parrochie Marie Nove, admictitur similiter mediantibus viij ff.

(*Querela Claret.*) — Querelam emisit dictus Claret quod quidam ex servitoribus domini domini de Alingio, qui sunt in ejus domo hospitati, hodie mane, ex quo ejus servitor apperuit portam illius camere per quam habetur aditus ad latrinas et non per alium locum a quibusdam presbiteris ex servitoribus domini Ruppisfortis [occupatum], exivit ille servitor et, accepta rapperia, acriter vulneravit eundem suum servitorem et se jactavit quod

hac nocte pejus faciet in eum et alios sue familie; unde peccit [et] requisit remedium apponi.

(*De vino.*) — De ponendo taxam in vino pro ducali celsitudini, petatur ad cras consilium quinquagenarium.

(*De porchis.*) — Quia porchi sunt infecti, fiant cride ne apportentur in hac civitate nec scoriati.

(*De leprosa.*) — De asserta leprosa que comparuit, Fonte concordabit eam cum curato, et ad refferendum ad Veneris.

(*De processione.*) — De processione, fiat honorosius ut poterit fieri.

Consilium L. cum pluribus aliis.

*Mercuri xviii novembris.* — Fonte, Baudi; — Orsieres, Dadaz, Montion, Fernex, Curt, Megex, Lestelley, Navis, de Monte, Carrerii, Danel, Plonjon, de Ripa, Cartellier, H. Pollier, Leta, Fornerat, Jo. Fabri, Nergua; — Girardus Bergeyron, Aymo Bovier, Pillisson, Jo. Viougier, Jo. Chappuisii, Amedeus Gervasii, P. Barberii, Aymo de Comba, G. Pactrisii, Christinus Tombeti, Ludovicus Curteti, Ludovicus Gauterii, Humbertus Bernardi, P. Grassier, Lambertus Tissocci, (Amedeus Gervasii,) Jo. Sept, Bernardus Mallieti, Ja. Servelli, Jo. de Pileo Rubeo, Jo. Gallatini, Amedeus Tornerii, Tho. Monachi, Jo. Taccon, Reymondus de Ponte, Aymo Gilliardi, Franciscus de Fosses, Nycodus de Villario, Jo. Testuti, Michael Guilliet, Robertus Fore, Jo. Vudon, P. Perret, Andreas Malliardi, P. Puvelli, Bernardus Beguini, Jo. Ruffi, Bernardus de Bona, P. Benevenuti, Roletus Bonoz, Le Brodiouz, Humbertus Cusini, Franciscus Suchardi, P. Lullini, P. de Leydevant, Amedeus Magnini, P. Rosseti, Jo. Lullini, Le Pellouz, A. Reynaudi, Matellet, Jo. Grangerii, P. Poterel, Ste. Valletaz, Jo. de Pallude, Aymo Vulliermi, Petrus Fabri, P. Vindret, Roletus de Nanto, Ny. Cortagier, P. Olivier, Jo. Bordon, Ny. Mahuet, G. de Castronovo, filius Peroneti Joliti, P. Navillii, Hy. Richardet, Peronetus Joly, Glaudius Savoex, (Jo. Lullini,) Monetis cinturarius, G. Bessonnet, G. sellerius, P. Chatel, Bordon, Amedeus Girardi, A. Millanesii, G. Pictardi, (Amedeus Magnini).

(*De taxa vini.*) — Exposuit n. Anthonius de Fonte sicuti fuerunt ipsi d. sindici ut apponatur taxa in vinis per (206) magnificos magistros hospicii ducales [rogati].

2<sup>o</sup> Exposuit quod domini de cappitulo sunt in bono proposito ut fiat processio sollempnis dum puerperium illu. domine duchisse appropincabit; et sic monet omnes ut quacumque hora audient cimbillum seu tubam, se preparent et vadant devote ad illam pro conservacione fructus ipsius illustrissime domine ducisse.

3<sup>o</sup> Et iterum exposuit omnes ad quos forrerii ibunt se preparent et dulcibus utantur verbis, et sentientes se male tractari veniant ad dominos

sindicos et caveant de proferendo verba rigorosa, alioquin tales male tractabuntur et incarcerabuntur.

(*De [e]odem.*) — De vino de Somont pro statu illustrissimi domini ducis, ex quo nichil solvit de gabella non vendatur illi majori precio sex quartorum pro singulo carterono, nec fiant alique cride.

(*De eodem.*) — De vino albo patrie, non excedatur precium quatuordecim denariorum pro singulo carterono; nulle tamen fiant cride.

De vino rubeo, non excedatur precium x denariorum pro singulo carterono.

(*Nova deputacio visitorum.*) — De commissariis et visitoribus, maneat tres in principio electi, scilicet P. Gervasii, P. Paquet et Amedeus Tornerii.

*Veneris xx novembris.* — Fonte, Migerandi; — Orsieres, Montion, Cartellier, Curt, Fornerat, de Ripa, Megex, Lestelley, Nergua, Plonjon, Navis, Rosseti, Carrerii, Leta; — vicedompnus.

(*Burgensis.*) — Petrus filius quondam Jacobi Moget, perrolerius, de Vyonio in Sallacio, parrochie Sancte Crucis, admittitur in burgensem mediantribus viij ff.

(*Burgensis.*) — Glaudius alius quondam Glaudii de Nanto, parrochie Sancti Cirici, hospes, nunc parrochie Sancti Victoris, admittitur in burgensem mediantribus octo ff.

(*Burgensis.*) — Jacobus filius quondam Glaudii Villareti, burgensis Ruperulle, excofferius, nunc parrochie Sancti Gervasii, admittitur in burgensem mediantribus viij ff.

(*Prohibicio.*) — Prohibetur Glaudio Michallet, excofferio, ne(c) teneat bucticam appertam nisi diebus Sabacti et nundinarum.

(*De Humberto Bernardi.*) — Humbertus Bernardi venit et similem prout supra fecit querimoniam, dicendo nisi capiantur invasores, querimoniam iterum faciet apud illustrissimum dominum ducem, ex quo si querimoniam faceret apud illu. dominum ducem id multum esset [in] jurisdictionis episcopalis enervationem. Fuit petitus vicedompnus cui facte fuerunt remonstraciones et protestaciones quod si non faciat justiciam, ipsi imputetur; qui se obtulit capere invasores et requisit ministrari vigilles, quibus preceptum fuit ut facerent fortem si peterentur, et testimoniales.

(*De Amedeo Girardi.*) — Exposuit nobilis Fonte sicuti heri iverunt ad illustrissimum dominum ducem et associaverunt Amedeum Gerardi, associatis sex aut septem, presertim Orseries, Danel, Nergua, Biolesii et non-[nullis] aliis, apud quem fecit humilles supplicaciones, porrecta supplicacione per prefatum Amedeum Girardi, ut velit ministrare justiciam de illis qui nuper eundem Amedeum in petendo justiciam in bancha juris castellanie Crusillie et presentando licteras dominicales fuit aggressus ipse et ejus servitor per nobilem<sup>1</sup> Mistralis, associatum suis complicitibus,

<sup>1</sup> Le prénom est en blanc.

et inde acriter vulneratus. Cujus suscepit supplicacionem ipse illustrissimus dux et illam precepit portari per alterum suorum cambellanorum sive officiariorum magnifico domino collateralis de Ducibus.

Cui, ante preceptum, fuit dictum per nobilem Gallier quod fecerat apunctuamentum cum eis, cui replicatum [fuit] per dictum Amedeum Girardi illud metu fecerat, quoniam tota nocte fuerat ipse et ejus servitor obses[si] in hospicio per ipsius complices ducentes timpenaetores Alemanie.

(*De communicacione taxe vinorum.*) — 2<sup>o</sup> Exposuit communicasse taxam vinorum magistro hospicii Bagno qui peciit illam scripto.

(207) (*De admodiariis antiquorum vinorum.*) — De antiquis admodiariis introgii vini bossetarum, agant cum thesaurario si volunt.

(*De Chambet.*) — De Chambet, qui querimoniam fecit de quodam qui porchos scoriatos super curru apportavit et vendidit in suburbio Sancti Anthonii; arrestetur.

(*De Roberto Vandelli.*) — De e. Roberto Vandelli et illum admictendo in consulem consilii ordinarii, nichil fiat donec in creacione aliorum sindicorum<sup>1</sup> et novis sindicis creatis.

*Martis xxiiiij novembris.* — Fonte, Baudi, Migerandi; — Montyon, Curt, Fornerat, Megex, Frojon, Nerguaz, Plonjon, Navis, Leta.

(*Burgensis.*) — Roletus filius quondam Johannis Girardi, de Confignon, affanator, parrochie Sancti Germani, efficitur burgensis mediantibus viij ff.

(*Burgensis.*) — Jacobus filius quondam Glaudii Chousardi, de Sancto Mauricio subtus Curnillionem, admictitur in burgensem mediantibus octo ff., minuserius, parrochie Magdalenes.

(*De Humberto Bernardi.*) — De licteris obtentis a r. d. vicario ad instanciam Jo. de Tullia et aliorum suorum complicitum, vadant domini syndici ad reverendum dominum vicarium et faciant ei remonstraciones quod jamque decrevit licteras et interim contra ipsum impediens justiciam; requirant illum ut revoce(n)t illas, alias recurrent ad illu. et reverendissimum nostrum episcopum et enarrabunt querimonias multociens factas per Humbertum Bernardi.

*Veneris xxvij novembris.* — Ramel, Fonte, Baudi, Migerandi; — Orseries Montion, Cartellier, de Rippa, Curt, Nergua, Navis, Megex, Frojon, Lestelley, Plonjon, Leta.

(*De magistro scholarum.*) — Querelam fecit rector scholarum hujus civitatis qua exposuit esse in sua scola nonnullos discolos et eciam nonnullos alios discolos non scolares, aliorum scholarum perturbatores, per quos ipsi extitit maxima injuria illata; qui inde ad verbera in nonnullos scolares processerunt nocte novissime preterita, defferendo raperias et alios gladios offensibiles.

<sup>1</sup> Lisez: consulum.

Unde supplicavit super premissis remedium apponi et taliter ipsos castigari quod ceteris talia vel similia patrare non verentibus terribus cedat in exemplum, et scolares in sua quiete et sub obediencia remanea[n]t, et tales sussurrones et perturbatores a suo malo retrahantur proposito. Fuit conclusum quod domini syndici vadant post prandium ad scolam et fortem faciant ipsum rectorem scholarum sic quod tales perturbatores et inobedientes disciplinentur.

(*De Guyocto, carpentatore.*) — De Guyocto, carpentatore, et suis servitoribus, solvantur tam ipsi quam ejus servitoribus pro singulo die, cuilibet ipsorum pro eorum jornatis, tres solidi.

(*De Martellet.*) — De Martellet, dentur in complemento sui tachii viij ff. et quatuor grossi, et fiat illi mandatum sic quod amplius non revertatur.

(*De de Fonte.*) — De rotulo Fonte, solvatur eidem.

(208) *Eadem die Veneris xxvij, vesperorum.* — Ramel, Baudi, Migerandi; — Orseries, Montyon, Danel, Bovier, Curt, Dadaz, Jo. Fabri, de Rippa, H. Fabri, Berterat, Megex, Nergua, Plonjon, Navis, Leta, Rosseti, de Monte.

(*De domino procuratore fiscali.*) — Proposuit dominus Bachodi, procurator fiscalis, sicuti r. d. Johannes Gaugiatoris, canonicus Gebenn. et curatus de Neydens, ab humanis decessit<sup>1</sup> nullo per eum condito testamento, qua ratione bona devenerunt ad illu. et reverendissimum dominum nostrum episcopum Gebenn. et eidem de jure pertinent, unde requisit ipsos dominos syndicos ut ipsum fortem facerent. Fuit conclusum quod domini syndici irent ad reverendum dominum vicarium et premissa ei narrarent, et facerent que preciperet ipse dominus vicarius. Qui domini syndici iverunt ad ipsum r. d. vicarium et ad consilium episcopale ad id congregatum et nararunt proposita per dominum procuratorem, quibus fuit per ipsum dominum vicarium dictum quod pro nunc nichil ab eis petebat nec preciebat. Qui domini syndici [dixerunt] se parere velle mandatis ipsius reverendissimi domini episcopi et ipsius domini vicarii, hic pro eo ejus vicesgerentis.

*Dominico penultima novembris, de mane,* in claustro ecclesie cathedralis. — Ramel, Fonte, Baudi; — Cartellier, B. Hugonis, Dadaz, Plonjon, H. Fabri, Orseries, Leta, Jo. Fabri, Nergua, Frojon, Danel, Bovier, Lestelley, Leta, Monte; — Ludovicus Curteti, Michael Guilliet, F. Testuti, Jo. de Pileo Rubeo.

(*De negocio r. d. Gaugiatoris.*) — Exposuit nobilis Johannes Ludovicus Ramelli sicuti ipsi antea fuerunt ad illu. et reverendissimum dominum nostrum episcopum, qui fecerunt reverenciam, qui eos regraciatu fuit de oblacionibus per eos pridem factis circa negocium domini Gaugiatoris. Qui reverendissimus iterum ipsis precepit ut irent ipsi domini syndici cum procuratore fiscali ad intrandum domum ipsius quondam domini Gougia-

<sup>1</sup> Voir ci-dessus, t. VIII, p. 239 n.

toris, et si nollent in ea existentes facere aperturam, dictum ejus procuratorem fortem facerent. Fuit conclusum quod domini syndici petant mandatum scripto aut verbale cum testimoniali et inde ipsum procuratorem fiscalem, obediendo mandatis nostri principis, fortem facerent.

*Eadem die Dominico, post meridiem.* — Ramel, de Fonte, Baudi; — H. Fabri, Danel, Curt, Dadaz, Montion, Cartellier, Bovier, Fernex, de Rippa, Fornerat, Megex, Frojon, Nerguaz, Plonjon, Navis, Leta, de Monte, Carrerii.

(209) (*De fortem faciendo procuratorem fiscalem.*) — Iterum exposuit n. Johannes Ludovicus Ramelli, consindicus, sicuti suscepto per eum et no. Johannem Baudi, consindicum, prandio in domo reverendi domini prothonotarii de Montroctier, reperierunt ante domum quondam r. domini Johannis Gaugiatoris venerabilem dominum procuratorem fiscalem curie spiritualis Gebenn., qui illico eis mandatum fecit ut, juxta promissa et oblata per eos illu. et reverendissimo domino nostro episcopo et principi Gebenn., ipsum procuratorem fortem facerent, sic quod eandem domum dicti quondam domini Johannis Gaugiatoris intrare posset et inde inventarium facere de bonis que fuerunt dicti quondam domini Johannis Gaugiatoris, que infra eandem domum consistebant. Cui responderunt se ita velle facere et quod ipse dominus procurator suam facere(n)t diligenciam de intrando eandem domum. Qui procurator sic fecit percuciendo in porta ejusdem domus. Quo tunc venit ad fenestram r. d. Ludovicus Salterii, canonicus, cui injunctionem penalem fecit, primo de centum scutis et inde de mille scutis, ut sibi aperturam faceret. Qui dominus Salterii [respondit] quod ei non apperiret quoniam non subiciebatur prefato reverendissimo domino nostro episcopo, dixitque ipse dominus Salterii ipsis sindicis quod bene adviderent de non faciendo violenciam et caverent de faciendo opus facti. Et hiis gestis venerunt ibidem et inde mandaverunt secretarium Biolesii ad dictum dominum procuratorem, et illi diceret quod faceret tantum quod haberent mandatum penale a prefato reverendissimo domino nostro scripto de ipsum procuratorem fortem faciendo, et interim mandarent querere designarios ut inde peterent magis apparentes de suis desineriis et venirent cum suis gladiis ad ipsos fortes faciendo<sup>1</sup>. Qui procurator eidem Biolesii dixit, prout retulit idem Biolesii, quod ita faceret. — (*Conclusio.*) — Super quibus fuit conclusum ut, habito mandato ab illu. et reverendissimo domino nostro, scripto vel verbali cum lictera testimoniali, eundem procuratorem fiscalem pro intrando eandem domum fortem facerent et dicant existentibus in eadem domo si non apperirent, quod vi apperiretur, et sic evictarent principis et populi furorem.

Prefatis nobilibus sindicis cum supra nominatis eorum consulibus existentibus in eadem Domo communi et sedentibus consultando, venerunt

<sup>1</sup> *Lisez: faciendum.*

r. dominus Aymo de Gingino, abbas Bonimontis, et dictus prothonotarius Montistrocterii, associati nobilibus et potentibus domino Montistrocterii et domino de Borbonges, fratribus, qui narrarunt, organo prefati domini abbatis, sicuti hodie, pretextu negocii et difference supra enarrate, accesserunt ad prefatum reverendissimum dominum episcopum, cui fecerunt remonstraciones quod nullam cognicionem habebat in aliquem canonicum defunctum nec ad eum bona pertinebant sed cognicio pertinebat ad ipsum venerabile capitulum Gebenn. et non ad alium. Fuit contentus prefatus illu. et reverendissimus dominus episcopus ut nichil novi fieret; et tamen intellexerunt prefatum reverendissimum dominum episcopum esse alterius voluntatis et per vim velle ut suus procurator fiscalis intret ipsam domum, et ipsos dominos syndicos velle prefatum illu. reverendissimum dominum episcopum et ejus procuratorem in hoc fortem facere, quod rationi dissonum reperiretur; dixitque ipse r. dominus Aymo quod venerabile capitulum prefatum fuit ex antiquo bene unitum cum civitate, et sic rogabat ipsos d. syndicos prefatum venerabile capitulum ut vis et violenciam eis non fiat et ipsi domini syndici remonstraciones oportunas [faciant] apud prelibatum reverendissimum dominum nostrum episcopum ut tales violencie non fierent. Et parte capituli requirant ipsum reverendissimum dominum episcopum ut accipiat unum vel duos doctores neutros, et totidem acciperet capitulum; et si nollet accipere doctores, acciperet duos nobiles brevis vestis neutros et ipsum capitulum totidem acciperet; et quid inde esset pronunciatum ipsum cappitulum pronunciacioni acquiesceret. Et si nollet premissis acquiescere, interponent appellacionem de violenciis que fient, et inde ad eorum recurrent amicos et dabit ipsum capitulum operam de manutenendo jus suum, quia prefatus illu. et reverendissimus dominus episcopus nullam habet jurisdictionem in personas neque bona canonicorum hujus ecclesie cathedralis. Et ulterius dixit ipse dominus abbas Bonimontis quod mortuo r. domino Ludovico de Arlo ab intestato, canonico Gebenn., quamvis esset curatus, quondam recolende memorie illu. d. Jo. de Sabaudia, episcopus et princeps Gebenn., non habuit ejus bona, sed ex quo nonnulli ejus officarii sive servitores circa horam primam post mediam noctem [defuncti bona occupaverunt], illud opus facti reparavit prefatus illu. d. Jo. de Sabaudia et ejus officarii, factis debitis remonstracionibus ipsi domino episcopo parte ipsius venerabilis capituli. Et pariter exposuit quod mortuo r. domino Glaudio de Lornay, dictum capitulum inventarizavit bona ejusdem domini Glaudii; et sic rogavit dominos syndicos ut nullo modo in hoc negocio faciant violenciam nec in illa assistant. Super quibus fuit responsum quod consilium adverteret super premissis expositis et facerent ipsi domini syndici quod esset conclusum.

Rursus, post quorum supra recessum, dictis dominis sindicis et consulibus sedentibus, venit procurator fiscalis cum licteris mandati et requisit ut eum fortem facerent; et de hujusmodi requisicione requisit sibi dari testi-

monialem per e. Nycodum de Prato, secretarium vicedompnatus, et inde recessit. — (*Conclusio.*) — Fuit conclusum quod domini syndici cum consilio ordinario [vadant] apud quos supra et requirant quod velit capitulum eligere duos doctores et similiter dominus noster episcopus similiter eligat, et furor evictitur; et si velint consentire, ibunt ad prefatum reverendissimum dominum nostrum episcopum.

(210) (*Lictera testimonialis.*) — *Lune ultima novembris*, existentibus inter terciam et quartam horam post meridiem, in domo reverendi domini abbatis Bonimontis in camera prope aulam, prefato r. domino Aymone de Gingino, reverendis dominis Jacobo de Byolea, Ludovico Salterii, Johanne Ronserii et domino Lustriaci, canonicis Gebenn., necnon nobilibus Johanne Ludovico Ramelli, Anthonio de Fonte et Johanne Baudi, consindicis hujus civitatis, prefati domini syndici, organo prefati n. Anthonii de Fonte, humiliter supplicationes fuderunt — pro acceleracione differencie existentis inter illustrem et reverendissimum dominum nostrum episcopum Gebenn., ex una, et venerabile capitulum Gebenn., occasione bonorum quondam r. domini Johannis Gaugiatoris, que bona prefatus reverendissimus episcopus asserit sibi spectare ex quo erat curatus et ab intestato decessit — ut ipsi domini canonici sive capitulum sint contenti, ad evictandum scandalla et furorem populi, quod infra eandem domum intret unus vel duo neutri qui teneant possessionem ad opus cujus intererit, et de bonis fiat inventarium auctoritate ipsius reverendissimi domini episcopi per ejus officarios, que inde bona custodiantur per duos neutros citra parcium prejudicium. Qui domini canonici responderunt quod illico eorum capitulum facerent congregare et inde darent responsum, sed pro nunc noluerunt aliud responsum dare. De quibus prefati syndici, organo quo supra, pecierunt sibi dari testimonialiam licteram, quam concessi. Actum in eadem camera, presentibus ibidem nobili Petro de Orseriis, honorabilibus Michaelae Nergua, Guillermo Danelli et Hugonino Fabri.

Tandem prefati domini illo passu iverunt ad ecclesiam cathedralem et in loco solito eorum congregarunt capitulum, in quo steterunt spacio duarum horarum vel circa, quo interim ibidem affluit populus pro associando nobiles syndicos et eciam ex officariis prefati illu. et reverendissimi domini episcopi, qui festinabant ipsos syndicos de adimplendo mandatum sibi factum de fortem faciendo dictum ejus procuratorem. Quiquidem domini syndici iverunt ad ipsum capitulum et, dum fuerunt infra ipsum capitulum, domini syndici narrarunt quomodo festinabantur per prelibatum reverendissimum dominum episcopum de adimplendo ejus preceptum. Quo quidem capitulum graciose respondit per hec verba seu in effectu similia: « domini syndici, bene scimus vos esse festinatos de fortem faciendo procuratorem domini episcopi, » et sciebat quod de illud exequendo dilataverunt nec propterea capitulum eis malum volebat. Dixitque ulterius: « postquam estis festinati exequi mandatum domini episcopi, obediatis ei et faciatis quid

volueritis et quid bonum visum fuerit. » De quibus premissis ipsi domini syndici a me notario pecierunt instrumentum et licteram testimonialiam. Presentibus in eodem capitulo honorabili Hugonino Fabri, Guillermo Danelli et Michaelae Nerguaz, testibus etc.

*Martis prima decembris.* — Ramel, Fonte, Baudi; — Orsieres, Montyon, Danel, Dadaz, Jo. Fabri, Curt, Cartellier, Frojon, Navis, Carrerii, Nergua, Plonjon, Leta, Megex.

(*Exhibicio licterarum ab illu. d. nostro episcopo emanatarum.*) — N. Anthonius de Fonte, consindicus, exhibuit licteras ab illu. et reverendissimo domino nostro episcopo et principe emanatas, quarum vigore astiterunt domino procuratori fiscali pro intrando domum quondam r. d. Jo. Gaugiatoris.

(*Burgensis.*) — Johannes Barba, de Sancto Sirico, laborator, parrochie Sancti Germani, admittitur in burgensem mediantibus viij ff.

(*De domino Bellicii.*) — De vino reverendissimi domini episcopi Bellicii vendito et nunc intrato, dicat Carrerii domino Bellicii quod vendidit vinum suum de quo debet gabellam; tamen si petat illam sibi dari per dominos syndicos, illam libenter dabunt.

(*De Reymondo, charrotono.*) — De Reymondo, charrotono, occasione assignacionis sibi facte per castellanum Galliardi, occasione certorum lapidum, loquatur ipsi castellano n. consindicus Fonte.

(211) *Mercuri secunda decembris.* — Ramel, Fonte; — Orsieres, Montyon, Danel, Curt, de Rippa, Megex, Lestelley, Leta, Navis, Monte.

(*De nativitate novi principis ducalis celsitudinis.*) — Loquentibus nobilibus syndicis de puerperio illustrissime domine duchisse Sabaudie, ibidem venit unus ex ducalibus officariis qui nunciavit prelibatam illustrissimam duchissam novum principem, adjutorio Dei primo, peperisse et quem peperit circa horam meridiei in conventu Fratrum Predicatorum; et intellectis talibus novis, rutilantissimis et jocosis, illico fuerunt facte cride quod omnes priores confratriarum essent presto et venirent cum suis cireis et eciam omnes afferent faces, que portarentur incessanter per totam civitatem, in qua processione illu. et reverendissimus dominus noster episcopus et princeps astitit inductus vestibus sacerdotalibus, et pariter domini canonici cum toto clero. Indequae facti fuerunt foci gaudii in locis assuetis et debendata artillieria in porta Baudet; et fuerunt precepte ferie per tres dies, et pariter duobus diebus, ultra illam processionem, facte fuerunt processiones prenimia leticia et noctibus tribus cum sodalibus cum magno ejulatu per circuitum civitatis cum tribus bendis; et eciam in illa processione interfuerunt pueri et filie virgines, inducti camisiis et frochiis albis<sup>1</sup>.

*Veneris iii<sup>ta</sup> decembris.* — Ramelli, Fonte, Migerandi; — Orsieres, Danel, Curt, de Rippa, Leta, Cartellier, Navis, Megex, Frojon, Lestelley, Carrerii.

<sup>1</sup> Voir Bonivard, *Chroniques de Genève*, t. II, p. 216. — Louis de Savoie, prince de Piémont, décédé à Madrid le 25 décembre 1536.

(*Pulveres.*) — Mandantur fieri pulveres pro artillieria.

(*De folliis.*) — Visitentur nemora Fusterie et presertim follie existentes super lobiis.

(*Mandatum.*) — Fiat mandatum patisserio qui concessit communitati decem scutos dum empta fuit domus domini Camere.

(*De Paqueti.*) — De Oddeto Paqueti, vadant d. sindici ad illu. dominum episcopum et eum requirant quod nostre observentur franchisesie.

(*De Maulo.*) — De Mauloz, capiatur ad solvendum.

(*Caucio.*) — Anthonius Millanesii et Nycodus Cortagerii iterum promiserunt solvere introgium vini et caverunt iterum per Stephanum Valletaz et Anthonium Rilliet, qui promiserunt in majori forma cum renunciacionibus juri dicenti principalem prius etc., epistole etc.

*Martis viij decembris.* — Ramel, Fonte, Migerandi; — Orsieres, Danel, de Rippa, Megex, Frojon, Leta, Carrerii, de Monte, Plonjon.

(*Burgensis.*) — Petrus Guygat, de Muracto, faber, parrochie nunc Sancti Gervasii, fuit admissus in burgensem mediantibus octo florenis.

(*De ruffiana.*) — Exposuit nobilis Jo. Migerandi, consindicus, sicuti hodie venit ad eum in ejus domo, lacrimis compuncta, quedam parva juvenis que querelam emisit et lamentacionem, dixitque quod quedam mulier ruffiana vocata Jaquema Chenevaye (et) dedit sibi juveni intelligere quod erat (erat) in ejus domo quidam ex Chamberiaco de ejus (212) parentela qui eam petebat ac eam alloqui volebat. Que juvenis, putans sic esse, bona fide ivit ad domum ejusdem Jaqueme, qua existente in ea, supervenit quidam nobilis ex curialibus qui eandem defloravit; unde requisit (fiat) de ea justiciam ministrari. — (*Conclusio.*) — Fuit conclusum ut sumantur secrete informaciones per secretarium et Danelli, et inde refferant et fiat justicia.

(*De n. Fonte.*) — De n. Fonte, remictitur auditoribus computorum negocium suum et contorollatori, et satisfiat ipsi eorum discretioni.

(*De Jo. Fuserii.*) — De Johanne Fuserii, qui exposuit sicuti existente in hac civitate acie cum illustrissimo domino duce, absentibus ejus patre et eo a civitate, fuerunt extracta duo dolea vini de Soumont continencia pro singulo duodecim sextarios et illa translata ad domum novum Montistrocterii; dixitque quod, eo tempore dum fuerunt facte cride, pater ejus erat in grabato ex infirmitate ex qua decessit et ipse absens a civitate; requisit se annotari in libro. Fuit conclusum ut annotentur illa duo dolea super libro civitatis et de illis ipsi satisfiat<sup>1</sup>.

*Veneris undecima decembris.* — Ramel, Fonte, Baudi, Migerandi; — Orseries, Montion, Cartellier, Curt, de Rippa, Megex, Lestelley, Plonjon, Navis, Leta, Carrerii.

<sup>1</sup> Pour 24 setiers à 16 gros, J. Fusier est crédité de 32 ff. (*Bourgeoisie A*, n° 2, fol. 49 v°).

Venit egregius Robertus Pelardi, thesaurarius r. domini Bellicii, missus per eundem dominum Bellicii adeo quod per communitatem ab eo petitur gabella cujusdam vini venditi pridem per F. Cartellierii, et ex quo est cancellarius ordinarius ducalis, peccit se eximi et se obtulit paratum quascunque possibles fami[liari]tates eidem civitati pro posse porrigere.

(*Burgensis.*) — Johannes filius quondam Glaudii Fabri, parrochie Magdalenes, carpentator, admictitur in burgensem mediantibus octo ff.

(*Burgensis.*) — Petrus filius quondam Stephani Musard, de Burdignino in Comba Boecii, excofferius, admictitur in burgensem mediantibus octo ff., et nunc parrochianus Magdalenes.

Fuit lecta lictera missiva per egregium Boulet missa.

Fiat mandatum Fonte. — (*Habet.*)

De Claret et relicta Blanca, vadant domini sindici ad dominum vicarium et faciant ei remonstraciones, occasione composicionum factarum de ponderibus levatis, et eis inhibeat.

Item fiant ei remonstraciones occasione composicionum ultra tenorem franchisesiarum factarum.

De forrerieo Curt, assumat secum quem voluerit.

De salladis pertinentibus Johanni de Poste, vadat ad Danelli et ei satisfiat ut noverit de illis.

De vino domini Bellicii, nichil exigatur de gabella, et Cartellier vadat ad dominum Bellicii et dicat quod d. communitatis dant eidem dictam gabellam bono corde.

(*De jurisdictione.*) — De petendo jurisdictionem, domini sindici vadant [ad] reverendissimum episcopum et eum requirant ut vada(n)t ad illu. dominum ducem, ut impedimenta ecclesiastice curie apposita tolla(n)t, et quod capitanea requirat d. duchissam de sic faciendo; sit associata xx<sup>li</sup> bene apparentibus.

*Recepit Carrerii.*

(213) *Martis quindecima decembris, [in] Insula.* — Ramel, Fonte, Baudi, Migerandi; — Megex, Frojon, Carrerii, de Rippa, de Monte, Curt, Lestelley, Plonjon, Jo. Fabri, Fornerat, Navis, Rosseti; — vicedompnus, secretarius vicedompnatus, commentariensis Insule, Trenchent.

Fuit loquutum de detento sed nichil aliud conclusum.

*Recepit Monte.*

*Mercuri xvj decembris.* — Fonte, Balli, Migerandi; — Orseries, Curt, Jo. Fabri, Megex, Lestelley, Plonjon, Leta, Monte.

De detento in carceribus Insule, fuit conclusum repetatur hodie et repeticione facta, die crastina afferatur processus domino advocato civitatis; et viso per eundem, eadem die crastina teneatur consilium super hoc, ubi fiet conclusio.

*Veneris xviii decembris.* — Ramel, Baudi, Fonte, Migerandi; — Megex, Frojonis, Lestelley, Plonjon, Navis, de Ripa, Leta, Curt, de Monte, Danel, Jo. Fabri, Orseries, Cartellier, Carrerii.

De detento, fustigetur et amputetur una auricula et bampniatur perpetue<sup>1</sup>.

Domini sindici vadant ad dominum Sancti Sorlini et vadant cum eo ad illu. d. ducem.

De Brochuti, sumantur informaciones; capiatur.

De Couva et Servelli.

*(Burgensis.)* — Glaudius Viandaz, ollerius, de Musyn, parrochie de Magnyouz prope Bellicium, nunc parrochie Sancti Gervasii, admittitur in burgensem mediantibus octo ff.

*Recepit Carrerii.*

(214) *Eadem die Veneris, post prandium.* — Ramel, Fonte, Baudi, Migerandi; — Orseries, Montion, B. Hugonis, Danel, Curt, Jo. Fabri, de Ripa, H. Fabri, Formerat, Bovier, Frojon, Plonjon, Lestelley, H. Pollier, Jo. Philippi, Carrerii, de Monte, P. de Fernex; — Michael Sept.

Fuit expositum per nobiles syndicos organo Fonte, consindici, sicuti de precepto consilii hodie tenuti se transtulerunt ad illustrissimum dominum ducem pro ipsum illustrissimum ducem alloquendo et intelligendo et sciendo et intelligendo ab eodem quales essent rebelles de quibus conquerebat forrierius ducalis.

2<sup>o</sup> Exposuit sicuti ipsi domini sindici alloquuti fuerunt eundem dominum ducem et eum rogaverunt ut ipsis diceret qui sunt et essent illi. Qui noluit dicere, dicendo ipsis quod bene debebant scire tales et quod illos non diceret, nichillominus rebellio fuerat facta per nonnullos, presentibus nonnullis sindicis; dicendo ipsis quod si tales rebelliones fiant, faceret hanc civitatem Gebenn. minorem quam sit minimum villagium sue patrie. Unde videatur quid sit fiendum. Fuit conclusum quod prefati domini sindici accedant ad dictum dominum Sancti Sorlini, cui exponant hujusmodi negocium et, si sibi videbitur, congregaret consilium episcopale ubi exponantur relata per prefatum illu. d. ducem, postmodum fiat juxta conclusionem fiendam in consilio et determinationem ejusdem consilii.

*Recepit Monte.*

*Martis xxij decembris.* — Ramel, Fonte, Baudi, Migerandi; — Orseries, Montion, Curt, Bovier, de Ripa, Jo. Fabri, Megex, Plonjon, Navis, Leta, Carrerii, Lestelley.

*(Burgensis.)* — Franciscus Gollieti, filius quondam Peronodi Gollieti,

<sup>1</sup> Jacques Conassi, condamné le 19 décembre pour larcins à être battu de verges dans les carrefours jusqu'à effusion de sang et à avoir l'oreille droite coupée à Champel et attachée au gibet à titre d'exemple (*Procès criminels*, 1<sup>re</sup> série, n<sup>o</sup> 218).

affanator, de Parvo Bornando, nunc parrochie Sancti Victoris, admittitur in burgensem mediantibus octo florenis.

*(Admissio ad suffertam.)* — Glaudius Michallet, excofferius, admittitur ad suffertam sex solidorum annualium in quolibet festo Sancti Michaelis solvendorum donec fuerit ad suffertam.

*(Designerius.)* — Petrus Puvelli admittitur in desinerium Burgiforis.

*(De chappellerio.)* — Exposuit no. Jo. Ludovicus Ramelli, consindicus, sicuti, insequendo conclusionem consilii ordinarii, iverunt ad dominum Sancti Sorlini cui enarrarunt onus eis datum, de quo fuit letus. Tandem occasione chappellerii detenti in domo episcopali, adiverunt personam procuratoris fiscalis, quem rogarunt ut illum relaxaret. Qui dixit quod detinebatur idem chappellerius pro casu gravi pro quo non debebat relaxari et quod se reperirent in domo episcopali et ibidem audirent que erant occurrencia. Qui nobiles sindici, auditis premissis, iverunt ad ipsum consilium episcopale et secum duxerunt n. P. de Orseries et nobilem Ludovicum Montion.

*(De Jo. Fabri et hospite Ursi.)* — In quoquidem consilio fuit loquutum de Johanne Fabri et hospite Ursi, et fuit conclusum in ipso consilio quod sumerentur informaciones.

Secundo fuit per ipsum nobilem Jo. Ludovicum (215) Ramelli [expositum] quod hodie Peninus, servitor quondam n. P. Cornaz, sibi dixit sicuti unus ex religiosis conventus Sancti Francisci sibi dixit quod illu. dominus dux fecit preparacionem de sex millibus sociis patrie Foucigniaci, quos venire faciet in baptisate novi principis, ipsius domini ducis filii, et quod dubitabat ne huic civitati scandallum veniat. Super quibus fuit conclusum ut sollicitetur haberi informaciones occasione ipsius hospitis et Fabri, et illi sollicitentur et inde videantur; et quoad alia exposita per Peninum relata, sciant domini sindici, presertim Fonte vel Ramelli, a Penino qualis ipse religiosus, quem religiosum exortentur scire radicem negocii.

*Jovis xxiiii decembris,* loco Veneris propter Nativitatem Domini. — Ramel, Fonte, Baudi, Migerandi; — Orseries, Curt, de Ripa, Bovier, Navis, Plonjon, Leta.

*(De Jo. Fabri.)* — Retulit no. Jo. Balli sicuti heri quidam nobilis ex servitoribus illustrissimi domini ducis sibi dixit quod illustrissimus dominus dux sibi mandabat ut non caperetur Jo. Fabri nec quicquam ei fieret in persona vel bonis.

*(Processio.)* — Petatur ad Sabacti processio et dicatur desineriis quod seriatim faciant preceptum ut omnes in illa intersint sub pena trium solidorum.

*(Burgensis.)* — Andreas Ferbi, minuserius, filius quondam Peronodi Ferbi, de Champles in Francho Comitatu, parrochie Magdalenes, admittitur in burgensem mediantibus octo florenis.

*Martis xxix decembris.* — Ramel, Fonte, Baudi, Migerandi; — Orsieres, Curt, de Rippa, Fornerat, Frojon, Navis, Leta, Rosseti, Carrerii, Lestelley.

De hospite Ursi, relinquatur sollicitantibus ejus parentibus.

De Amblardo Monetier, queratur ab eo quis sibi dixit ill[or]um de consilio hujus Domus, quod fuerat conclusum ut caperentur Servelli et Couvaz.

De illis de Foucigniac, advertantur desinerii quod sunt<sup>1</sup> parati die Epiphanie sive Mercuri et quod omnes in pace et tranquillitate maneant, semotis quibuscumque jurgiis.

(*Burgensis.*) — Junerius Rosseti, de Avusier, parrochie Chanciaci, nunc parrochie Sancti Germani, admittitur in burgensem mediantibus viij ff.

(*Burgensis.*) — Nycodus Ferrier, filius quondam Jacobi Ferrier, de Myouciaco, nunc parrochie Magdalenes, affanator, admittitur in burgensem mediantibus viij ff.

(*Burgensis.*) — Bartholomeus filius quondam Jo. Ravaclerii, parrochie Viriaci, laborator, nunc parrochie Sancti Leodegarii, admittitur in burgensem mediantibus viij ff.

(*Burgensis.*) — Johannes filius quondam Jo. Guilliermeti, de Troynex, nunc parrochie Magdalenes, nunc servitor stabuli hospitis Nygri, admittitur in burgensem mediantibus viij ff.

(216) (*Prohibicio.*) — Fuit prohibitum Guilliermo, barbitonsori, servitori Francisci Suchardi, ne vendat vinum sub pena perdicionis denariate.

Prefatus n. Jo. Ludovicus Ramelli exposuit quod illustrissimus dominus dux protulit verba quod si ipsi d. sindici non faciant justiciam de hospite Ursi<sup>2</sup>, quod de eis illam faceret. Idem aliunde dixit se intellexisse prefatum illustrissimum dominum ducem velle relaxare dictum hospitem, dummodo faciat ei gratiam, eciam mediantibus peccuniis seu scutis qui sibi in una bursa tradantur.

*Jovis ultima decembris*, loco Veneris propter festum Circuncisionis Domini nostri. — Ramelli, Fonte, Migerandi; — Megex, Bovier, Navis, Leta.

(*Burgensis.*) — Franciscus filius quondam Reymondi Jusse, de Artas, chappellerius, parrochie Sancti Gervasii, admissus pro octo ff.

(*Burgensis.*) — Johannes filius quondam Jacobi de Cellerio, junior, de Visina, parrochie de Vendovres, lathomus, nunc parrochie Magdalenes, fuit admissus in burgensem mediantibus octo florenis.

(*Burgensis.*) — Johannes filius quondam Johannis Humberti, alias Roz, parrochie Escallonis, condurerius, parrochie Sancti Gervasii Gebenn., admissus ut supra.

(*Burgensis.*) — Franciscus filius quondam Thome Roberti, carpentator, de Seno prope Annessiacum, parrochie Sancte Crucis, admissus ut supra.

<sup>1</sup> Lisez: sint.

<sup>2</sup> Jean Lullin. Sur cet incident, voir Bonivard, *Chroniques*, t. II, p. 215. — L'hôtellerie de l'Ours se trouvait à la Corraterie (H. Richardet, notaire, vol. I, fol. 61).

(*Burgensis.*) — Glaudius filius quondam Petri Rosseti, de Annessiac, sellerius, nunc parrochie Marie Nove, admissus ut supra.

Nulla alia materia occurrit pro hac die, hoc salvo fuerunt donati duo ff Francisco Jusse pro gratis serviciis, cui fiat mandatum. — (*Habet.*)

ANNI MUTACIO, SCILICET M<sup>o</sup> V<sup>c</sup> XXIII<sup>1</sup>.

*Dominico tercia januarii.* — (*Consilium L<sup>m</sup>.*) — Ramel, Fonte, Baudi, Migerandi; — Montion, H. Fabri, Cartellier, Bovier, Curt, Jo. Fabri, Fornerat, Frojon, Megex, Plonjon, Navis, Leta, Monte, Berterat, Carrerii; — Thomas Monachi, Jo. Lullini, ejus frater, P. Villiet, P. Vindret, Matheus Canard, Aymo Julliard, Jo. Gringallet, A. Reynaudi, Glaudius Agrex, Mermetus de Ulmo, Franciscus Testuti, Jo. Boysson, Ste. Peccollat, Geor. Pattry, Jo. Banderie, P. Grassier, P. Fabri, F. de Fosses, P. Regis, Michael de La Doey, G. Pitardi, (Jo. Lullini,) Ja. de Cresto, G. Chabodi, Roletus Bonoz, Aymo Medici, Ny. Alliodi, Guilliermus de Comba, Anthonius Ferrati, Ja. Servelli, P. Poterelli, Robertus Fore, Jo. Garini, Ste. Macheret.

Exposuit no. Jo. Ludovicus Ramelli, consindicus, sicuti debentur per communitatem quatercentum scuti auri ad solem illu. d. Camere ex resta sue domus eidem communitati vendite, site in carreria Mollaris<sup>2</sup>, quorum terminus solucionis jam preterit in festo Nativitatis Domini, pro quorum exactione rescripsit nobili Jo. Baudi, consindico, que lictera hic fuit lecta, unde requisit haberi medium bonum quo possint illi quatercentum scuti solvi. Oppiniones aliquorum fuerunt ut fieret tallia, et aliquorum quod ex mutuo per aliquos particulares mutuarentur, sed totalis resolutio fuit quod illa duo media non sunt sufficiencia ad habendum in promptu illa[m] suma[m] scutorum.

Post hec, commendabilis Hugoninus Fabri dixit quod si solvantur sibi centum et quindecim scuti solis, qui sibi debentur per communitatem, et illi assecurentur de solvendo hinc ad festum Sancti Johannis Baptiste, unacum centum quo[s] in promptu prestiturum se offert, prestabit adhuc centum sine aliquo interesse per pretactum tempus. Similiter n. Franciscus Quartellerii modo premissis se obtulit mutuo dare civitati lxx scutos qui solvantur cum triginta sibi debitis.

(217) Similem oblacionem fecit Jo. Bovier de mutuando civitati sexaginta scutos, dummodo solvantur sibi cum aliis lx sibi debitis infra ipsum terminum.

Similem oblacionem fecit n. Jo. Ludovicus Ramelli, dummodo solvatur ducentum sibi debitos scutos, alios centum mutuare solvendo[s] ut supra.

<sup>1</sup> A la suite de ce titre, placé par erreur avant la séance du 31 décembre, le secrétaire avait écrit ces mots ensuite biffés: Veneris prima januarii.

<sup>2</sup> Lisez: Longemale. Voir ci-dessus, p. 308.

Similem oblacionem fecit n. Jo. Balli de mutuo dando quadraginta sex scutos, dummodo illi cum aliis sibi per communitatem debitis solvantur in dicto Sancti Johannis festo.

Similem oblacionem fecit commendabilis Franciscus Fornerat de mutuo dando xxiii<sup>or</sup> scutos, dummodo assecurentur xxiii<sup>j</sup> (quatuor) sibi per communitatem debiti et solvantur in dicto festo Sancti Johannis<sup>1</sup>.

*Martis quinta januarii.* — Ramel, Fonte, Baudi, Migerandi; — Orsieres, Curt, Fornerat, Megex, Plonjon, Navis, Rosseti, Carrerii, Leta.

(*Burgensis.*) — Rolandus filius quondam Henrici Mermeti, de Cheysirier, excofferius, parrochie Sancti Gervasii, admittitur in burgensem mediantibus viij ff.

(*Burgensis.*) — Jo. de Ruyna, filius quondam P. de Ruyna, de Sancto Nicolao Verossie, marescallus, parrochie Leodegarii, admittitur ut supra proxime in burgensem.

(*Burgensis.*) — Jacobus Alamandi, alias Maquineaz, filius quondam Guillermi, diocesis Tharantasiensis, mercerius, parrochie Marie Nove, admittitur ut supra in burgensem mediantibus viij ff.

(*Burgensis.*) — Ludovicus Michallet<sup>2</sup>, barbitonsor, de Aquis, parrochie Sancti Gervasii, admittitur ut supra in burgensem.

(*Burgensis.*) — Mermetus Mistralis, excofferius, filius donatus domini Glaudii Mistralis, parrochie Viriaci, nunc parrochie Sancti Leodegarii, admittitur ut supra.

(*Burgensis.*) — Bartholomeus filius quondam Jo. Mauricii<sup>3</sup>, parrochie Sancti Germani, admittitur mediantibus viij ff.

(*De bocheriis et aliis carnibus que venduntur in Mollari.*) — Exposuit e. Chambet, gabellerius carniarum, sicuti macellarii hujus civitatis contradicunt solvere gabellam porchorum, licet occiderunt ultra centum qui in minuto non fuerunt venditi in macello sed illos converterunt in soucias.

2<sup>o</sup> Exposuit sicuti dominus Grangiarum fecit mactari sive occidi unam vacham de qua contradicit solvere gabellam, se franchum asserendo. Eciam mactari fecit plures mutones pro quibus ad idem recusat solvere gabellam. Aliunde dominus Gladius Grossi equidem mactari fecit unam vacham et, ex quo est iudex Trium Castorum, asserit se esse franchum et exemptum de non solvendo gabellam. Aliunde exposuit quod dominus sindicus Fonte impedivit eum de levando gabellam soucias in mercato. Super quibus peccit remedium apponi, alias dabit pro areragiis. — (*Conclusio.*) — De Chambet et bocheriis et minuseriis, maneat ut est assuetum et exigat

<sup>1</sup> Pour les anciennes créances de ces citoyens, voir *Bourgeoisie* A, n<sup>o</sup> 2, fol. 35, 40, 43, 49. On trouve dans le même volume (fol. 83 à 92) la liste des prêts faits à la Ville pour l'achat de la maison du comte de La Chambre, en août 1523.

<sup>2</sup> Filius q. Glaudii (*Lettres de Bourgeoisie*, portef. 7).

<sup>3</sup> Carpentator (*Ibidem*).

gabellam porchorum a macellariis. Et quoad dominum Grangiarum, solvat gabellam; de domino Grossi, solvat, quia non est exemptus de gabella carniarum.

De patisseriis, solvant in promptu in[sequen]do conclusionem pridem per consilium quinquagenarium factam.

*Veneris viij januarii.* — Ramel, Fonte, Baudi; — Orsieres, Montion, Cartellier, H. Fabri, Curt, de Rippa, Megex, Plonjon, Navis, Carrerii, Rosseti, Leta, Frojon.

(*De relicta G. Perrini.*) — De processu vigillis contra relictam Glaudii Perrini, committitur visitatio Megex, Leta et Biolesii, qui viso refferant hic in consilio.

(*De platea Mollaris existente sub lobio alarum.*) — De platea existente subtus lobium alarum Mollaris, claudatur et pro utilitate illu. et reverendissimi domini nostri episcopi et principis admodietur.

(*De burgense Sancte Clare.*) — De burgense pro qui<sup>1</sup> miserunt missivam domine Sancte Clare, fuit conclusum, pro paupertate civitatis, solvat ipse. (218) (*De jurisdictione.*) — De jurisdictione, ad Martis.

(*De domino Camere.*) — De domino Camere, queratur respondens et adhibeatur labor incessanter donec repertis iiiij<sup>c</sup> scutis.

(*Burgensis.*) — Jacobus Morardi, greater, parrochie Sancti Gervasii, filius quondam Jo. Morardi, de Rumillaco subtus Cornillionem, admittitur in burgensem mediantibus viij ff.

(*Burgensis.*) — N. et egregius Franciscus de Vegio, ducalis et apostolicus secretarius, filius quondam nobilis et egregii Francisci de Vegio, parrochie Menthonis, admittitur ut supra.

(*Burgensis.*) — Gladius de Miribello, chausaterius, parrochie Sancti Germani, donatus domini Glaudii de Miribello, admittatur ut supra.

(*Burgensis.*) — Georgius Rosseti, balistarius, parrochie Sancti Gervasii, filius quondam Petri Rosseti, de Ruffioz in Choutagnia, admittitur mediantibus viij ff.

(*Burgensis.*) — Maximus de Villario, marescallus, parrochie Sancti Gervasii, filius quondam Rodulphi de Villario, parrochie Megeve, admittitur prout supra.

(*Burgensis.*) — Jacobus de Comba, affanator, parrochie Sancti Germani Gebenn., filius quondam Johannis de Comba, de Sancto Blasio citra Crucilliam, admittitur in burgensem mediantibus viij ff.

*Sabacti ix januarii.* — Ramel, Fonte, Baudi; — H. Fabri, Curt, Jo. Fabri, de Rippa, Fornerat, Cartellier, Plonjon, Navis, Leta, Megex.

(*De domino Camere.*) — Exposuit n. Jo. Balli se heri iterum unam licite-

<sup>1</sup> Lisez: quo.

ram recepisse a. d. Camere qua totaliter instat solucionem sibi impendi et quod mictantur peccunie et unus homo cui satisfaciet de pena.

(*De jurisdictione et domino Bellicii.*) — Retulit no. Franciscus Cartellerii quod, insequendo onus sibi datum per consilium ordinarium, ivit ad reverendum dominum Bellicii cui fecit parte civitatis humiles recommendationes et supplicationes ut vellet intercedere apud illustrissimum dominum ducem ut placeret ipsi illustrissimo domino duci [permictere] reverendissimo domino episcopo Gebenn. et civitati uti libertate et jurisdictione ecclesiastica, ut fecerat retroactis temporibus et sui predecessores, tollendo impedimenta per ipsum et ejus officarios apposita et revocare prohibiciones. Quibus sic expositis, prefatus reverendissimus dominus Bellicii se obtulit obsequi viribus totis civitati et quod illo passu ibat ad prefatum illustrissimum dominum ducem, quod et fecit; et postquam revenit ipse dominus Bellicii, dixit ipse dominus Bellicii ipsi Cartellerii quod iverat ad prelibatum illustrissimum ducem et illi supplicationem parte civitatis fecerat ut vellet ipse illustrissimus dominus dux permictere domino episcopo Gebenn. uti jurisdictione ecclesiastica et abolire prohibiciones suas et suorum officiariorum; et quod prefatus illustrissimus dominus dux(it) sibi domino Bellicii respondit quod magis adoptabat ymo et volebat magis obsequi civitati Gebenn. quam aliquibus ex suis subdictis, dixitque ipse dominus Bellicii ipsi Cartellerii quod quamprimum prelibatus illustrissimus dominus dux remearet a loco Billiaci et illum videret in opportunitate fieri per ipsum et civitatem supplicationem, mandaret querere nobiles syndicos et illos presentaret prefato illustrissimo domino duci pro eorum requesta fienda, quos suo posse coadjuvare obtulit.

(*De domino Camere.*) — De domino Camere, rescribatur illi una graciosa lictera qua supplicetur illi ut vellet expectare per quindecim dies infra quos mandaretur illi solucio dictorum iii<sup>or</sup> scutorum.

(*De thesaurario.*) — De thesaurario, dicatur illi quod si nolit tradere illos quatercentum scutos, quod preparat computos suos anni novissime lapsi millesimi quingentesimi vigesimi tercii, et visis illis, si debet solvat, eciam si illi debeatur illi solvatur.

(219) *Martis xij januarii.* — Ramel, Fonte, Baudi, Migerandi; — Montion, Curt, de Rippa, Danel, Bovier, Nergua, Rosseti, de Monte, Leta, Navis, Plonjon, Megex.

(*Burgensis.*) — E. Petrus Bramet, ducalis secretarius et curie spiritualis Gebenn. juratus, parrochie Sancti Germani, filius quondam Ludovici Bramet, burgensis Thoni, admittitur in burgensem mediantibus viij ff.

(*Burgensis.*) — Michael Mallieti, saltor, parrochie Sancti Gervasii, filius quondam Petri Mallieti, parrochie Sancti Nycolay Clusarum, admittitur ut supra.

(*Burgensis.*) — Reynerius Mauricii, carpentator, parrochie Sancti Ger-

mani, filius quondam Mauricii Moury, de Aria Villa, admittitur modo quo supra.

(*Burgensis.*) — E. Jo. de Diserto, apostolicus scribe et notarius, parrochie Sancte Crucis Gebenn., filius quondam de Deserto, parrochie de Cholex, admittitur prout supra.

(*De bastardo Dyvone.*) — De bastardo Dyvone qui acriter vulneravit illam filiam stupharum Sancti Gervasii, et venit secretarius fiscalis potius ad habendum illam rapperiam, apporet vaginam et inde tradatur procuratori fiscali.

(*De jurisdictione.*) — De jurisdictione episcopali, domini syndici vadant ad dominum Bellicii et illum regracientur, et denuo suplicent illi ut eos coadjuvare velit apud illu. dominum ducem in petendo illam.

De computis, petatur thesaurarius et dicatur illi si vult tradere illos quatercentum scutos domino Camere; si respondeat quod non, dicatur quod det computos in manibus auditorum computerum.

(*De Monetier.*) — De n. Amblardo Monetier, evocetur coram domino vicario et compellatur ad revellandum et nominandum illum qui consilium ordinarium detexit.

(*De thesaurario.*) — De thesaurario, fuerunt iterum re[i]terata per n. Jo. Ludovicum Ramelli ipsi thesaurario que Sabacti lapsa illi explicavit. Et fuit iterum ipsi n. thesaurario per prefatum no. Jo. Ludovicum Ramelli facta requisicio et exortacio ut vellet exbursare illos quatercentum scutos expediendos domino Camere, per communitatem ei debitos. Qui nobilis thesaurarius dixit se non posse illos quatercentum scutos exbursare. Qua sic facta responsione, prefatus nobilis syndicus dixit eidem thesaurario, prout ab ordinario consilio habebat onus, quod suos computos anni millesimi quingentesimi xxiiij apporret<sup>1</sup> et poneret in manibus auditorum suorum aliorum computerum, cum ex illis dependeat; et interim supersederet et cessaret de exigendo firmas ab aliquibus firmariis, burgenses vero(s) exigeret et ad solvendum compelleret, eodem n. thesaurario dicente se nolle illos scutos quatercentum exbursare. De quibus contradictionibus factis per dictum n. thesaurarium prefatus nobilis Jo. Ludovicus Ramelli, nomine communitatis, testimoniales per me secretarium sibi decerni postulavit. Illico vero fuit magis advisate conclusum quod exigat firmas et omnia debita civitati, ut per ante faciebat, et peccunias quas exigeret, illas reponeret in archa existente in hac aula, clavibus quatuor claudenda, quarum custodientur tres per syndicos et alia per ipsum. Qui fuit contentus, hoc salvo quod si peccunie deperdirentur in illa archa, quod non id esset oneri suo, nec ab eo ulterius possent petere; et se thesaurarium reddere computum, dummodo precedentes sibi communicentur super quibus possit fondare suos ultimos computos.

<sup>1</sup> *Lisez*: apportaret.

(*Burgensis.*) — Jacobus du Goyl, mercerius, parrochie Sancti Gervasii, filius Martini Goyl alias de Prestres, de Villa Challant, Augustensis dyocesis, fuit admissus in burgensem mediantibus xiiij ff. per eum manualiter persolutis.

(220) *Veneris xv januarii.* — Ramel, Fonte, Baudi, Migerandi; — Orsieres, Curt, de Rippa, Cartellier, Berterat, Megex, Frojon, Nergua, Plonjon, Navis, Leta, Rosseti, Carrerii, Monte.

(*Privatio patisserii.*) — Quia patisserius Corraterie, dictus Recocti, fuit privatus ob irrationabilitatem panis per ipsum pistati, eciam inobedientiam, quia quoquit panem et repertus fuit irrationabilis levatus, conclusum quod privatur per sex menses et confiscatur ejus panis levatus heri.

De hiis qui triverunt carbones pro pulvere artillier[i]e, de(n)tur cuilibet unus testonus et solvantur eorum expense in dicto dicti Peroneti Mugnerii.

De detento, fuit heri conclusum quod bampniatur per unum annum; que conclusio habeat locum.

(*De processionibus.*) — De processionibus, petantur et(?) fiant: uno die una generalis et reliquis octo diebus per parrochias, cum exortacione populi per predicatorem.

De domino Camere, nichil conclusum.

(*De A. Millanesii.*) — De Anthonio Millaneys, solvat, actenta deterioritate (?) temporis, arreragia fidejussorio nomine Jo. Rubini, quia eciam exegit gabellam.

Fiat mandatum n. Jo. Balli de cxv ff. et octo solidis. — (*Mandatum habet.*)

Fiat aliud de ejus stipendiis sindicatus anni millesimi quingentesimi xix de suma xvij ff. vj g. — (*Mandatum habet.*)

*Martis xviii januarii.* — Ramel, Fonte, Baudi, Migerandi; — Orsieres, Curt, de Rippa, Bouvier, Megex, Nergua, Plonjon, Navis, Leta, Rosseti, Carrerii.

(*De peccuniis domini Camere.*) — Exposuit no. Jo. Ludovicus Ramelli sicuti fuerunt plura advisamenta de reperiendo peccunias pro satisfaciendo domino Camere, nec fuit repertus modus reperiendi et in uno consilio fuit prohibitum et conclusum quod eidem thesaurario prohiberetur exactio, et in uno alio quod exigeret et peccunias reponeret in una archa, et sic haberetur respectus de reperiendo easdem peccunias.

De vacuando cloacas Georgii Thevenini, qui peccit licenciam impartiri de faciendo unum foramen in meniis civitatis pro faciendo unum crotum per quem materia destilaret, conclusum ut nullus detur consensus murum perforandi.

De detento in Insula, videantur informaciones et ministretur justicia.

(*De Peccollat.*) — De Peccollat, juret quantum expendit in adventu, et quod expendisse jurabit solvatur ei et fiat ei mandatum.

De thesaurario, nichil fuit conclusum.

De Ludovico Roget et verbis illatis per eum contra nobiles syndicos, sumantur informaciones et dentur r. d. vicario, et requirant justiciam ministrari.

(221) *Mercuri xx<sup>ma</sup> januarii.* — Ramel, Fonte, Migerandi; — Orseries, H. Fabri, Bovier, Curt, Jo. Fabri, de Rippa, Megex, Navis, Leta.

(*De dilluvio.*) — Exposuit no. Jo. Ludovicus Ramelli, consindicus, quemadmodum r. dominus vicarius ipsum hodie exortatus fuit ut, pro evictacione dilluvii de quo colloquia exsolvantur, ut omnes providerent et habentes blada illa mollere facerent ad subveniendum civitati; et ex quo in hac civitate sunt in copioso numero pauperes et plures paupertatem fingentes qui affluunt ex diversis partibus, quod ordo apponatur et tales expellantur; et pro hujus negotii enucleacione, deputentur octo qui respective visitent suburbia civitatis, secum ducendo ad illos terrendum lanistam, faciendo [in]junctiones penales ad illos terrendum de vacuando civitatem infra tempora statuenda.

2<sup>o</sup> Exposuit quod sunt plures populares conquerentes et dicentes quod non apparet de exbursatis et quod gabelle ascendunt ad septem mille florenos annuales, quod advideatur et reddat computum thesaurarius ut sciatur quantum libravit et quantum recepit, et quid agendum fuit<sup>1</sup>. Fuit conclusum ut petatur consilium quinquagenarium et hec dicantur et communicentur consilio quinquagenario, et quod compellantur debitores ad solvendum arreragia more denariorum fiscalium.

*Veneris xxij januarii.* — Ramel, Fonte, Baudi, Migerandi; — Orsieres, Bovier, Curt, Fornerat, de Rippa, Megex, Frojon, Lestelley, Plonjon, Navis, Nergua, Leta, Rosseti, Monte, Carrerii; — Andreas Piardi.

(*Burgensis.*) — Franciscus Pichon, excofferius, parrochie Magdalenes, filius quondam Petri Pichon, de Yverdone, admittitur in burgensem mediantibus viij ff.

(*Electio super petitione Lestelley et promissio.*) — De Lestelley qui exposuit que sibi debentur seu asserit sibi deberi per communitatem, fuit conclusum quod pro evacuacione negotii, eligat duos et communitas duos, qui elegit de Rippa et Orsieres pro se, et domini syndici pro communitate Nergua et Monte; et, facta electione, promiserunt domini syndici sindicario nomine civitatis et ipse Lestelley, sub obligacione omnium bonorum, audita relacione per electos, stare summarie ordinacioni consilii et quid per ordinarium consilium fuerit pronunciatum ratum habere et nunquam contravenire, omnibus juribus et appellacionibus renunciando, et renunciaverunt.

Fuit lectus rotulus.

<sup>1</sup> *Lisez*: sit.

Fuit rotulus datus per Petrum Gay, qui incipit : *S'ensuyvent lé: poynes...*, continens vij articulos sive capitula.

(*De Jo. Humberti.*) — De Johanne Humberti qui requisit sibi dari in admodiacionem [domum] pertinentem civitati sitam supra pontem Rodani, quia mulier que in ea moratur est honesta mulier et tenet domum bene copertam et solvit locagia faciliter, non amoveatur ab ea quamdiu in illa morari voluerit.

(222) (*De P. Gay.*) — De Petro Gay, petatur in primo consilio quinquagenario.

De vicedompno qui peccit admitti in burgensem, admic(t)atur gratis.

(*Burgensis.*) — Monetis de Puthéo, de Villario Tacconis, mercator animalium, nunc parrochie Sancti Gervasii, admittitur in burgensem mediantibus octo ff.

*Martis xxvj januarii.* — Ramel, Fonte, Baudi, Migerandi; — Orsieres, Montyon, Danel, Bovier, Curt, de Rippa, Megex, Frojon, Lestelley, Nergaz, Plonjon, Navis, Leta, Rosseti, de Monte.

(*Burgensis.*) — Petrus Suaton, nauta, parrochie Magdalenes, filius quondam Roleti Suaton, de Coppeto, admittitur in burgensem mediantibus tribus scutis regis ad solem, quos in promptu solvit: iij scuti solis.

(*Burgensis.*) — Bernardus Conjoz, patisserius, parrochie Sancti Gervasii, filius quondam Ludovici Conjoz, de Sancto Mauricio (subtus) [supra] Bellam Rippam, admittitur in burgensem mediantibus viij ff.

(*De Biolesii.*) — Quia Stephanus Biolesii exhibuit unam copiam computi bonorum pissidis Animarum de precepto nostro factam, peccit de eo et de labore instrumenti vendicionis recepte per eum ad opus communitatis de domo domini Camere precio mille scutorum, peccit satisfieri, fuit conclusum dentur illi xxj ff. et sex solidi.

(*De de Rippa.*) — De Girardinno de Rippa et ejus rotulis, servetur ultima conclusio.

(*Burgensis.*) — Nycodus Capitis Auri, parrochie Sancti Leodegarii, filius quondam Petri Capitis Auri, parrochie de Bernex, admittitur mediantibus viij ff.

(*Burgensis.*) — Amedeus Magistri, clericus, parrochie Sancti Gervasii, filius quondam Francisci Magistri, parrochie Parvi Bornandi, admittitur in burgensem mediantibus octo ff.

(*Burgensis.*) — Petrus de Furno, parrochie Sancti Gervasii, filius quondam Jo. de Furno, parrochie Soverniaci, admittitur in burgensem mediantibus viij ff.

(*Burgensis.*) — Petrus Peronet, affanator, parrochie Sancti Gervasii, filius quondam Mathei Peronet, parrochie Megeve, mandamenti Flumeti, admittitur in burgensem mediantibus octo ff.

(*Burgensis.*) — No. Jo. Franciscus Chicandi, parrochie Marie Nove, locumtenens domini vicedompni Gebenn., admittitur gratis.

(*Burgensis.*) — Johannes Romani, mugnerius, parrochie Sancti Gervasii, filius quondam Johannis, parrochie Grigniacci, admittitur in burgensem mediantibus viij ff.

(*De relicta Perrini.*) — De relicta Glaudii Perrini et vigille, compensentur expense et querat indulgenciam apud dominos syndicos et vigillum, et confiteatur male fecisse de arripiendo per crines seu verberando vigillum. Expense vero vigillis solvantur per communitatem.

(*De leprosa.*) — De leprosa, maneatur usque ad tempus principii estatis, quo tunc visitabitur et dimittatur ei interim camera, et solvat curatus ut dixit r. d. officialis.

De burgense per dominos syndicos petito(s), nichil fiat adhuc.

(*De domino Camere.*) — De domino Camere, querantur sine intermissione pecunie ad satisfaciendum illi.

(223) *Jovis xxviii januarii.* — Ramel, Fonte, Baudi, Migerandi; — Orsieres, Fornerat, de Rippa, Frojon, Nerguaz, Plonjon, Philippi, Monte.

(*Obligacio per thesaurarium.*) — Millanesii<sup>1</sup> — Cortagerii se obligavit, de consensu nobilium syndicorum, thesaurario presenti et stipulanti, quicquid fuerit repertum per eum deberi pretextu introgii bossetarum, terminis in eadem admodiacione assuetis et modo simili in admodiacione descripto, casu quo redditus computis per eundem thesaurarium Boulet reperietur (non) teneri civitati, qua mediante eciam simili promissione facta. Eciam Anthonius Millanesii, [firmarius] gabelle vini venalis, similem fecit promissionem de solvendo ad formam admodiacionis, cum submissionibus et renunciationibus opportunis.

(*De domino Camere.*) — De domino Camere, requiratur ut ratificari faciat vendicionem, per eum factam, per ejus fratres.

*Veneris vicesima nona januarii.* — Ramel, Fonte, Baudi, Migerandi; — Orseries, Montion, Danel, de Rippa, B. Hugonis, Fornerat, Bovier, Jo. Fabri, H. Fabri, Curt, Frojon, Lestelley, Nergua, Leta, Rosseti, Plonjon, Jo. Philippi, Navis.

(*Burgensis.*) — Glaudius Ruffi, parrochie Sancti Leodegarii, filius quondam Petri Ruffi, de Pers, admittitur in burgensem mediantibus viij ff.

De Tapponerii et Veteris, tractetur pax inter eos.

(*De computis.*) — De computis thesaurarii novissimis, committuntur precedentes auditores computorum juncto Girardino, contorrollatore.

(*De Benedicto Gynodi.*) — De processu contra Benedictum Ginodi, coram

<sup>1</sup> Ce nom a été ajouté ici par un renvoi en marge.

auctentica persona interponatur appellacio, que inde intimetur ei et inde tractetur, aliquorum medio, appunctuamentum.

(*De jurisdictione.*) — De jurisdictione, pro alloquendo illu. dominum ducem, fiant instructiones dominis sindici[s].

(*De Lestelley.*) — De Lestelley, committitur consilio quinquagenario.

(*De relicta Perrini.*) — De relicta Perrini et vigille, ad Martis.

*Lune loco Martis prima februaryi.* — Fonte, Baudi, Migerandi; — Orsieres, de Ripa, Danel, Montion, Fernex, Curt, Nergua, Rosseti, Carrerii, Monte, Leta, Lestelley, Megex, Frojon.

(*De d. sindicis et Petro Gay.*) — P. Guay, occasione suorum computorum, eligit pro se n. P. de Orseriis et Besansonum Hugonis, et domini sindici eligunt Nergua et Danel; et promiserunt omnes partes, audita relacione, stare ordinacioni consilii ordinarii, omni appellacione semota.

(224) (*Quictancia.*) — N. Petrus de Fernex, junior, confitetur habuisse a commendabili Guilliermo Danelli quinquaginta scutos solis, de quibus etc., in quibus idem Guilliermus eidem Petro erat obligatus constante instrumento per me recepto. — (*Levata est.*)

(*Mandatum.*) — Fiat Girardino de Ripa mandatum de decem florenis, ultra ordinarium sallarium, pro laboribus extraordinariis habitis circa rotulos adventus illustrissime domine ducisse.

(*De Lestelley.*) — De Lestelley, de iiij<sup>c</sup> lxxv ff. per eum debitis, dentur lxxv et alios solvat seu indempnem servet civitatem de xx ff. annualibus erga procuratorem et quictanciam apportet communitati, et fiet quictancia. De qua conclusione fuit contentus et illam acceptavit.

De Girardino de Ripa occasione ducentum ff. et rotuli per eum tradentur<sup>1</sup>, detrahuntur viginti floreni.

(225) *Mercuri 3 februaryi*<sup>2</sup>. — Ramel, Fonte, Baudi, Migerandi; — Orsieres, H. Fabri, Montion, B. Hugonis, Bovier, Danel, Berterat, Frojon, Nergua, Plonjon, Navis, Fernex.

(*De Lestelley et communitate.*) — Fuit expositum per n. Anthonium de Fonte, consindicum, sicuti civitas et communitas fecit vendicionem pissidi Animarum de septuaginta florenis [annualibus] precio sexdecim centum florenorum pro acquirendo et emendo domum domini Camere, que empta fuit precio mille scutorum auri cugni regis ad solem<sup>3</sup>. Et pro exoneracione census predicti, nobilis Ludovicus de Lestelley tenetur civitati sive communitati, ut suis in computis pridem redditis per eum occasione officii rectorie sive thesaurarie ejusdem civitatis, iiij<sup>c</sup> florenorum p. p., ultra lxxv qui

<sup>1</sup> *Lisez*: traditi.

<sup>2</sup> Ce procès-verbal suit, dans le registre, ceux du jeudi 4 février.

<sup>3</sup> Mandat de 1466 florins 8 gros en faveur de Jean, comte de La Chambre, en date du 26 janvier 1524 (*Finances M*, n° 18, année 1523, fol. 59 v°, n° 252).

fuerunt sibi donati aut saltem intrati in oneribus per eum supportatis; et sic dixit ut haberetur respectus quod faceret erga Berteracti, procuratorem ejusdem pissidis, quod in diminucionem dictorum lxx ff. annualium teneret communitatem quictam de viginti florenis. Super quo fuit conclusum quod idem Lestelley faciat vendicionem dictorum xx<sup>ti</sup> ff. annualium precio iiij<sup>c</sup> ff. habitorum a communitate, manu ejusdem Berteracti, et caveat sic quod idem Berterati faciat quictanciam de eisdem viginti ff. annualibus et faciat quictanciam de eisdem quatercentum florenis, et simultanee n. sindici faciant quictanciam de eisdem quatercentum ff.; et eligatur, Veneris, unus alius conprocurator.

Retulerunt commendabiles Hugoninus Fabri et Guilliermus Danelli, commissarii deputati super fassinis Girardini de Ripa, quod reverberentur eidem Girardino viginti floreni; cetera vero librata de mandato nobilium sindicorum: de primo articulo, reducitur ad xiiij ff.; de 2<sup>o</sup>, resecatur; de 3<sup>o</sup>, resecatur; de quarto, resecatur; de v, intratur; de vj, intratur; de septimo, includitur in v; et concluditur in primo articulo; de octavo, similiter includitur ut in primo articulo; et de nono, intretur, visis illis; de decimo, dimittitur; de undecimo, comprehenditur in primo; de duodecimo, intratur; de xiiij, includitur in primo; de xiiij<sup>o</sup>, non intratur quia pactum novum.

(*Compromissum et ordinacio pro Veteris et G. Tappunerii.*) — Nobilis Petrus Veteris et Glaudius Tappunerii, super eorum differentiis promiserunt in formis mel[ioribus] stare ordinacioni nobilium sindicorum et consilii ordinarii, semoto lite, et omnibus litibus renunciaverunt. Tandem domini sindici et consilium pro bono pacis pronunciaverunt quod partes una alteri remictunt jurias verbales pretextu eorum differenciarum; de ceteris, quoad arbores, ad pronunciandum distinctum; et unus alterum amplexi fuerunt.

(224) *Jovis quarta februaryi.* — Ramel, Fonte, Baudi, Migerandi; — Orsieres, Montyon, Cartellier, Bovier, Curt, Berterat, Megex, Frojon, Lestelley, Plonjon, Navis, Leta, Philippi, Carrerii.

(*De sindico Fonte.*) — De domino sindico de Fonte, qui querimoniam emisit contra quendam dictum Fontanelli, portentur informaciones domino vicario et in consilio episcopali fiat lamentacio.

De Girardino de Ripa, maneat conclusio heri facta.

De auditoribus computorum, remictitur consilio crastino.

De Lestelley, si vult stare conclusioni heri facte, faciat ut in illa, si minus, ad cras in consilio L<sup>o</sup>.

De Petro Gay, ad cras in consilio crastino.

*Eadem die, post prandium.* — Ramel, Fonte, Baudi, Migerandi; — Orsieres, Montion, Danel, Cartellier, Bovier, Curt, de Ripa, Berterat, Frojon, Lestelley, Nergua, Plonjon, Navis, Philippi, Monte, Carrerii, Leta.

Fuit lecta lictera missiva mandata per dominum nostrum episcopum.

(*De de Rippa.*) — De de Rippa, fuit interrogatus per n. sindicum Ramelli si vult stare conclusioni heri facte; dicit quod sic.

(*De Lestelley.*) — De Lestelley, si vult stare conclusioni retro scripte; respondit quod sic.

(*Sallarium auditorum computorum Omnium Animarum.*) — De computorum auditoribus Animarum, qui asserunt vacasse sex septimanis, dentur Nergua v ff. et ceteris cuilibet tres floreni, quia opus pium.

De computis auditorum anni millesimi v<sup>c</sup> xxj, quinque auditoribus commissis, junctis quatuor pro revisione, dentur Michaeli Nerga septem ff. et ceteris quinque adjunctis vero cuilibet triginta solidi<sup>1</sup>.

(*Consilium L, junctis aliis L cum ordinario.*) — Veneris quinta mensis februarii. — Ramel, Fonte, Baudi, Migerandi; — Orsieres, Monthion, H. Fabri, Danel, Bovier, Dadaz, Megex, Frojon, Lestelley, Navis, Jo. Fabri, Nergua, Plonjon, Carrerii, de Rippa, Jo. Philippi, Curt, Jo. Malbosson; — Bartholomeus de Crosa, Jo. Boysson, Leta, Jo. Banderie, Amedeus Tornerii, Jo. Chappuisii, G. de Strata, Jo. Guymy, P. Lothon, Glaudius Requeni, Anthonius de Lestra, Amedeus Reynaudi, P. Grassier, P. Fabri, Franciscus de Fosses, Tho. Monachi, Ludovicus Curteti, Jo. Testuti, Nycodus Testuti, Jo. Nycodi, Petrus Navillii, Monetis Mistralis, Ludovicus de Monte, Franciscus Suchardi (226), Bernardus Beguini, Glaudius de Strata, Petrus Chatel, Petrus Perret, Ludovicus de Bolo, Glaudius Chavane, Jo. de Diserto, P. Malbosson, Glaudius de Castronovo, Amedeus de Pileo Rubeo, G. de Mollario, Jo. Levet, Ludovicus Gauterii, P. Regis, Jo. Quoqueti, Nycodus Martini, Jo. Levrat, Jo. Fuserii, Jo. de Pileo Rubeo, Michael Guillet, Jo. Gando, Le Bierchioz, Berteracti, Jo. Gringallet, Robertus Fore, Jo. Pottrelli, G. Bessonnet, Amedeus Gervasii, Jo. Collandaz, Lambertus Cusin, Jo. Vincencii, Jo. Ruffi, Glaudius Fabri, Ste. Arnaudi, Bernardus de Bolo, Michael Chappellaz, Jo. Bocart fromagerius, P. de Tullia, Roletus de Nanto, Jo. Garini, Roletus Bonoz, P. Gardet, P. Puvelli, P. Rosseti, P. Vindret, P. Villiet, Michael de Pane, Aymo Bonnaz, Johannes Ballonis, Andreas Malliardi, Philippus Regis, Stephanus Peccollat, Nycodus Quoqueti, P. Villiet, Amedeus Magnini, Glaudius Savoex, Peronetus mugnerius, G. Pensabin, Jo. Bocard, Ja. de Cresto.

Fuit lecta lictera missiva mandata per illu. et reverendissimum d. episcopum mencionem faciens de jurisdictione et domino Bellicii<sup>2</sup>.

<sup>1</sup> Les comptes de l'année 1521, arrêtés le 30 novembre 1522, furent signés plus tard par les auditeurs des comptes et leurs adjoints, au nombre de neuf. Voir ci-dessus, p. 319, et *Finances M*, n° 18, année 1521, fol. 70.

<sup>2</sup> Lettre datée de l'abbaye de Pignerol, 30 (?) janvier [1524], approuvant la démarche que les Genevois avaient faite auprès de l'évêque de Belley, pour l'engager à défendre, devant le duc, la juridiction de l'Église de Genève (P. H., n° 930).

(*De computis Animarum.*) — De computis Omnium Animarum, dentur Michaeli Nergua quinque floreni et cuilibet aliorum, tres ff. — (*Habent.*)

De computis anni mille[simi] quingentesimi vicesimi primi concernentibus thesaurarium, dentur Nergua decem ff., de Fonte et Danelli et de Rippa duo scuti auri; Migerandi vero, Ramel, Vandelli, Baudi et eciam dicto de Rippa qui interfuerunt in illorum revisione, dentur cuilibet ipsorum revisorum quatuor floreni et eciam Porrals, floreni septem<sup>1</sup>. — (*Habent.*)

(*De computis.*) — De aliis anni novissime lapsi et arreariorum, nichil concluditur donec auditis aliis computis anni novissime decursi millesimi [quingentesimi] xxiiij (tercii), cum dependeant ex aliis; et tunc fiet illi bona satisfatio.

(*De rotulo forreriorum.*) — De rotulo forreriorum et expensis, solvatur illis ad ratam temporis et eciam expense illo comprehense.

(*De processu contra Ginodi.*) — De processu contra Benedictum Ginodi, non ulterius prosequatur et solvat thesaurarius G. Porterii iij scutos solis et xx solidos.

(*Burgensis.*) — Franciscus filius quondam e. Jo. Regis, mercator, parochie Magdalenes, admissus in burgensem gratis, contemplacione n. Jo. Baudi.

*Sabacti vj februarii.* — Ramel, Fonte, Baudi, Migerandi; — Orsieres, Bovier, Curt, de Rippa, Nergua, Plonjon, Carrerii, Megex.

(*Absolucio supra Monetum Bernardi.*) — Fuit expositum per nobilem Fonte sicuti heri, post solis occasum, fuit adductus quidam Bernardus de Sarnis, Pedemontanus, nunc in Insula detentus, qui falso fuit accusatus per Guilliermum filium quondam Johannis de Hyenne, sive ad ejus jam dictam et verius revellacionem detentus, per quem asserebat idem Guilliermus obviasse veniendo a loco Chamberiaci et super itenere prope Altam Villam dicto Bernardo, et per ipsum Bernardum sibi crimine amotum fuisse equum quem calvacabat, apportando unum paquetum celsitudini ducali; et tradito eodem equo et carcaribus, veloci passu equitavit in tantum quod eum non vidit donec in hac civitate in suburbio Sancti Gervasii. Qui Bernardus fuit examinatus [et dixit] quod idem Guilliermus sibi sua spontanea voluntate dederat ipsum equum mediante uno testono, quem sibi dedit; et ex quo idem Guilliermus accepit certos vionetos, eum non depost vidit donec fuit in hac civitate, negando proposita et revellata per eundem Guilliermum, dicendo quod si voluisset furari equum non venisset ad hanc civitatem nec unquam fuit intencionis retinendi ipsum equum. Quibus explicatis, quia intervenit preceptum illustrissimi domini ducis ut liberaretur, nec eciam apparuit accusator nec denunciator, fuit ad formam franchiseiarum sententialiter liberatus et absolutus, nunc lata [sententia] per nobi-

<sup>1</sup> Voir ci-dessus, p. 360 n. 1.

lem Anthonium de Fonte, consindicum, sive prefatos nobiles syndicos organo ipsius Fonte consindici.

S. Biolesii. n.

Bos cornu capitur, homo sermone ligatur<sup>1</sup>.

Die quartadecima novembris 1523, Anthonius filius Petri Arnaudi, parrochie Beate Marie Bellecombe, reperit saccum plenum libris et in eo erat una vestis panni rosseti obscuri quem, presente egregio Profenat, tradidit in custodiam nobilibus Johanni Balli, Johanni Migerandi et Anthonio de Fonte, sindicis, in custodiam ad opus illius ad quem spectabit.

Nota quod ille sacus fuit per certum tempus custoditus in domo Joffredi filii Michaelis Rossat, in carreria Buelli residentis, qui ita retulit custodisse.

<sup>1</sup> Cet axiome et les notes qui suivent sont inscrits au verso du cinquième des feuillets blancs qui terminent ce volume.

VOL. XXI.

ANNO DOMINI M<sup>o</sup> QUINGENTESIMO VIGESIMO QUARTO,  
LIBER HIC FELICITER INCEPTUS.

*Dominico septima mensis februarii* millesimo quingentesimo vicesimo quarto, in claustro ecclesie cathedralis Sancti Petri Gebenn., in generali consilio ibidem more solito congregato, fuerunt creati, constituti et deputati syndici nobiles Anthonius de Fonte, Glaudius Richardet, Franciscus Fornerat et Bernardus de Monte.

Ramel, de Fonte, Baudi, Migerandi; — n. P. de Orseriis, Ja. Frojon, H. Fabri, P. Navis, P. Berteracti, Jo. Philippi, Jo. Malbosson, Ludovicus Plonjon, Mermetus de Ulmo, Ste. Falqueti, P. Fabri, G. Chenevalis, Georgius Dentant, Glaudius de Cresto, Hud. Pilliodi, Jo. Tissocti carpentator, Jo. de Croso, G. Bessonnet, Bastianus Bessonnet, Robertus Fore, Michael Rillieti, Jo. Corajodi, G. Mathei, Roletus Bonoz, Jo. Fabri, Jo. Barbaz, Michael Chappallaz, Ber[nar]dus de Bolo, Guilliernus Mollet, Ludovicus Gauterii, Guyoctus Rolandi, P. Chivallerii, dictus Bavouz, Jo. Pilliodi, Ste. de Fraxia, G. Fontane, Franciscus de Chivalleta, Petrus Nod, Jo. de Metis, G. de Monte, Bartholomeus Pernet, B. de Muro, P. de Tullia, Anthonius Neyret, Jo. Cadodi, Jo. de Pallude, G. de Subtus Crestum, Jo. Viougier, Mermetus Bosuti, Hudriodus de Mollario, G. de Mollario, Jo. de Nanto, Gabriel Pomas, Aymo Medici, Jo. Chapuysii, Jo. Catrier, Girardinus de Rippa, Glaudius Ruffi, P. Gauterii, Philippus Regis, G. Megex, P. Romani, Glaudius de Strata, Franciscus de Fossis, Ste. Arnaudi, Ste. Chenuti, Mermetus Carrerii, Amedeus Folli, Monetus Gironis, Jo. Ruffi, P. Levrat, Ludovicus de Martereto, Jo. Thevenini, Reynerius Mauricii, Nycolaus Martellet, Ja. Bollet, P. de La Magnenaz, Nycolaus Viffry, Ja. Mermeti, Ludovicus de Lestelley, P. Billiardi, Ste. Peccollat, Aymo Crepini, Petremandus Falqueti, Thomas Colini, Jo. Jaquini, P. Rosetaz, Paulus Balli, Guilliernus Standi, Ja. Navillii, Jacobus Gerdi, Ro. de Nanto, Jo. Frochet, Mauricius Sollieti, Jo. Baronis, G. de Prato, Jo. Gentillis, P. Vindret, Humbertus de Insula, Philibertus Matellon, Germanus Guid[onis], Jo. Copponay, Michael de Panex, Jo. Ballonis, Georgius Jornalis, Ny. Fabri, Jo. Collondaz, Jo. Tardini, Jo. Fabri, Humbertus Marqueti, Jo. de Ponte, Petrus Chappotani, Aymo Julliardi, Nantermetus Tissocti, Jo. Serex, Ja. Rolandi, Andreas Normandi, Ste. Lyonardi, Ste. Exchaqueti, Jo. Banderie, (Jo. Ballonis,) Nycolaus Mye, P. Ballivi, Jaco. Symondi, Burnetus Priocti, G. Vovrey, Marinus Versonay, Franciscus Chamoex, Ja. Bech, Jo. Testuti, Ny. Martini, P. Nycolay, P. Perret, Humbertus Levrat, Hillarius Richardeti, Hestacius Richardi, Jo. de Pileo Rubeo, Jo. Sept, Jaquemi-

nus Bert, Andreas Malliardi, Ny. Chenellat, Glaudius Bastardi, Guiliermus Hugonis, Amedeus Gervasii, Dominicus Franc, Jo. Taccon, (2) Jo. Lamberti, P. Taccon, Jo. Charavelli, Ludovicus de Crestilo, Bricius Cla[vel]li, G. Pactri, Michel Julliardi, P. Malbosson, Matheus Canard, P. Paqueti, Jo. de Diserto, Jo. Malliardi, Jo. de Arlo, Jo. Bolardi, Le Brodiez, P. de Rages, Ja. de Cresto, Michael Girbelli, Jo. Tissocci, Glaudius Pataz, Bartholomeus de Magnadomo, Thomas ejus frater, Aymo de Rodano, P. Hospitis, Ja. Mullatherii, P. Lathomi, P. Deysirez, G. Birsuez, Urbanus Davonex, Ste. de Mara, Aymo Pitardi, Bernardus Beguini, Petrus Cher[bone]rii, P. Girardi, Jo. Vuchardi, Amedeus de Becio, Jo. Dorsier, Rolandus Reymondi, Jo. Puthodi, P. Anthonius de Bosco.

(*De B. Ginodi.*) — Fuit loquutum de Benedicto Ginodi; fuit negocium remissum ordinario consilio.

(*De Montion et Orseriis.*) — De Ludovico Montionis et P. de Orseriis, nulla de eis fiat electio donec transactis tribus annis ab eorum derelictione officii.

(*De auditoribus computorum.*) — De auditoribus computorum, deputantur iterum alii auditores novissimi et adjungitur Thomas Monachi, qui accepit.

(*Deputatio procuratoris pissidis.*) — Jo. Boysson creatur procurator piscidis cum egregio Bertheracti ad triennium.

(*Sindici.*) — Fuerunt electi syndici n. Anthonius de Fonte, ibidem presens, ac Glaudius Richardet, Franciscus Fornerat et Bernardus de Monte, absentes.

(*Sindicatus.*) — Ibidem dicta communitas constituerunt supranominatos eorum hujus civitatis syndicos in forma. — (*Levatum est.*)

*Eadem die, post prandium,* dicti n. syndici noviter creati prestiterunt juramentum solitum in manibus Jo. Lud. Ramelli, Jo. Balli et Jo. Migerandi; et fuit stabilita sessio illorum novorum syndicorum, scilicet: primus de Fonte; 2<sup>us</sup> Richardet; 3 Fornerat; iiij Monte.

Nomina et cognomina consiliariorum ordinariorum:

N. Jo. Lud. Ramelli, Jo. Baudi, Jo. Migerandi, P. de Orseriis, Ludovicus Montionis, H. Fabri, Franciscus Cartellier, Danel, B. Hugonis, G. Curt, Jo. Fabri, P. Navis, P. Bertheracti, Jo. Boysson, Marinus Versonnay, G. Megex, Ja. Frojon, Lud. Lestelley, Michael Nergua, Ludovicus Plonjon, P. de Leta, Jo. Philippi, Jo. Malbosson, Nantermetus Tissocci, G. de Castronovo, G. Pensabini, Benedictus de Bona, de Rippa, M. Guilliet.

(3) Nomina consiliariorum consillii quinquagenarii<sup>1</sup>.

*Martis nona februarii.* — De Fonte, G. Richardet, Fornerat, de Monte; — Orsieres, H. Fabri, Danel, B. Hugonis, Bovier, Curt, Jo. Fabri, Jo. Phi-

<sup>1</sup> La page qui devait contenir la liste du conseil des Cinquante est restée blanche.

lippi, Frojon, Cartellier, Baudi, de Rippa, Migerandi, Lestelley, Nergua, Leta, Michael Guilliet, Plonjon, N. Tissocci, Malbosson, Benedictus Bona, G. de Castronovo, G. Pensabini.

(*De illustrissimo d. duce occasione vicedompnatus.*) — Exposuit nobilis Anthonius de Fonte, consindicus, sicuti heri ipse et ceteri nobiles syndici iverant ad illustrissimum dominum ducem, quibus existentibus ante eum fecit ipse illustrissimus dominus dux venire reverendum dominum vicarium et illi dixit se intellexisse spirituales et episcopales officarios hujus civitatis se immiscere in hac civitate causis profanis, defectu vicedompnorum qui retroactis temporibus exercuerunt officium, cum non essent magne facultatis; sed nunc posuerat in eodem officio et deputaverat unum ex suis cambellanis et bone reputationis et extimationis, scilicet nobilem et generosum Hugonem de Rubeo Monte, dominum de Verniaux, coram quo volebat ipsas causas civiles et prophanas tractari, quod sic fieri debet et alias usitatum fuit. Ad quem prefatus r. d. vicarius respondit quod illu. dominus episcopus Gebenn. habet omnimodam jurisdictionem in hac civitate(m), et ad eum et ejus officarios spectat cognicio omnium causarum, et ita sub auctoritate ipsius reverendissimi [et] ejus officiariorum in spiritualibus et temporalibus (4) respective exercuerunt, eciam idem dominus episcopus sive ejus vicarius potest advocare quascumque causas que tractantur in tribunali vicariatus in quacumque parte litis; et ita vidit et peregit ipse dominus vicarius, tamquam vicarius, durantibus xxxvj annis quibus officium ipsum vicariatus exercuit, et eciam multocius eo durante tempore citari fecit vicedompnos, facta querimonia de eo, et illi inhibitum non fieri quicquam contra cives vel burgenses donec visis informacionibus. Quibus sic explicatis prefatus illu. d. dux dixit quod sic non intelligebat nec volebat quod episcopus faciat indulgenciam de aliquibus criminosis remissis castellano suo Galliard, et si illas faceret episcopus, tales in quibus essent facte indulgencie suspendi faceret et stragulari cum suis graciis. Bene tamen dixit quod nolebat contravenire franchisesis.

(*De rescribendo illu. et r<sup>mo</sup> domino nostro episcopo.*) — De rescribendo reverendissimo domino nostro episcopo, vadant domini syndici ad reverendum dominum officialem et inde ad dominum Sancti Sorlini, et illis proponant quod pretendunt rescribere prelibato illustrissimo d. episcopo de rutillanti gaudio quod illu. d. dux cum suo toto exercitu faciunt in hac civitate et de festinationibus factis dominabus hujus civitatis, quas ad cenam convocavit Dominica lapsa, et eciam de recollectione graciosam et amicabilem sodalium in tripudiis in conspectu ejusdem celsitudinis admissis et factis<sup>1</sup>.

(*Visitatores piscium.*) — De augendo sallarium visitorum piscium, electi maneant scilicet: P. Gervasii, Amedeus Tornerii et P. Paquet; et

<sup>1</sup> Sur les festivités organisées à Genève pendant le séjour de la cour ducale et la nomination du nouveau vidomne, voir Bonivard, *Chroniques*, t. II, p. 217-220, et la lettre de l'évêque citée ci-dessus, p. 360 n. 2.

ex quo toto anno visitabunt tam pisces quam revenditricas, detur illis videlicet cuilibet ipsorum duo scutos regis ad solem et quatenus opus est denuo eliguntur.

(*De G. Perrini.*) — De processu G. Perrini et vigillis, remaneat conclusio ultimo facta et ordinatio; et dicatur illi quod si nolit illi acquiescere, contra eam prosequaretur re[lic]tam, et sic fiat casu quo contraveniat.

Fiat mandatum thesaurario de solvendo tres scutos pro processu Vienne agitato in curia Viennensi contra Benedictum Ginodi secretario Rap<sup>li</sup>(?), et eciam de solvendo xx<sup>ti</sup> solidos Glaudio, portitori, pro suis partibus. — (*Mandatum habet.*)

(*Veneris xij februarii.*) — Fonte, Richardet, Fornerat, de Monte; — Orsieres, Danel, Navis, Curt, de Ripa, Jo. Boysson, Marinus Versonay, Castronovo, Bona, Migerandi, Megex, Frojon, Lestelley, Nergua, Plonjon, Leta, Guilliet, Tissocci.

(*Procurator novus pissidis adjunctus e. Berteracti.*) — Dictus Jo. Boysson acceptavit officium procure piscidis, juxta electionem de eo factam tam in consilio quinquagenario quam generali, et juravit illud fideliter exercere, et peciit sibi fieri duplum omnium inventariorum ut possit intelligere gerenda, quod fieri precipitur.

(*De crida.*) — De crida ville, qui lamentacionem fecit de perda in officio causante assistencia principis, dentur quinque floreni super firma anni preteriti novissime, et proclametur si nolit admodiare. — (*Habet mandatum.*)

(*Fiant cride.*) — Fiant cride tam ample quam fieri poterit<sup>1</sup>.

De gatelletis, prohibeantur non fieri in hac civitate de hac quadragesima, et quod nullus apportet aliquos ad vendendum in civitate vel franchisesiis, sub pena perdicionis, ut in cridis continebitur.

(*De pane albo et claro.*) — De pane claro et albo, non vendantur in Mollari et fiant cride ne apportentur, sub pena que in cridis continebitur.

(5) (*De P. Gay.*) — De Petro Gay, instetur apud electos de faciendo eorum relacionem.

(*De bancho pontis Rodani.*) — Magister Glaudius Quiblet et Guyoctus Rolandi apportarunt relacionem banchi pontis Rodani.

*Martis xvj februarii.* — Fonte, Richardet, Fornerat, Monte; — Orsieres, Danel, Navis, Curt, de Ripa, Migerandi, Megex, Berteracti, Frojon, Lestelley, Nergua, Plonjon, Leta, Guilliet, Tissocci, de Castronovo, Bona.

(*Burgensis.*) — Guilliermus Villaris, barbitonsor, parrochie Sancte Crucis, filius Amedei Villaris, parrochie Doveni, admictitur in burgensem mediantibus viij ff.

<sup>1</sup> Arch. de Genève, *Registre des publications*, I, p. 13 à 15.

De relicta Vuy, amore Dei dantur ei duo ff. de helemosina et fiat mandatum. — (*Mandatum habet.*)

(*De Reymondo de Ponte.*) — De Reymondo de Ponte, vadant domini sindici ad consilium episcopale alloquuto prius domino Sancti Sorlini, qui faciat illud congregari, in quo narrentur narranda et potissime de insulto facto servitori dicti de Ponte, exequendo licteras dominicales contra quemdam de Clusis, quod est error pretor priore<sup>1</sup>.

*Veneris decima nona februarii* — Fonte, Richardet, Fornerat, Monte; — Orsieres, Curt, Navis, Dadaz, Montion, Jo. Fabri, Ramelli, Migerandi, Megex, Frojon, Nergua, Guilliet, Tissocci, Bona.

Exposuit nobilis Fonte sicuti quidam bolliaterius hemit unam bolliatam piscium quam asserebat velle portare domino Camere, quam tamen bolliatam Petrus Gervasii, alter ex visitoribus piscium, barraverat sive barrari fecerat, cum tanti pisces non oportebant ipsi domino Camere et civitas illis multum indigebat, eciam pro provisione illustrissimi domini ducis et domini Mauriane, eciam [pro] domino Sancti Sorlini, quam sua auctoritate propria relaxavit eidem P. Paquet. Et quod videbatur aliquibus quod essent satis de duobus visitoribus.

2<sup>o</sup> Exposuit opus facti factum servitori Reymondi de Ponte.

3<sup>o</sup> Detencionem assertorum latronum domus episcopalis.

Quarto: loquutus fuit de informacionibus sumptis pretextu minarum sibi Fonte illatarum per Fontanelli et eciam reiteravit invasionem et aggressionem factam Crusillie in personam Amedei Girardi.

Super quibus requisit habere bonam deliberacionem et si debeant ire ad illustrissimum dominum ducem. Fuit conclusum quod nondum vadant ad illustrissimum dominum ducem, || sed vadant ad consilium episcopale || ex quo heri in consilio episcopali fuit conclusum quod illi qui fecerunt partem non possunt se retrahere a denunciacione, et quod allegarunt in consilio quod, obstantibus alter[c]acionibus existentibus inter vicedompnum et procuratorem, non potuerunt procedere.

(*De detento.*) — De detento non clerico, relaxetur nocte, postquam vicedompnus recusat ipsum accipere de manibus fisci et capiant illum officarii scilicet vigilles et in crastinum presentetur vicedompno.

(6) (*Juramentum vicedompni.*) — N. Hugo de Rubeo Monte, vicedompnus novus, juravit franchisesias.

(*Juramentum secretarii vicedompni.*) — Juravit equidem illas observare e. Guilliermus Ducis.

(*De P. Gay.*) — De Petro Gay, petatur ipse cum suis arbitris et, si recuset venire, compellatur ad solvendum.

(*De r. d. vicario.*) — De licteris vicedompni et licteris a dorso de parati

<sup>1</sup> La lecture de ces deux derniers mots est douteuse et ne donne pas un sens satisfaisant.

obedire per dominum vicarium facte<sup>1</sup>, vadant syndici ad ipsum et congregari faciant consilium et instent illud erronee appositum in enervacionem jurisdictionis episcopalis tolli cum testimonialibus de requesta, nec aliquod apponatur per secretarium civitatis.

(*De detento contra vicedompnum.*) — De detento, notificata hora relacionis, capiant illum vigilles et in crastinum illum presentent vicedompno, et si nolit accipere, reponatur in domo episcopali, et si capiat, remictatur custodiendus, presentandus (eidem) eisdem dominis sindicis quociens pecierint, pro ministranda justicia, et pro ut supra si recuset, formetur processus in domo episcopali et petatur quod veniat et instet contra eum vel mictat et deputet instantem.

*Sabacti xx februarii.* — Fonte, Richardet, Fornerat, Monte; — Ramelli, Megex, Montion, Danel, Frojon, Nergua, Bovier, Navis, H. Fabri, Plonjon, Orseres, Leta, Guilliet, Tissocti, Castronovo, Boysson, Pensabini, Jo. Fabri, Jo. Philippi, de Rippa, Cartellerii.

(*De detento.*) — Fuit loquutum per Fonte sicuti presentarunt hodie domino vicedompno detentum quem recipere noluit, sed vult recipere manibus fisci. Vadant nunc d. syndici et requirant cum testimonialibus.

*Dominico mane xxj februarii.* — Fonte, Richardet, Fornerat, Monte; — Orseries, Hu. Fabri, Navis, Jo. Fabri, de Rippa, Boysson, Malbosson, Montion, Danel, Castronovo, Migerandi, Megex, Frojon, Nergua, Plonjon, Leta, Tissocti, Carrerii, Pensabini, Bona.

(*De detento.*) — Exposuit nobilis Fonte sicuti heri venit ad eum nobilis Hugo de Rubeo Monte, vicedompnus Gebenn., et sibi dixit quod habebat in mandatis ab illustrissimo domino duce de non recipiendo detentum manu ipsorum nobilium sindicorum sed manibus procuratoris fisci. Secundo exposuit sicuti heri quidam mugnerius molendinorum civitati pertinencium (heri) acriter vulneravit dominum Blasium de Crosa, et ea causa venit Bartholomeus, ejusdem d. Blasii frater, et requisit ut idem mugnerius caperetur pro ministranda justicia.

(*De Dolens.*) — Venit dominus procurator fisci et dixit heri per suos officarios captum fuisse dictum mugnerium licet esset post solis ortum, quem remisit vigilibus adducendum ad hanc Domum ville more sic fieri solito, cum esset post solis occasum, in presencia egregii Guilliermi du Duc, locumtenentis dicti domini vicedompni; et asseruit se primo manum in ipsum mugnerium apposuisse, et, adducendo, obviavit ipsi procuratori fisci, quem remisit in manibus vigillum, quem sibi nunc remicti peciit ducendum ad carceres Insule, ratione preventionis.

(7) Dictus mugnerius, Aymo Beatrisii nomine, fuit adductus in conspectu

<sup>1</sup> *Lisez: factis.*

nobilium sindicorum et fuit interrogatus quis primo super eum manum apposuit dum fuit captus: an officarii episcopales, an vero dictus Ducis. Dicit quod [A]med. de Becio, dictus communi vulgo le Goctrouz, serviens episcopalis, primus manum in eum apposuit, et inde venit dictus Bartholomeus de Crosa, qui contra ipsum loquentem partem fecit, et gerebat idem de Crosa ensem quem in eum evaginare voluit et temptavit percutere; et dum eum duceret, supervenit egregius Ducis, cum suis officariis. Fuerunt missi ad reverendum dominum vicarium, tam occasione dicti mugnerii quam alterius detenti, nobiles Fornerat et Monte; et illi narrarunt que gesta fuerunt et eciam reffutatio[nem] quam faciebat dominus vicedompnus de non recipiendo manibus nobilium sindicorum illum primo detentum; et dixit eis ut uterque ipsorum donec post prandium [custodiatur] et, sumpto prandio, congregaret consilium episcopale et, celebrato, refferat ipsis nobilibus sindicis conclusionem.

(*De mugnerio.*) — Factis remonstrationibus per dominos syndicos et consilium et, explicata responsione mugnerii, qui dixit quod officarii episcopales in ejus captura fuerunt primi et eciam antiqua consuetudine in hac civitate ab omni evo observata, videlicet quod primo apponens manus in talibus illi remictitur detentus, fuit contentus quod idem mugnerius remictatur procuratori fisci, quod et factum fuit.

De muliere detenta in domo episcopali quam torserunt officarii episcopales, faciant domini syndici querelam contra fiscum ut illam remictat in consilio episcopali.

*Martis xxiiij februarii.* — Fonte, Richardet, Fornerat, de Monte; — Danel, Bovier, Curt, de Rippa, Castronovo, Megex, Nergua, Guilliet, Carrerii, Tissocti, Bona.

(*De remissione detenti.*) — Exposuit nobilis Fonte, consindicus, sicuti ipse et ceteri domini syndici exactam fecerunt diligenciam de reperiendo dominum vicedompnum ut illi remicterent detentum in hac Domo, quem minime reperire potuerunt. Qua sic facta diligencia, vocarunt ad se commentariensem carcerum episcopalium ne redarguerentur de carceribus privatis, cum remiserunt Jacobum Foy in custodiam, Parisiensem, donec de eo ministrata justicia, et de hiis pecierunt testimoniales per notarium hic apportatas.

Secundo exposuit sicuti iverunt ad consilium episcopale et pecierunt reparacionem fieri per dominum procuratorem fiscalem de indebita captione mulieris detente, quam pecierunt sibi remicti, et contra eum fuerunt protestati.

(*De requisicione per syndicos domino vicedompno facta.*) — De ipso detento vadant iterum domini syndici ad dominum vicedompnum et dicant illi si vult insistere formacioni processus ipsius Parisiensis detenti. Et ita requiratur de instanciam more solito contra crimosum facere, et pariter requi-

rant illum et dicant illi quod illum accipiat a commentariense episcopali et ducat ad castrum Insule, et de omnibus petant testimoniales quemadmodum per eos non stat quominus de eodem detento ministrent justiciam, dummodo ipse dominus vicedompnus instet more solito aut ministret locumtenentem; et gesta refferant et communicent episcopali consilio, et inde quid gestum fuerit in illo hic refferant.

(8) (*De muliere detenta.*) — De muliere detenta in eadem domo episcopali, instetur totis viribus illam haberi et condignam de indebita captione reparationem fieri.

*Eadem die Martis xxiiij februarii, post prandium.* — Fonte, Richardet, Fornerat, Monte; — Ramel, Orsieres, Bovier, Navis, Curt, Jo. Fabri, de Rippa, Boysson, Plonjon, Guilliet, Jo. Philippi, Castronovo, Bona.

(*De detento.*) — Exposuit nobilis Fonte, consindicus, sicuti hodie, insequendo onus datum in consilio hod[ie] et ordinario, ipse et ejus socii domini sindici iverunt ad dominum vicedompnum, quem in Burgoforis reperierunt ante domum Jacobi Frojon, cui intimarunt et dixerunt ut vellet recipere illum detentum in domo episcopali, Parisiensem crimosum, et ducere ad carcerem Insule et ibidem, suum officium exercendo, instaret ut de eodem detento debita ministraretur justicia. Qui dominus vicedompnus respondit quod, licet hiis diebus recusasset recipere ipsum detentum, ita precipiente illustrissimo duce et sibi prohibitione facta per eum, dixit quod illum reciperet, et tandem post hec, certo temporis intervallo, venit ipse d. vicedompnus ad ipsum n. Fonte, dixit quod illum non reciperet nisi illum reciperet ante Domum civitatis. Cui replicavit idem Fonte quod amplius non est in Domo ville sed fuit traditus commentariensi episcopali ne(c) impugnaretur ipsum fecisse carceres privatos, et quod, dum erat in eorum manibus, ipsum tradere voluerunt ipsi domino vicedompno, qui recusavit. Fuit conclusum quod d. sindici iterum vadant ad ipsum dominum vicedompnum et iterum dicant ipsi et illum requirant ut detentum in Insula recipiat et ducat ad carceres Insule, et ibidem instet ipse dominus vicedompnus vel ministret locumtenentem, et se obtulerunt facere bonam justiciam; et sumant de omnibus testimoniales. Et si recuset, vadant ad dominum Sancti Sorlini et ei omnia pretextu detenti gesta enarrent et requirant eum quod velit, horum pretextu, congregare consilium episcopale. Que premissa dixit dictus dominus vicedompnus circa horam nonam ante domum Jacobi Frojon, presentibus ipso Guillermo Danelli et pluribus aliis.

*Veneris xxvj februarii.* — Fonte, Richardet, de Monte; — Orseries, Navis, Curt, de Rippa, Hugonis, Berterat, Castronovo, Migerandi, Frojon, Megex, Plonjon, Leta, Carrerii, Tissocti, Bona, Guilliet.

(*Relacio B. Hugonis, occasione negotii n. P. Gay.*) — Honorabilis Besansonus Hugonis retulit dixisse Petro Gay vidisse negotia sua pretextu peccu-

niarum que ab eo petuntur et labores quos extimat supportasse longo tempore, que eo modo quo dederat sibi intelligere non reperit et quod jam de facto suo conclusum fuit et datum xxv ff. pro ejus penis extraordinariis et illud donum non posse augeri nec ampliari sine generali consilio. Qui Petrus Gay sibi respondit quod postquam nolebant in hac Domo aliud facere, quod rescriberet illu. et reverendissimo domino nostro episcopo, et ita retulit idem Hugonis quod consilium ordinarium non poterat augere summam predictam, in presencia n. P. de Orseriis, conarbitri.

(9) (*De auditoribus computorum.*) — De auditoribus computorum scilicet Nergua, Rosseti, Danelli loco Monte, ponitur et deputatur et adjungitur cum eis Jo. Ballard.

(*De P. Gay.*) — De Petro Gay, expectetur Guiliermus Danelli, qui cum aliis refferat et, relato, fiet pronunciatio.

De communibus et itinere de Passu de Lamandollier, visitentur et reparentur; et quoad concernit dictum iter, cogantur habentes possessiones econtra ipsam viam ad reparandum ipsum iter econtra ipsorum possessiones.

(*De bollongeriis.*) — De bollongeriis, insequendo statuta vetera, faciant panem trium denariorum, sex denariorum, duorum quartorum, unius grossi et sex quartorum, et fiat exprobatio.

(*De pessoneriis.*) — De pessoneriis, observentur cride et fiat exequutio per syndicos.

(*De Reymondo de Ponte.*) — De Reymondo de Ponte, faciat ducalem salvam gardiam et rescribatur domino baillivo in bona forma.

(*De centum ff.*) — De centum florenis debitis per Ludovicum Gauterii, compellatur ad solvendum.

(*De discolis scolaribus.*) — De discolis scolaribus, capiantur rebelles et ad obediendum magistro magno cogantur.

*Dominico penultima februarii.* — Fonte, Richardet, Fornerat, Monte; — H. Fabri, Cartellier, Bovier, Navis, Curt, Jo. Fabri, Nergua, Plonjon, Carrerii, Castronovo.

(*De detento.*) — Exposuit nobilis Fonte sicuti Veneris lapsa, ipso et nobililus sindicis existentibus in Insula ad formandum processum contra detentum Parisiensem, supervenit n. castellanus Gaii, qui asseruit eundem detentum et ejus complicem captos fuisse infra baroniam Gaii per officarios episcopales, quem peccit sibi remicti transvehendum ad opidum et castrum Gaii; a quo ipsi nobiles sindici pecierunt edoceri de assertis et si quas haberet informaciones illas sibi demonstraret visitandas. Tamen nullas tunc ministravit informaciones usque hodie et eciam narravit quemadmodum dictus LeBaux et Rolandus se retraxerant ab eorum denunciacione et, ut intellexerunt, ipsi Rolandus et Baud satisfecerunt de expensis carceris. Fuit conclusum quod, ex quo ipsi detenti non fuerunt capti per dominos syndicos

nec etiam adhuc illos sibi remissos per dominum vicedompnum, dicatur ipsi domino vicedompno quod faciat ut sibi videbitur, etiam procuratori fiscali.

(10) *Lune ultima februaryi*, in stupa domus Fratrum Minorum. — Fonte, Richardet, Fornerat, (Fonte) [Monte]; — Montion, Cartellier, Nergua, Navis, Curt, Tissocci, Malbosson, H. Fabri, B. Hugonis, Jo. Taccon, Carrerii, Megex, de Rippa, Castronovo, Bona, Leta, Plonjon, Frojon, Jo. Fabri, Jo. Boysson.

(*De insultu facto n. Fonte, consindico.*) — Exposuit nobilis Fonte sicuti heri, circa septimam horam de nocte, ibidem se reperit quidam dictus Fontanel, civis Gebenn., associatus tribus aut quatuor suis complicibus; temptarunt intrare ejus domum dum ab ea exiret dominus Johannes Evrardi, quem ad cenam secum invitaverat, sed filiaster suus illico portam clausit, et, clausa, misit clericum suum ad vigilles ut venirent in ejus auxilium, et dum iret idem Fontanel deridendo clamabat: « de Fonte vien aut conseil », illud dictum pluries reiterando. Et dum ibidem essent vigilles, et tres qui iverant per retro Sanctum Germanum ceperunt dicere, presertim dictus Maget, vigil, cepit dicere, : « ouy dea ! qu'il viendra au conseil », et se appropinquando idem Fontanelli et ejus complices irruerunt in ipsos vigilles; tamen ipsi vigilles dederunt ex suis alabardis supra brachium ipsius Fontanelli, quod<sup>1</sup> cecidit in terram, etiam ejus vestis quam in suo brachio appensate involverat, etiam ejus boneto<sup>2</sup>, et inde auffugerat. Post hec vero ipse Fonte precepit ipsis vigilibus ut velociter irent hostiatim querere alios duos syndicos cum consulibus; et dum irent, inter ceteros Gladius Gay et Andreas Manget, obviarunt in Magno Macello dicto Fontanel et ejus complicibus, quibus tunc nullum dixerunt verbum, et ambulando, dum fuit idem Gladius qui tunc lucernam portabat, insequuti fuerunt eum; et dum se reverteret e contra ipsos, idem Fontanel irruit in eundem Gladium tenendo rapperiam suam evaginatum et ex ea ipsum Gladium in capite letaliter vulneravit. Que opera facti sunt omni juris equitati exosa; unde ut persona sua per tales non male tractetur, requisivit remedium dari quo sit securius et refrenetur malum propositum dicti Fontanelli et ejus complicium. Resolutio consilii fuit quod sumantur informaciones per secretarium fiscalem et inde se dirigant ipsi domini syndici ad consilium episcopale, et quid in illo conclusum fuerit faciant domini syndici.

(*Martis prima marci.*) — Fonte, Richardet, Fornerat, Monte; — Orseries, Montion, Jo. Taccon, Curt, de Rippa, Cartellier, Megex, Nergua, Plonjon, Carrerii, Tissocci, Castronovo, Bona.

(11) (*Juramentum.*) — Juraverunt P. Gervasii, Amedeus Tornerii de bene

<sup>1</sup> Lisez: qui.

<sup>2</sup> Lisez: bonetus.

utendo et neminem opprimendo, et pisces infectos abstergendo. Juravit P. Paqueti officium exercere, et si dentur sibi pisces, illos accipiet quotquot fuerint.

(*De de Fonte.*) — Exposuit nobilis Fonte se cum suis sodalibus ivisse heri ad consilium episcopale, apud quos lamentaciones emisit de opprobrio sibi facto et offensa per dictum Fontanelli et de enervacione jurisdictionis et auctoritatis presulis nostri, quemadmodum in consilio ordinario jam exposuit. Fuit in eodem consilio [conclusum] quod irent ipsi domini syndici ad illu. dominum ducem ad sciendum si ille Fontanelli est ejus servitor vel ne; quod et fecerunt et enarraverunt invasionem sibi factam, cui ministravit duplum informacionum et narravit quod non audebat exire domum suam metu ipsius Fontanelli [et] ejus complicium, metuendo ab eodem Fontanelli interfici, sicuti jam unum in civitate Thaurini interfecit; quo tunc prefatus illu. d. dux dixit quod non sibi serviebat de aliquo homicida et quod eundem Fonte tenebat securum, sic quod ipse Fontanelli nec alii sibi nullum exinde facerent malum.

De vigille vulnerato, dentur illi tres ff. et fiat mandatum. — (*Habet.*)

De macellariis, petantur ad cras et inde fiat relacio Veneris.

(*De revenditricibus.*) — De revenditricibus, observentur cride.

(*De Paquet.*) — De P. Paquet, privatur ab officio visitatoris piscium actentis themerario juramento et aud[acia] infrenata.

*Mercuri secunda marci.* — Fonte, Richardet, Fornerat, Monte.

Nomina macellariorum petitorum qui comparuerunt :

Primo Petrus de Casalibus, Petrus Gardet, Borsacti, Belexert, P. Pastoris, P. Jacobi, Franciscus de Planchia, Colletus Mermodi, Franciscus Golliet, Jo. Collombi, P. Sermodi, G. de Ponte, Jullianus Ricouz, Jullianus Bergerat, Briganton, Sermodus Chambet.

(*De macellariis.*) — Proposuit nobilis Fonte quod populo instante sollicitati fuerunt de ipsos macellarios appellando et ea causa fuerunt appellati. Dixitque ulterius prefatus Fonte quod habebat onus eis dicendi si velint servire in arte bocherie scilicet bonis et decentibus carnibus, ut fuit anno novissime lapso dictum et conclusum, videlicet toto anno isto durante, dare libram carniū boum et vacharum pro libris fortibus, reservatis bobus pinguibus, libram mutonis hinc ad festum Ascensionis pro octo denariis et ex tunc usque ad Nativitatem Domini pro septem denariis, et ex tunc usque ad carnisprivium pro viij denariis, et carnes porcinales choequando carnibus mutonalibus; et sic advideant inter se et se retrahant in magna aula et statim nobis refferant. Quiquidem macellarii, habita consultacione inter se ipsos, responderunt quod defectu non vendicionis suarum pellium non posse bonum dare responsum in tam brevi tempore (dare) donec illis venditis et nisi aliter manuteneantur. Quibus replicavit prefatus Fonte quod si sciant aliquem ex consulibus quem velint allegare

suspectum, illum nominent, ut omnis tollatur suspicio; et si habeant ipsum suspectum, non (12) se reperiet dum eorum tractabitur negotium; et in hoc bene advertant quoniam consilium providebit. Macellarii ipsi pecierunt sibi dari bonum terminum ut possint bonum advisamentum habere. Et paulo post hec, habita inter se conferencia, retulerunt et responderunt, organo P. Rosseti, sic non possint dare bonum responsum donec tenta nundina Montis Regalis. Que omnia hec communicentur consiliis ordinario et quinquagenario.

*Jovis quarta [tercia] dicti mensis.* — Qui supra nobiles sindici.

(*De de Porta.*) — Iverunt ad predium de Porta quod est extra portam Sancti Christofori et ibidem reperto Francisco Colliardi, de Herchant, habitatore Gebenn., parrochie Sancti Leodegarii, fuit cum juramento interrogatus, qui elevavit litem sive terminum et illum a suo solito loco amovit; dicit quod dictus terminus sive limes [per se fuit amotus] in faciendo preysonam, quem relevavit.

Domini sindici prohibuerunt in Cresto Sancti Laurentii Amedeo Porterii, servitori dicti Porta, ne eandem arenam<sup>1</sup> super communibus ulterius habeat charreare, sed illam exeat per portam. Presentibus n. Girardino de Rippa et Guilliermo Danelli, Michaelae Nergua, Aymone Pilliat, de Meynier, et Guilliermo Marva, testibus.

*Jovis 3<sup>a</sup> marcii.* — Fonte, Richardet, Fornerat, Monte; — Frojon, Nergua, Plonjon, Leta, Tissocci, Pensabini, Bona, Orseres, H. Fabri, Danel, Jo. Tacconis, Jo. Fabri, Jo. Philippi, de Rippa, Boysson, Carrerii.

(*De vigille.*) — Quia egregius Fonte exposuit e. Guilierrum Ducis, secretarium vicedompnatus, [dixisse] quod ulterius non vult procedere ad sumptionem informacionum, quoniam illu. dominus dux vult et intendit quod sumantur informaciones per procuratorem fiscalem Chamberiaci, occasione insultus facti in ejus domo et in vigillum. Secundo exposuit quod vigil fuit vulneratus et querimoniam fecit, nec ullam consequitur justiciam. Super quo fuit conclusum quod si Ducis nolit sumere informaciones, vadant domini sindici ad r. d. vicarium et instetur celebrari consilium episcopale et vocari dominum Sancti Sorlini, et omnia hec exponant in ipso consilio et fiat talis instancia quod justicie locus sit.

(*De veste.*) — De veste pertinente dicto Joachym, si recognoscet illam esse suam, illa ei restituatur.

*Veneris quarta marcii*, in conventu Fratrum Minorum. — Fonte, Richardet, Fornerat, Monte; — Monthion, Orseries, Cartellier, Danel, Nergua, Bovier, Curt, Ramel, Plonjon, Tissocci, de Rippa, Pensabini, Jo. Fabri, Boysson, Leta, Castronovo, Carrerii, Bona.

<sup>1</sup> Lisez: arenam.

(*De P. Gay.*) — Nerga et Danel refferunt ut ceteri de negotio P. Gay et quod pena extraordinaria non excedit penam ordinariam. Et sic vocetur ad Martis.

(13) (*De differencia n. Fonte.*) — N. Fonte protestatus fuit quod per quodcumque appunctuamentum quod faciat non intendit prejudicare interesse et auctoritati illu. et reverendissimi domini nostri episcopi et principis Gebenn. Dixitque idem nobilis Fonte se intellexisse reverendissimum dominum episcopum Mauriane habere onus ab illustrissimo domino duce de ipsum cum Fontanelli et Joachimo concordando, cum domino de Musinens et domino vicedompno.

(*De macellariis.*) — De macellariis, remictuntur ad Martis, et interim habeatur relatio ab eis si vel ne velint servire ut in precedente consilio; et inde illa communice[n]tur consilio ordinario.

(*N. de Porta.*) — De de Porta, qui themerarie a communibus extraxit arenam et fecit iter super communibus, injungatur fiscus contra eum, et instetur.

(*De bancho S. Gervasii.*) — De bancho Sancti Gervasii, exequatur relaxatio, et disruatur.

*Lune septima marcii.* — Fonte, Fornerat, Monte; — G. de Ponte, Bellexert, Gardet, P. Rosset, A. Comitis, G. Salterii, Franciscus Golliet, P. Sermodi, P. Pastoris, Glaudius Luppi, Jo. Losserii, P. Jacobi, Ja. de Gerdili, Colletus Mermodi, Borsacti.

(*De macellariis.*) — Fuerunt supradicti macellarii interrogati si velint servire civitati ad formam edicti suprascripti et cridis anno retro proxime fluxu factis; responderunt, organo P. Rosset, se non posse dare responsum donec tentis nundinis.

*Martis viij marcii.* — Fonte, Richardet, Fornerat, de Monte; — Orsieres, Montyon, Cartellier, Fabri, Curt, Baudi, de Rippa, Megex, Frojon, Plonjon, Lestelley, Pensabini, Migerandi, Tissocci, Leta.

De paupere muliere vidua a qua petebatur residuum borgesie sui viri, revocetur monicio licet non satisfecerit, que vocatur relicta Minjod.

(*Visitacio domorum P. Charavelli et aliorum.*) — Commictitur iterum visitacio domus P. Charavelli et aliarum circonvicinarum operariis et juratis civitatis.

(*Pronunciatio.*) — Commendabilis Franciscus Cartellierii, Franciscus Auberti, Aymo Levet, tutor liberorum Francisci Clementis, et Petrus Levet, contutor, et Glaudius Clementis promiserunt stare ordinationi dominorum sindicorum et consilii. Qui, visa relacione juratorum, domini sindici, in presencia juratorum, pronunciarunt ut in ea, quam partes acceptarunt infra unum mensem. — (*Levatum est.*)

(*De macellariis.*) — Venerunt macellarii subnominati, scilicet P. Rosset,

P. Gardet, Belexert, Pastoris, filius Veyron, Gerdi et Probi, coram quibus fuerunt reiterata verba per dictum n. Fonte, que heri fuerunt eis exposita, qui respondere noluerunt.

Relicta Mauricii Baudi, superseditur in exactione borgesie sui viri et fiat revocatio monicionis.

(*De appothecario civitatis.*) — Appothecarius de tribus mensibus in tres menses apportet librata in consilio.

(14) (*Contra de Porta pro communitate.*) — Exposuit n. Fonte sicuti de Porta, ibidem presens, sua auctoritate fecit novum iter super communi Cresti Sancti Laurentii et per illud extrahit arenam suam, sciditque pedem molaris Cresti in prejudicium civitatis, que erit causa demolicionis ipsius molaris; aliunde extra portam Sancti Christofori in constructione novi muri evulxit unum terminum quem plantavit seu plantari fecit per suos opperarios, non vocatis n. sindicis et juratis civitatis; fecitque idem Porta in communi unum grossum croctum, et magnam arenam in copioso numero que civitati pertinebat extrahi fecit, illam sibi indebite appropriando; et idem dixit quod non intendit in aliquo offendisse.

(*De macellariis.*) — De macellariis, petantur macellarii Longemale; si velint servire ad precia jam eis enarrata, admictentur. Similiter petantur alii macellarii, tam magni macelli quam || Longemale || Pontis Rodani, et similiter interrogentur si velint servire ad eadem precia jam eis enarrata, et querantur lictere contra macellarios et addantur addenda; et domini sindici alloquantur dominum Sancti Sorlini de modo alloquendi dominum ducem.

De communibus, visitentur.

*Mercuri nona marcii.* — Fonte, Richardet, Fornerat; — H. Fabri, Montyon, Megex, Danel, Cartellier, Curt, Jo. Fabri, Bovier, Baudi, Berterat, Migerandi, Dadaz, Plonjon, Nergua, Castronovo, Boysson, Taccon, Tissocci, de Rippa.

De rescribendo domino episcopo, mandetur lictera macellariorum per Albaleste cum missiva.

Quia nobilis Fonte proposuit se parte illustrissimi domini ducis petitum et tandem per magnum scutifferum dominum de Musinens sibi expositum quod illustrissimus dominus dux ipsum oneraverat ut diceret nobilibus sindicis quod reperire[n]t xiiij equos pro dominabus de proximo Chamberiacum recessuris, sive Annessiacum, fiat responsio quod fecerunt diligenciam de reperiendo equos sed reperire non potuerunt, ex quo habentes equos destinarunt eorum servitores super illis ad eorum negotia et sic non possunt reperiri.

*Veneris undecima marcii.* — Fonte, Richardet, Fornerat Monte; — Baudi, Montyon, Danel, de Rippa, Curt, B. Hugonis, Jo. Philippi, Migerandi, Plonjon, Carrerii, Nergua, de Bona, de Castronovo.

(*Relacio contra P. Gay.*) — Retulit Nycodus Berodi, vigil, ivisse ad P. Gay et illi dixisse quod domini sindici illum petebant ut veniret auditurus ordinacionem ferendam suo in negocio. Qui respondit occupatus negociis illu. d. episcopi pro pastilis illi mictendis, et illam quam facerent mandarent domino episcopo.

(*De servitore Reymondi de Ponte.*) — De servitore Reymondi de Ponte, cui presentavit licteram missam per civitatem, fuit interrogatus in presencia Guilliemi Ruffi, qui nescivit respondere quoniam illam non tradiderat. Item fuit interrogatus si tradiderit illam d. baillivo, respondit quod non sed unam aliam, actestante Reymondo de Ponte illam sibi tradisse servitori; et sic per omnia mendax repertus fuit.

(15) (*Servient macellarii.*) — P. Jacobi, Briganton, Franciscus Golliet, Franciscus de Planchia obtulerunt servire.

(*De causa Rossetorum.*) — De causa Rossetorum, mandent copiam eorum et fient eis servicia possibilia et favores sumptibus ipsorum.

(*De P. Gay.*) — De Petro Gay, alloquatur et ad Martis fiet quod fiendum erit.

(*De rescribendo domino episcopo.*) — De rescribendo domino, illi rescribatur.

(*De domino Levrerii.*) — De domino Levrerii, vadant domini sindici ad dominum vicarium et narrent querelam ipsius domini Levrerii et minas illatas in hospitem Ursi; et petatur in consilio episcopali domino<sup>1</sup> Sancti Sorlini, et requirant dominum vicarium quod illum peti faciat.

(*De fusta.*) — De fusta, visitetur et allocantur carpentatores et advertantur dominum vicarium quod infra missarum solemnias [proclamet] si qui fustam ceperint, illam restituant, alias fiet generalis monicio.

(15<sup>vo</sup>) *Sabacti xij marcii, de mane*<sup>2</sup>. — iij<sup>or</sup> sindici; — Baudi, Orseries, H. Fabri, Montion, Bovier, H. Pollier, Boysson, de Rippa, Jo. Fabri, Navis, B. Hugonis, Tho. Monachi, de Ponte, P. Fabri, Plantallex, Amedeus Gervasii, Curteti, G. Bochet, L. Roget, Amedeus Frojon, Megex, Plonjon, Leta, Carrerii, Malbosson, Bona, Nergua, (Megex,) Jo. Philippi.

Exposuit Fonte sicuti ab una hora citra fuit captus d. Amedeus Levrerii per nobiles domini ducis et ductus ad Palacium. Fuit conclusum ut advideatur de providendo meliori modo quo fieri poterit<sup>3</sup>.

(16) *Sabacti xij marcii, vesperorum.* — Fonte, Richardet, Fornerat; — Orseries, Fabri, Montion, Danel, Jo. Fabri, de Rippa, Migerandi, Megex, Ner-

<sup>1</sup> *Lisez:* dominus.

<sup>2</sup> Les procès-verbaux des deux séances du samedi 12 mars sont placés, dans le registre, après celui du dimanche 13.

<sup>3</sup> Sur l'arrestation et l'exécution d'Amé Lévrier, voir Bonivard (*Chroniques*, t. II, p. 220 et suiv.), suivant lequel il a été exécuté à Bonne le lendemain, dimanche de la Passion.

gua, Plonjon, Malbosson, Carrerii, Ma. Versonay, Pensabini, Castronovo, Tissocti.

(*Testimoniales occasione d. Levrerii.*) — Fuit testimonialis capta per nobiles syndicos ut de requisicione facta domino vicario ut congregaret consilium episcopale in quo exponeret novitatem factam hodie in personam domini Amedei Levrerii et de infractione franchiesiarum, et quod sunt onerati facere hujusmodi requisicionem de congr[eg]ando eodem episcopali consilio, ut intelligeret que essent fienda. Qui d. vicarius mandavit querere dominum de Vegio et dominum Grossi, sed ire recusarunt. De quibus premissis rursus pecierunt testimoniales ex quo distulit ire, presentibus Megex, Bovier, Frojon et pluribus aliis. Fuit conclusum domini syndici vadant cras hora octava quam captavit d. vicarius, et inde communicent in consilio ordinario que gesta fuerint.

De processionibus, requirantur fieri Lune et petantur tribus diebus et etiam conventus.

(15) *Dominico xiiij marcii.* — Fonte, Richardet, Fornerat, de Monte; — Orsieres, B. Hugonis, Danel, Boysson, Cartellier, Montyon, Curt, de Rippa, Tissocti, Migerandi, Megex, Frojon, Nergua, Guilliet, Malbosson, Carrerii, Pensabini, Castronovo, Plonjon.

(*D. de Vegio et d. Grossi.*) — Exposuit nobilis Fonte sicuti ipse et alii nobiles syndici, ejus socii, insequendo conclusionem iverunt ad reverendum dominum vicarium et eum rogaverunt ut congregaret consilium episcopale. Qui respondit quod triste ferebat et eum penitebat cur jam heri non iverunt ad illu. d. ducem; et tunc vocavit dominum de Vegio et dominum Grossi, et invicem loquuti fuerunt de eundo ad prefatum illu. d. ducem, supplicaruntque ipsi domini syndici ipsi r. d. vicario graciosas faceret remonstraciones ipsi domino duci de indebita captione prefati domini Levrerii et de fractione franchiesiarum et libertatum hujus civitatis; sed ex quo alii duo domini de consilio noluerunt ire, idem dominus vicarius recusavit ire sed eos remisit ad hodie, ad octavam horam de mane.

(*De d. Levrerii et jurisdictione.*) — Secundo exposuit quod reverendissimus dominus Mauriane est bonus amicus hujus civitatis. Illum rogarunt ut ire vellet ad prefatum illu. dominum ducem et operam daret ut liberaretur idem dominus Levrerii; qui dominus Mauriane se obtulit quecunque servicia et obsequia sibi possibilia eidem civitati impendere; et ivit et inde revenit, et ipsos vocavit syndicos et eis enarravit se intellexisse quod si domini syndici velint facere supplicaciones eidem illu. domino duci pro eodem domino Amedeo et confiteri se esse subdictos ipsius illustrissimi domini ducis, quod de facili obtinebitur indulgentia et relaxacio ipsius domini Amedei.

Tandem, ante ingressum consilii, fuerunt missi (per) ad prefatum reverendissimum dominum Mauriane ipsi domini syndici quod ipsi darent intelligere quomodo si domini syndici confiterentur se esse subdictos ipsius domini

ducis, ista possent parte celsitudinis in scripturam indelibilem redire, et sic contravenirent eorum presuli et principi episcopo. Super quibus fuit conclusum vadant domini syndici ad dominum vicarium et requirant eum quod vadat ad prefatum illustrissimum dominum ducem et faciat remonstraciones debitas quod franchisesie remaneant illese et ipse illu. d. episcopus cont[en]t[ur].

Trenchent venit et plantum fecit sicuti semper minatur per illos Fontanelli et Joachim, sic quod non audet per civitatem ire; unde requisit remedium apponi.

(16 vº) *Martis xv marcii.* — Fonte, Richardet, Fornerat, Monte; — Orseries, Cartellier, H. Fabri, Navis, Curt, de Rippa, Berteracti, Guilliet, Migerandi, Megex, Nergua, Tissocti, Carrerii, Pensabini, Bona, Castronovo.

(*De rescribendo d. episcopo.*) — De rescribendo domino, dicatur domino vicario quod illum advertat de gestis in quibus fuit presens et rescribat.

(*De domino Lustriaci.*) — De domino Lustriaci, discretioni dominorum syndicorum, et albergent quod sibi visum fuerit de communibus, dummodo introgium tradat pro fiendis et reparandis muris scoriatorie.

De Rosseti, consultant peritos et refferatur hic in consilio.

*Veneris xviii marcii.* — Fonte, Richardet, Fornerat, Monte; — Orsiere, Danel, Curt, Bovier, Carrerii, Nergua, Plonjon, Migerandi, Leta, Tissocti, Pensabini, Bona.

(*Recepit Carrerii.*)

(17) (*De nemoribus forrerii.*) — De nemoribus forrerii Levrerat, petat illa in domo ducali et alloquatur illu. d. ducem.

(*De P. Gay.*) — De Petro Gay, supersedeatur usque post Pascha.

(*De licteris missis d. episcopo.*) — De licteris missis reverendissimo domino nostro, dentur duo scuti scutifero.

(*De macellariis.*) — De macellariis, remictitur ad aliud consilium.

(*De libro hospitalis pestilencialis.*) — Johannes Bovier deportavit secum librum hospitalis pestilencialis tradendum n. Perrino Peyrolerii.

(*De borgesias.*) — Quia reperitur Johannes Romani creatus burgensis die xxvj januarii millesimo quingentesimo xxiiij [xxiv], qui jam de anno millesimo quingentesimo xxj, sub nomine Johannis Cochet, fuerat creatus<sup>1</sup>, mandatur cancellari a secunda borgesias mediante prima in suo esse et detrahantur ultimi octo floreni; et fiat mandatum thesaurario de intretis xiiij gr. per eum super ultima borgesias solutorum. — (*Mandatum.*)

(*Macellarii.*) — Jullianus Ricouz, Borsacti, Gardet, Bernardus Probi, Mermetus Volland. Hii promiserunt et se obtulerunt servire.

<sup>1</sup> Voir ci-dessus, p. 33 et 257.

*Martis xxij marcii.* — Fonte, Richardet, Fornerat, de Monte; — Orseries, Danel, Navis, Curt, de Rippa, Castronovo, Migerandi, Megex, Nergua, Plonjon, Leta, Carrerii, Tissocti, Bona, Pensabini.

Fiat mandatum duorum ff. marescallo puthei Sancti Leodegarii. — (*Mandatum habet.*)

(*Visitacio illu. d. duci.*) — Exposuit nobilis Fonte sicuti ipse et ceteri domini syndici iverunt ad illustrissimum dominum ducem, eo quod intellexerunt ejus recessum, qui eis dixit quod volebat quod ipse et dominus episcopus observent franchises et quod si possit aliqua pro civitate, faciet.

Dentur tres ff. pro barbitonsore Glaudio. — (*Mandatum habet.*)

(*De d. de capitulo.*) — De dominis de capitulo volentibus habere certa jura, fiant remonstraciones quod non receperunt et quod ex semet ipsis non debent tradere contra principem sine mandato.

(*De domino Bellicii.*) — De vino domini Bellicii, si Badelli sit admodiarius, solvat gabellam.

(*De d. vicedompno.*) — De domino vicedompno quoad vinum, remaneat pro nunc.

(18) *Jovis xxiiij marcii*, loco Veneris. — Fonte, Monte; — Orseries, Cartellier, Danel, Navis, Curt, Jo. Fabri, de Rippa, Megex, Plonjon, Leta.

(*De macellariis.*) — Exposuit n. Fonte sicuti macellarii Longemale se obtulerunt servire, eciam aliqui macelli superioris, et eciam illi pontis Rodani. Fuit conclusum quod in principio matac[ionis] carniū, vadant domini syndici ad macellarios et precipiant eis quod serviant juxta oblata, nec taxentur boves pingues ultra sex denarios pro singula libra; et advertant dominum vicarium quod paciatur illos compellere, et fiat crida que superseatur per xv dies.

*Martis xxix marcii.* — Fonte, Richardet, Fornerat, Monte; — Montyon, Danel, Orseries, Cartellier, Bovier, Navis, Jo. Fabri, de Rippa, Boysson, Curt, Migerandi, Plonjon, Megex, Lestelley, Tissocti, Carrerii, Bona, Pensabini, Leta, M. Versonex.

(*Lictere macellarie.*) — Fuit apportata missiva cum lictoris macellarie concessis contra macellarios, rivenditores et patisserios, que lecte<sup>1</sup>.

Jullianus Bergerat petitus confessus fuit ven[di]disse carnes bovinales ad vij denarios, taxate ad sex denarios, et mogiam ad quinque.

De canali Monaton, alloquatur graciosè Monaton ut tollat, cum sit dampnosa.

De visitacione communium, visitentur ut cicius fieri poterit, et petantur consilliarii.

<sup>1</sup> Lettre patente de l'évêque Pierre de La Baume, datée du 22 mars 1524, autorisant les syndics à prendre des mesures contre ceux qui exercent ces métiers (P. H., n° 941). Voir aussi la crie du 5 avril 1524, *Reg. des publications*, I, p. 15-16.

De Petro Gay, petatur ad Veneris cum comminacione quod procedetur. De Bergerat, pro nunc indulgeatur.

(*De macellariis.*) — De macellariis, vocentur per syndicos et fiat remo[n]stracio et exortacio comminative ad mactandum et vendendum carnes, quod si non pareant privabuntur borgesia, communibus et arte ipsorum.

*Jovis ultima marcii.*

In Domo civitatis macellarii subscripti comparuerunt, coram Fonte et de Monte, syndicis: Petrus Rosset, Jacobus Comitis, Glaudius de Ponte, Jullianus Bergerat, Johannes Coste, Sermodus de Chambet.

Fuerunt interrogati qui supra, pro quibus Petrus Rosseti dixit quod pro nunc nesciret respondere, et crastina die se offert facere responsum.

Ceteri nichil voluerunt respondere nec responsum facere.

(19) *Veneris prima aprilis.* — Fonte, Richardet, Fornerat, Monte; — Orseries, H. Fabri, Cartellier, Lestelley, Navis, Curt, Dadaz, Berterat, Castronovo, Migerandi, Megex, Frojon, Nergua, Plonjon, Leta, Tissocti, Carrerii, Pensabini, Bona.

(*De lictoris macellari[e].*) — Exposuit nobilis Fonte sicuti ipse et n. Monte, consindicus, iverunt heri ad consilium episcopale et presentaverunt licteras concessas in eodem per illu. d. nostrum episcopum contra macellarios et alios etc.; et illas requisierunt observari et a dorso illarum licteras de « parati obedire mandatis » mandari describi per secretarium episcopalem sive judicem excessuum. Qui domini de consilio, scilicet d. vicarius, d. judex excessuum, dominus procurator fiscalis, dixerunt quod volebant invicem conferre de modo agendi et fecerunt exire dominos syndicos; et tandem illos peti fecerunt, et quod eis responsum darent; tamen ipsi domini de consilio responsum dederunt, organo domini vicarii, pro nunc non acceptabant illas nec illis contradicebant, et sic agerent ut vellent et se juvarent illis donec alio habito in mandatis a prelibato reverendissimo d. episcopo, et quod bene mandaverant ad prefatum dominum nostrum pro illis lictoris et non pro aliis negociis. De quibus pecierat testimoniales.

(*Quictancia n. Lud. de Lestelley.*) — Domini syndici quictaverunt nobilem Ludovicum de Lestelley de iiij<sup>c</sup> ff., pro quibus vendidit procuratori pissidis xx<sup>ti</sup> ff. annuales a toto tempore preterito usque in diem presentem. — (*R. est.*)

(*Exempcio ad opus n. sindicorum.*) — Equidem e. Berteracti, actenta vendicione facta per Lestelley, eximit dominos syndicos et communitatem a xx<sup>ti</sup> ff. annualibus et iiij<sup>c</sup> ff. in exoneracionem cense et capitalis debiti. — (*R<sup>ta</sup> est.*)

(*Inhibicio.*) — Fuit prohibitum Amedeo Girardi ne procederet ad opera facti contra Henricum Gule, sub pena juris etc.

(*Compromissum.*) — Hiidem Amedeus Girardi [et Henricus Gule] super eorum differentiis promiserunt stare ordinacioni, videlicet dictus Amedeus Girardi eligit Hugoninum Fabri et Cartellier, et dictus Henricus Gule eligit Nantermetum Tissocti et n. Bernardum Boulet, videlicet Amedeus suo [nomine] et conjunctim ejus uxoris, filie Petri Cornaz. Et promiserunt stare ordinacioni ipsorum et nobilium sindicorum mediacioni, sub pena quinquaginta scutorum auri regis ad solem per partem etc. Renunciantes litibus et causis et omnibus appellacionibus, arbitramentis et mediacionibus, que ordinacio, mediacio per eos arbitros possint pronunciari, partibus et arbitris presentibus vel absentibus, in majori et pociori forma, ut in minuta ad partem facta. — (*R<sup>a</sup> est alibi.*)

De licteris, rescribatur domino.

De P. Gervasii et Tornerii, solvantur cuilibet unus scutus auri solis.

(*De P. Gay.*) — De Petro Gay, actenta relacione condempnatur ad solvendum pecunias per eum debitas occasione officii thesaurarii civitatis, detractis xxv ff. pro sallario et aliis xxv pro extraordinario, et declaravit ipsum Petrum debere et teneri communitati.

De Biolesii, maneat et non vadat Sallanchiam.

Dentur Tierri xvij solidi debiti ex gabella carnum, amore Dei.

*Eadem die, post prandium.* — Richardet, Fornerat, de Monte; — Bovier, Jo. Fabri, Frojon, Leta, Curt, Migerandi, Navis, Cartellier, Dadaz, Nergua, Guilliet, Carrerii, Pensabini, Tissocti, de Castronovo.

De eligendo alium pro eundo apud dominum nostrum episcopum, fuit conclusum quod non rescribatur.

(20) *Martis quinta aprilis.* — Fonte, Richardet, Fornerat, Monte; — H. Fabri, Cartellier, Navis, Curt, Jo. Fabri, de Rippa, Boysson, Lestelley, Migerandi, Frojon, Nergua, Guilliet, Carrerii, Pensabini, Megex, Leta, Tissocti, Bona.

(*De relicta Perrini.*) — De relicta Perrini, vocetur hic et ejus procurator, et, insequendo conclusionem, si procurator, ea presente, dicat eandem offendisse que dicet procurator, sit quicta; si minus solvat quinque ff. applicandos hospitali.

(*De rescribendo d. episcopo.*) — De rescribendo domino episcopo, adeatur persona domini Sancti Sorlini, et dentur sibi intelligi lictere macellarie sive contra macellarios et patisserios ac revenditores, rogando eum ut conspirata per bocherios illa suffosa remaneant<sup>1</sup>.

Fiat mandatum Petro de Quercu, alias Pollet, mugnerio, de xv ff. et decem solidis, sibi debitis ut in libro. — (*Mandatum habet.*)

<sup>1</sup> Voir la crie de ce jour, relative aux bouchers, pâtisseries et revendeurs (*Livre des publications*, n° 1, fol. 15).

*Eadem die.* — iii<sup>or</sup> sindici; — Baudi, Orseres, H. Fabri, Montion, Navis, Curt, Jo. Fabri, Dadaz, Migerandi, Lestelley, Nergua, Tissocti, Pensabini, Bona, Megex, Plonjon.

Exposuit n. Fonte sicuti receptis licteris fuit conclusum in uno consilio ut rescriberetur et mandaretur ambassiata cum instructionibus; et fuit electus nobilis Bernardus de Monte, consindicus, qui inde, post electionem, recusavit, sic quod post prandium fuit hoc congregatum consilium in quo fuit conclusum quod irent ad dominum Sancti Sorlini, qui dixit quod pretendebat ire et receperat licteram missivam a domino episcopo, qui mirabatur ex quo eum non adverterant de hiis que occurrerunt.

2<sup>o</sup> Exposuit quod dominus Lanternerii et prior confratrie Domine Nostre Pontis Rodani faciendi [sunt] inter duas ogevas gradum ad eundum ad edificium nemoreum et quod dentur sex lapides mediante pecunia pro faciando ipsam portam. Visitetur locus et, si aptus, fiat.

Fuit electus n. Stephanus de Mara pro eundo apud dominum episcopum, qui fecit legitimas excusaciones.

*Mercuri vj aprilis.* — Fonte, Richardet, Fornerat, Monte; — Orseries, Navis, Curt, Jo. Fabri, de Rippa, Boysson, Frojon, Leta, Guilliet, Carrerii, Tissocti, Malbosson, Pensabini, Castronovo.

(*De domino Sancti Sorlini et rescribendo domino nostro.*) — Exposuit n. Antonius de Fonte, consindicus, sicuti ipse [et] ejus socii domini sindici heri iverunt ad magnificum dominum Sancti Sorlini et illi enarrarunt conclusionem consilii feceruntque humilles requestas apud illum ut, postquam peregre profici[ci]sci intendit ad illu. et reverendissimum dominum episcopum et principem Gebenn., veluti<sup>1</sup> communitatem Gebenn. et eos excusatos habere de accedendo ad eum, et illi presentarunt unam missivam quam placeret ipsi illu. et reverendissimo domino nostro episcopo presentare, se paratos offerentes semper jussibus et mandatis prelibati illu. et reverendissimi domini nostri episcopi et principis juxta vires obedire et illi adherere (21) ut tenentur. Qui quidem dominus Sancti Sorlini, auditis preenarratis aliquantulum iratus, recusavit recipere eandem missivam et eis dixit quod si se disjungerent a suo principe, multas ducali ex parte paterentur molestias et angariationes, et pariter ab ipso domino episcopo. — (*Ex auditu principis declaratio consillii fiebat.*) — Et ulterius dixit quod ea que dicebantur in consilio civitatis, illa manifestabantur illustrissimo domino duci prefato, prout ita ab eodem illustrissimo domino duce intellexerat<sup>2</sup>.

(*Electio.*) — Post hec fuerunt iterum electi Monte et Carrerii.

<sup>1</sup> *Lisez*: velit.

<sup>2</sup> Dès le 31 octobre 1523 (E. A., t. IV 1 a, p. 348 *ad c.*), les Bernois s'étaient plaints au duc de Savoie de la présence de l'évêque de Genève en Piémont, aux côtés du connétable de Bourbon, et l'avaient mis en garde contre toute démarche contraire aux intérêts du roi de France et autres alliés des Ligues. Ils étaient revenus à la charge le 10 novembre (*ibid.*, p. 349 *ad c.*).

*Eadem die Mercuri, post prandium.* — *iiij<sup>or</sup>* sindici; — Orseries, Lestelley, Navis, Curt, de Ripa, Jo. Fabri, Migerandi, Megex, Frojon, Nergua, Guillet, Tissocci, Pensabini, Castronovo, Bona.

(*De oblatione facta per d. Sancti Sorlini.*) — Exposuit nobilis Glaudius Richardet, consindicus, sicuti dictus dominus Sancti Sorlini, recedendo ante prandium, sicuti fuerat requisitus parte nobilium sindicorum de faciendo eorum excusaciones apud illu. et reverendissimum dominum nostrum episcopum et intelligendo que essent gerenda, et quod ea faceret et eis scripto infra sex vel octo dies notificaret que occurrebant et que essent fienda apud ipsum dominum episcopum principem nostrum.

*Veneris octava aprilis.* — Fonte, Richardet; — Orseries, Lestelley, Curt, de Ripa, Berterat, Megex, Frojon, Nergua, Tissocci, Pensabini, Bona, Leta, Carrerii.

(*De relicta Perrini.*) — Quia Michael Sept plura civitati impe[n]dit servicia, presertim in satisfaciendo de peccuniis in Alemania debitis, que evictarent magna onera excusando expressum nuncium, et vellet tractari sororem suam nite, petatur ad Martis et amore sui nichil fiat contra ejus sororem relictam Perrini.

*Sabacti nona aprilis.* — Fonte, Richardet, Fornerat, Monte; — Orseries, H. Fabri, Leta, Carrerii, Tissocci, Curt, Migerandi, Megex, Frojon, Nergua, Pensabini, Castronovo.

(*De macellariis et testimonialibus contra eos sumptis<sup>1</sup>.*) — Exposuit nobilis Fonte, consindicus, sicuti hodie vidit in manibus egregii Ducis certum rotulum ipsi Ducis traditum per Glaudium de Porta, in quo describuntur macellarii hujus civitatis in numero quadraginta, qui se opposuerunt cridis novissime factis ad causam ipsorum macellariorum. Fuit conclusum quod domini sindici vadant, secum eorum secretarius, ad singulos hujus civitatis macellos et queratur a quolibet sive qualibet ipsorum cum juramento interrogativo et cum testimoniali si se dictis opposuerit cridis; et inde Lune que egerint communicent in consilio episcopali, et ut pugnantur rebelles, supplicaciones ibidem et in eodem consilio facia[n]t (supplicacionem).

invitant le duc à observer les termes de son alliance avec les Cantons. A plusieurs reprises durant l'hiver, la diète, avertie des intrigues de l'évêque de Genève et redoutant de voir le duc embrasser en Italie la cause de l'empereur Charles Quint, agita la question de dénoncer l'alliance des Cantons avec la Savoie (*ibid.*, p. 356 b et c, 358 ad c, 362 q, 367 n<sup>o</sup> 9, 372 n, 388 ad o). Par deux lettres successives des 5 et 14 mars, les Bernois réitérent au duc la demande pressante de congédier l'ambassadeur milanais qui depuis longtemps séjourne à Genève auprès de lui et de mettre un terme aux menées de l'évêque de Genève en le rappelant deçà les monts (Arch. de Berne, *Lat. Missivenbücher*, vol. I, fol. 109 et 110; E. A., t. IV 1 a, p. 932 ad d). Voir encore *ibid.*, p. 389 d<sup>2</sup> et 393 c; et V. Anshelm, *Berner-Chronik*, t. V, p. 67 à 69. — Ed. Rott, *op. cit.*, t. I, p. 310, 358, 359.

<sup>1</sup> Lettres testimoniales du 9 avril 1524 (P. H., n<sup>o</sup> 941).

(22) *Lune undecima aprilis.* — Fonte, Monte; — Cartellier, Castronovo, Megex, H. Fabri, Pensabini.

(*Admodiatio platee Longemale.*) — Fuit admodiata platea Longemale et expedita Johanni Ruffi, excofferio, ad extinctum candele, tanquam plus offerenti, ad tempus unius unius<sup>1</sup> cras incohandi et simili die finiendi, pretio sex ff. et sex solidorum, quos solvere promisit communitati terminis solitis, in manibus thesaurarii ejusdem.

(*Admodiatio platee Mollaris.*) — Eadem die, modo premissa, fuit expedita platea Mollaris Petr(emand)o Falqueti, potterio, precio viginti florenorum et sex solidorum, quos solvere promisit in forma et cavere ydonee etc.

(*Admodiatio cabareti ale bladi.*) — Eadem die fuit amodiatus cabaretus ale bladi hujus civitatis Theobalde, rutisserie, filie<sup>2</sup>, ad tempus trium annorum crastina die incohendorum, precio duorum florenorum solvendorum annis singulis, ut supra, in manibus thesaurarii; et cavet par Paulum Balli, qui promisit in forma, et renunciant in forma juri dicenti principalem etc.

*Martis xij aprilis.* — Fonte, Monte; — Orseries, H. Fabri, Cartellier, Navis, Curt, Jo. Fabri, Frojon, Nergua, Leta, Tissocci, Carrerii, Pensabini, Bona, Castronovo.

(*De dicta Trenta Coste.*) — Exposuit n. Fonte, consindicus, sicuti heri fuerunt in consilio episcopali ipsi nobiles sindici, in quo narraverunt gesta per eos Sabacti erga macellarios et testimoniales horum pretextu per eorum secretarium sumptas; 2<sup>o</sup> narravit et exposuit quemadmodum dicta Trenta Coste, pessoneria et revenditrix, ivit Chamberiacum et ibidem apud illustrissimum dominum ducem plura mendosa verba exposuerat et, inter cetera, ut ad eorum devenit noticiam, clamavit ipsa Trenta Coste: « *Vive Savoex! Vive la croys blanche!* », et ea causa ipsi domini sindici instabant et instantiam fecera[n]t ut caperetur, et potissime dominus syndicus Monte; et plura alia mendosa (plura) protulerat verba, que cedunt in grande dampnum civitatis.

(*Conclusio.*) — Super quibus fuit conclusum ut illico ipsa Trenta Coste caperetur quamprimum hanc applicuerit civitatem.

(*De eadem.*) — De eadem Trenta Coste, constituto de verbis supra enarratis per informaciones que sumantur interim, capiatur.

(*De macellariis.*) — De macellariis, exequantur lictere decreta per illu. dominum nostrum episcopum contra ipsos macellarios, patisserios et revenditrices, ad onguem; et ut ille observentur, compellantur respective.

(*De de Porta.*) — De de Porta, extrahantur rotulus predictus et gesta a dicto Ducis, et ea cum ceteris forefactis mandentur prefato reverendissimo domino nostro, obsecrando eum ut velit eum privare suis tribunalibus etc.

<sup>1</sup> Lisez: anni.

<sup>2</sup> Nom en blanc.

*Veneris xv mensis aprilis.* — Fonte, Richardet, Monte; — Baudi, Cartellier, Navis, Curt, Migerandi, Megex, Frojon, Nergua, Leta, Guilliet, Tissocci, Carrerii, Pensabini, Bona.

(*Caucio platee Mollaris.*) — Petrus Falquet, occasione admodiationis platee Mollaris, promittit iterum et cavet per Petrum filium quondam Anthonii Mangini, qui promisit in forma et renunciavit juri dicenti principalem etc.

(23) (*De Amedeo Girardi.*) — Nobilis Amedeus Girardi, non obstante recessu commendabilis Hugonini Fabri pretextu differencie sue et ejus uxoris, ne diucius protelletur pronunciacio eorum differencie contra H. Gule, tutorio nomine liberorum Francisci Gule, paratum se offert stare ordinationi aliorum electorum citra derogacionem compromissi; et promisit illam ratam habere ac si esset presens idem Fabri.

(*De pontonagio pontis Rodani.*) — Relicta Petri Mathei, ponthoneria pontis Rodani, cum juramento super hoc interrogata per nobiles syndicos, respondit quod quando quis venit ad hanc civitatem et ducit equum venalem et illum non vendat, non exigitur pedagium sive leyda(m), et cetera animalia cornuta nichil solvunt intrando civitatem et super pontem transeundo Rodani; tamen si aliqui equi venales alibi transfigentur venales quam in civitate, solvitur pro illis pontonagium, prout sic uti vidit pluribus annis vivente ejus viro et stante pontonerio ejusdem pontis. Quam leydam petebat solvi per Monetum de Putheo, qui juravit non transfigisse nisi in hac civitate. Non solvat leydam petitam, et sic partes renunciaverunt liti et cause vertenti inter eos<sup>1</sup> coram d. officiali.

(*De dominis Alamagnie.*) — De dominis Alamagnie fid[e]jussoribus interesse debiti per communitatem, rescribatur illis quod fiet recognicio serviciorum apud eos et elaborabunt in brevi eos eximere a fidejussione per eos prestita, sic quod nullum reportabunt dampnum.

(*De Amedeo Girardi et H. Gule.*) — De facto Amedei Girardi et Henrici Gule etc., nobilis Boulet dixit se nolle consentire alicui pronunciacioni que contraveniat scriptis doctorum. Fuit conclusum quod domini syndici quatuor, — insequendo formam compromissi et potestatis eis date, in absentia dicti Boulet qui tunc exivit ante conclusionem, eciam Tissocci, insequendo ritum in talibus servari solitum, quibus fuit injunctum per ipsos nobiles syndicos, organo dicti Fonte, quod (se) in exitu hujus consilii se reperirent in domo n. Forneret, consindici, et ibidem interessent in pronunciacione, alioquin eorum absentia non obstante, pronunciacionem ut esset conclusum per consilium, — faciant eorum ordinationem et pronunciacionem quod Henricus Gule teneatur solvere eisdem conjugibus Girardi tercentum scutos infra quindecim dies proximos, iij<sup>c</sup> scutos ad solem de dote constituta dicto quondam Francisco Gule pro dote ipsius Francisci; item et infra ipsum tempus alios tercentum scutos solis pro augmento dotis, prestita primo per ipsos

<sup>1</sup> *Lisez: eas.*

conjuges caucione ydonea de ipsos iij<sup>c</sup> scutos restituendo post mortem ipsius Francisci; item et alios tercentum scutos per totam diem ultimam proximi mensis augusti; quo interim licitum sit eidem Henrico Gule suas experiri actiones contra quos voluerit, ordinatione premissa firma manente.

*Lune xviii aprilis, de nocte.* — Fonte, Richardet, Monte; — B. Hugonis, Jo. Fabri, Jo. Philippi, Megex, Frojon, Guilliet, Tissocci, Carrerii, Bona.  
De homicida, remictitur ad cras.

*Martis xix aprilis.* — Fonte, Richardet, Monte; — Baudi, Orseries, Cartellier, Navis, Curt, Tissocci, Lestelley, Megex, Frojon, Nergua, Guilliet, Leta, Carrerii, Bona, Pensabini; — P. Albi secretarius vicedompnatus.

(*Grusa Chambet.*) — Venit Chambet, admodiarius gabelle carniurn et lamentaciones emisit contra dictos Pelet et dictum Collombi, macellarios Longemale, et exposuit sicuti ivit ad eos ad sciendum carnes et vetulos, qui monstraverunt tres vitulos et eum defraudaverunt de uno quem depost reperit. Unde peciit ministrari justiciam, cum defraudaverunt Sabacti idem Collombi de uno vetulo, et Girardus filiaster dicti Pelet de quatuor.

(*De priore confratrie sanctorum Cosme et Damiani.*) — Venerunt plures barbitonsores qui exposuerunt quemadmodum Aymo Valentini, qui hiis decursis diebus interfecit alium barbitonsorem, est eorum confratrie prior et penes eum consistunt bona confratrie, que pecierunt preservari et ad securitatem reduci.

(24) Exposuit nobilis Fonte, consindicus, quemadmodum nocte preterita fuit convocatum consilium ordinarium, pretextu dicti Aymonis, in quo fuit dictum quod remicteretur ad hodie, et sic omnes advideant de modo agendi.

Fiat mandatum Anthonio Rosseti de novem florenis octo solidis et quatuor denariis. — (*Mandatum habet.*)

(*De Amedeo Girardi et H. Gule.*) — N. Amedeus Girardi, suo et ejus uxoris nominibus, acceptavit pronunciacionem et ordinationem; prefatus vero Henricus Gule illam repudiavit, ex quo arbitri sui non fuerunt concordet et potius esset sibi solvere l scutos quam perdere quater centum.

(*De Collombi macellario.*) — Dictus Co[llo]mbi, petitus, confessus fuit cum juramento occidisse duas mogias, quas<sup>1</sup> due med[ietates] sibi spectabant, et tres vetulos incluso uno parvo.

(*De menchiis et tripudiacionibus.*) — Prohibentur menchie et tripudiaciones tinpenatorum in publico et eciam carmina cum tripudiis in dictis carneriis publicis, et super hoc fiant cride prohibitorie.

(*De macellariis.*) — De macellariis, vacent visitatores piscium in macellis, juncto uno alio cum eis, augendo sallario ut fuerit conclusum in consilio ordinario.

<sup>1</sup> *Lisez: quarum.*

(*De homicida.*) — De homicida, sumantur informaciones et ille inde consultantur et secundum oppiniones doctorum agatur.

(*De limictibus dictorum Magnaz.*) — De limictibus evulsis a predio dicti Magna noviter plantatis, iterum plantentur et tandem fiant lictere que obtineantur de manut[encione] a domino vicario.

(*De Biolesii.*) — De Biolesii et ejus rotulo per eum exhibito, ille fuit traditus e. Megex et Carrerii qui habe(b)ant refferre, et secundum relata satisfiat illi.

*Eadem die, post prandium* — Fonte, Richardet, Fornerat, Monte; — d. vicedompnus; — Curt, Migerandi, Nergua, Leta, Guilliet, Pensabini, Bona.

De detento, expectetur per totam hodiernam diem e. Ducis, si minus secretarius civitatis faciat interrogaciones et eligatur unus secretarius ad sumendum informaciones contra detentum.

*Mercuri xx<sup>ma</sup> aprilis.* — Fonte, Richardet, Fornerat; — Baudi, Cartellier, Ste. de Mara, Jo. Fabri, Malbosson, Migerandi, Megex, Frojon, Guilliet, Tissocti, Castronovo; — B. de Crosa, Jacobus dictus Cardinal, Franciscus Suchardi, Bernardus Beguini, P. Vindret, Jo. Lullini, ejus frater, Jo. de Pileo Rubeo, P. Poterelli.

(*De detento.*) — De homicida in franchesiis existente, fuit conclusum quod pro nunc, alio non apparente, insequendo conclusionem doctorum, non extrahatur nec liberetur, sed maneat et sumantur alie informaciones ut melius fieri poterit. Que premissa s. d. de Verneaux, vicedompno, fuerunt enarrata, qui dixit quod erat bene conclusum et quod bene volebat ut detentus interim custodiretur et sumantur superiores informaciones interim. Et fuit dictum quod examinetur per de Malodumo et de Pileo Rubeo, qui erat in gustatu et ludo.

(25) *Veneris xxij aprilis.* — Fonte, Richardet, Fornerat, Monte; — Orseries, Lestelley, Navis, Curt, Megex, Frojon, Tissocti, Carrerii, Pensabini, Bona, Leta, Guilliet, Nergua; — Ducis.

(*De bornalibus.*) — De bornalibus, fiant lapidei et videatur bornale Ramelli et visitetur locus.

(*Substitutio contra Trentacoste.*) — Domini sindici substituunt Johannem de Fonte et alios quoad negocium contra dictam Trentacoste.

(*De domino Lustriaci.*) — De domino Lustriaci, dicatur ei et apud illum fiat excusatio erga eum quod communitas non vult consentire ut alienetur commune.

(*De detento.*) — De detento, portentur domino Stephano (?) Loys et micatur ad eum unus homo pedester et illi rescribatur.

(*De vigilibus.*) — De vigilibus, deffendantur sumptibus civitatis.

(*De sindico Monte contra Trentacoste.*) — De sindico Monte, deffendatur quoad illam Trentacoste, nec respondeat illius occasione in manibus fisci, sed procurator communitatis faciat contra eandem denunciacionem nomine tocus communitatis ut domini sindici remaneant iudices, ex quo sunt

iudices causarum criminalium, quatenus appareat eandem Trentacoste criminales, que talis pretenditur.

(*De mandando illustrissimo d. duci et electo ad eum ambassiatore.*) — De mandando et rescribendo domino duci, mandetur illi sumptis informacionibus et eligatur Orseries.

*Martis xxvj aprilis.* — Fonte, Richardet, Fornerat, Monte; — Orseries, Lestelley, Bovier, Navis, Curt, Carrerii, Bona, Migerandi, Megex, Frojon, Plonjon, Leta, Guilliet, Tissocti, Pensabini; — Charpilliet,

(*Electio ambassiatorum.*) — Eliguntur Guilliet et Nerga ad eundem ad illustrissimum dominum ducem, qui se excusarunt.

(*Burgensis.*) — E. Glaudius Charpilliet, apostolicus secretarius, nunc parrochie Sancti Germani Gebenn., admittitur in burgensem mediantibus quatuor scutis auri cigni regis ad solem.

*Veneris xxix aprilis.* — Fonte, Richardet, Fornerat, Monte; — Orseries, Cartellier, Lestelley, Bovier, Navis, Curt, Castronovo, Migerandi, Megex, Frojon, Plonjon, Leta, Tissocti, Carrerii, Pensabini, Bona.

(26) (*De navaterio piscium.*) — Exposuit P. Gervasii, sellerius, quod quidam navaterius apportavit circa viginti cophinos piscium, quos ut dixit non posset vendere sine adjutorio aliquorum, at, requisitus per eum, notificat in consilio ut hic in negotio provideatur.

Conclusio: vendant dummodo revenditricis ante statutam horam non se intromictant.

(*Electio ambassiatorum.*) — De mictendo ad illustrissimum dominum ducem, actentis excusacionibus, eliguntur Fonte et Boulet qui equidem se excusarunt.

(*De sallariis visitorum carniarum.*) — De sallariis visitancium<sup>1</sup> piscium et carniarum, dentur cuilibet pro isto anno et eo durante quatuordecim ff. dummodo bene serviant. Et si defficiant, nichil illis solvatur; et jurent antequam admittantur; et cum eis adjungitur P. Paquet.

(*De navaterio.*) — De pessoneriis, quia hoc estivali tempore possunt corrumpi pisces, accipiat unum ex visitoribus vel ambos, sallario modico, ita quod revenditricis nullomodo se intromictant.

*Sabacti xxx<sup>ma</sup> aprilis et sic ultima.* — Fonte, Richardet, Fornerat, Monte; — Orseries, Hug. Fabri, Bovier, Navis, Jo. Fabri, Curt, Lestelley, Baudi, Migerandi, Frojon, Nergua, Plonjon, Tissocti, Carrerii, Pensabini, Bona, Megex, Guilliet.

(*De hiis qui certa verba protulerunt ut infra.*) — Exposuit no. Fonte, consindicus, sicuti nobilis et potens dominus Brandici sibi hodie enarravit quemadmodum die herina et de nocte se reperit quidam notabilis homo de

<sup>1</sup> Lisez: visitorum.

Zurich in domo cujusdam dicti Nycolaus, hospes suburbii Sancti Gervasii Gebenn., in qua se reperierunt multi ex sociis hujus civitatis, in numero duodecim vel circa, qui verba nephandissima protulerunt de statu et excellencia ducali Sabaudie, ex quibus putabat et intitulabat et dubitabat ne proditionem contra excellenciam ducalem, que sunt incitativa magne perturbationis. Fuit conclusum quod ipsi domini syndici vadant ad reverendum vicarium et illi supplicent quod ministret justiciam. Tandem prefatus dominus Brandici, petitus in consilio, post hec [retulit] quod ille homo de Zuric [dixit] quod illi perturbatores verba protulerunt quod prefatus dominus dux non habet quicquam in hac civitate nec erant illius subdicti et potius se darent aliquibus aliis quam si essent subdicti ipsius domini ducis; et sic dixit ipse dominus Brandici quod in hoc advertatur. Eciam dixerunt quod prefatus dominus dux istum modernum presulem ad suum nutum in hac civitate posuerat et quod alium ponerent. Ut supra fuit conclusum quod de omnibus premissis advertatur dominus vicarius.

Admodiatio gabelle vini venalis facta n. Glaudio de Castronovo.

Anno Domini millesimo quingentesimo vicesimo quarto, indicione duodecima cum eodem anno sumpta et die Sabacti trigesima mensis aprilis, in mis notarii, etc., personaliter constituti nobiles Anthonius de Fonte, Glaudius Richardet, Franciscus Fornerat et Bernardus de Monte, syndici hujus civitatis Gebenn., ex una; et nobilis Glaudius de Castronovo, aurifaber, civis Gebenn., ex altera, partibus. Prefati vero nobiles syndici, sindicarioque nominibus premissis, admodiant et titulo admodiationis et accensamenti, (27) dant, tradunt et concedunt prefato nobili Glaudio de Castronovo, ibidem presenti et acceptanti, pro se et suis, dictam gabellam vini venalis in hac civitate et franchisesis ac suburbiis ejusdem, tanquam de ea plus offerenti, eidemque expeditam ad extinctum et consumacionem candele ceree et extinctum illius in hoc claustro ecclesie cathedralis, factis tamen et precedentibus pluribus proclamacionibus (factis) de ea ante hujusmodi admodiationem per Johannem Rubei, communem preconem hujus civitatis, eciam hic in eodem [claustro], cum pertinenciis ejusdem ac cum honore et onere assuetis; et hoc per spacium et tempus unius anni die crastina proxime futura incohandi et simili die finiendi; et hoc precio et sub firma ejusdem anni decem novem centum et nonaginta florenorum auri p. p., quolibet floreno valente duodecim solidos monete cursalis, [solvendorum] per eundem nobilem Glaudium vel suos communitati hujus civitatis in manibus nobilis Bernardi Boulet, moderni thesaurarii ejusdem, ibidem presentis et nomine dicte communitatis acceptantis, seu pro tempore existentis, singulis mensibus et de mense in mensem ad ratam dicte firme, ad formam debitorum fiscalium et modo debitorum fiscalium, omni contradictione cessante. Promictentes dicte partes juramentis suis, etc., videlicet

nobiles syndici sindicario nominibus premissam firmam supra traditam sive gabellam eidem Glaudio manutenere et majori forma; et dictus nobilis Glaudius firmam predictam modo et forma premissorum solvere prout supra est exaratum, ac de hujusmodi firmam solvendo ydonee cavere hinc ad Martis vel Veneris proxime futuram, se et ejus bona submittendo omnibus curiis etc. Renunciantes etc. Actum infra claustrum ecclesie cathedralis Sancti Petri Gebenn., presentibus ibidem nobilibus et honorabilibus Petro de Orseriis, Hugonino Fabri, Johanne Migerandi, Jacobo Frojon, Michaele Nergua, Jo. Bovier, Petro Navis, Ludovico Plonjon, Nantermeto Tissocti, Guillermo Curt et Guillermo Pensabini, testibus, etc.

S. Biolesii, n.

*Martis tertia maii.* — Richardet, Fornerat, de Monte; — Navis, Jo. Fabri, Frojon, Curt, Cartellier, Danel, Lestelley, Migerandi, Leta, Bona, Plonjon, Pensabini, Castronovo.

(*De pedagogis scholarum.*) — Fia[n]t remonstraciones pedagogis ut veniant cum eorum clericis ad magnam scolam et inde moraturi in domo scole.

(*De Henrico Gule.*) — De Henrico Gule, vadant domini syndici [ad d. vicarium] et narrent submissionem et penam et qualiter est locum absentaturus; et requirant quod provideat ipse vel r. d. officialis.

(*Caucio per G. de Castronovo prestita.*) — Glaudius de Castronovo iterum promisit solvere firmam gabelle vini et cavit per Stephanum Curtillet alias Peccollat alias Chicandi et quemlibet in solidum, qui promiserunt in forma majori, cum submissionibus et renunciacionibus opportunis, eciam juri dicenti principalem etc.

Exposuit nobilis Glaudius Richardet, consindicus, sicuti audita thesaurarii excusacione Dominico novissime decursa, e. Megex ad id rogatus per nobiles syndicos loco thesaurarii ivit cum nobili Fonte Chamberiacum ad illu. d. d. ducem.

(*De prolatore verborum.*) — 2º Exposuit sicuti dominus Brandici bono zelo vocavit ad se ipsum nobilem syndicum et sibi enarravit illa verba que sibi dixerat ille homo de Zuric, de quibus tristabatur; sed de post, relacione nonnullorum aliorum, intellexit ipsum hominem esse quemdam vulgo dictum *hurteruz* sive *affrontoz*; et eum in quadam processione eum vocavit in ejus domum, et in suo cabareto existente ante ejus domum posuit ipsum hominem et cum eo stetit; et transeunte processione ad ecclesiam monstravit transeuntes dicens: « ille est ex eisdem qui verba protulit? », sic faciendo de singulis; qui respondebat, prout et respondit, quod non. Et sic ex quo dixit dominus Brandici quod erat neccesse ut se acquitaret (28) erga dominos syndicos et consilium et sic eo modo se acquictavit; et sibi dixit dominus Brandici quod idem homo premissa faciebat ad extorquendum pecunias ab ipso, quoniam peccit sibi mutuo tradi plura scuta et descen[den]do et diminuendo usque ad unum scutum.

*Veneris vij maii.* — Richardet, Fornerat, Monte; — Baudi, Cartellier, Danel, Navis, Curt, de Rippa, Orseries, Migerandi, Frojon, Lestelley, Leta, Tissocti, Carrerii, Pensabini, Bona.

(*De Chambet.*) — Querimoniam fecit Chambet contra macellarios, eciam quod dominus prothonotarius Montistrocterii fecit occidere tres boves et quindecim mutones, et dominus Magdalenes unum bovem et certas vachas de quibus nullam solverunt nec solvere volunt gabellam; super quibus pro ejus indemnitatem peciit advertanciam haberi.

(*De relicta Fallio.*) — Querimoniam fecit Glaudius Viardi et dixit sicuti relicta Falliodi tenet burdellum infra ejus domum et in conspectu bonarum matronarum et est ruffiana, et suam in ejus domum retraxit uxorem pro meretricis actu exercendo. Similem querimoniam fecerunt uxor Glaudii Troctier et uxor Andree Roget contra eandem Falliodaz.

(*De gabellerio carniium et de macellariis.*) — De gabellerio carniium et macellariis, manuteneatur gabellarius et solvat quod debet; et visitent macellos domini sindici Sabacti.

(*De Falliodaz.*) — De Fallioda, sumantur informaciones et inde instetur capi per dominum vicedompnum.

(*De confratria Eucaristie.*) — De confratria Heucaristie, fiat, quicquid constet.

*Dominico octava maii.* — Richardet, Fornerat, Monte; — Orseries, H. Fabri, Danel, Cartellier, Bovier, Jo. Fabri, de Rippa, Boysson, Taccon, Migerandi, Nergua, Guilliet, Frojon, Tissocti, Pensabini, de Castronovo, Curt.

(*De licteris contra detentum hereticum in Insula.*) — Exposuit no. Franciscus Fornerat quod fuerunt ipsi domini sindici vocati in consilio episcopali et dominus vicedompnus, et in quo fuit expositum per r. d. vicarium quod emanarunt lictere ab illustrissimo domino duce, quibus mandatur quemdam detentum in Insula pro crimine heresis remicti domino castellano Gaii et ad id fuit factum mandatum penale eciam sub pena reductionis bonorum ad manus ducales quoad ecclesiasticos; dixitque idem dominus vicarius quod esset bonum mandare unum hominem apud ambassiatos pro franchisesia manutenenda. Fuit conclusum quod ex quo jam ambassiatos sumptibus civitatis sunt missi in loco Chamberiaci apud illu. d. ducem, nullus mictatur, cum non pertineat communitati rem ad ecclesiam pertinentem sumptibus suis deffendere.

(29) *Martis decima maii.* — Richardet, Fornerat, Monte; — Orseries, Curt, Berterat, Castronovo, Carrerii, Navis, Migerandi, Nergua, Lestelley, de Rippa, Frojon, Plonjon, Guilliet, Leta, Bona, Pensabini, Tissocti.

Venit quedam mulier cui fuit facta penalis deffensio ne rumores promoveat.

*Veneris xiiij maii.* — Fonte, Richardet, Fornerat, Monte; — Baudi, Orseries, Lestelley, de Rippa, H. Fabri, Navis, Berterat, Jo. Fabri, Curt, Megex, Frojon, Plonjon, Leta, Tissocti, Carrerii, Pensabini, Castronovo, Bona.

(*De licteris n. sindici Monte.*) — Venerunt nobiles Fonte et egregius Megex ab eorum ambassiatos a loco Chamberiaci et apportaverunt licteras revocationis manusmissionis et bonorum reductionis ad manus ducales n. Bernardi de Monte.

(*De n. P. de Fernex.*) — De nobili P. de Fernex, fiat possibilis diligencia de satisfaciendo eidem.

De Toquer, fiat eidem mandatum decem scutorum. — (*Mandatum habet.*)

*Eadem die, vesperorum.* — Fonte, Monte; — Ramelli, Baudi, Orseries, H. Fabri, Cartellier, Bovier, Curt, Jo. Fabri, Boysson, Migerandi, Megex, Frojon, Nergua, Carrerii, Pensabini, Bona, Guilliet, Malbosson, Plonjon.

(*De armigeris.*) — Exposuerunt quidam capitaneus assertus Ytallicus aciei ultramontane et nonnulli alii cum eo quod sunt in hac civitate tercentum homines qui venerunt ex eodem bello, et armata extincta et deffectuosa, qui sunt pro eorum itinere transeundi sed sunt pauperes<sup>1</sup>. Unde requirunt sibi, Dei amore, saltem pro prandio sibi elargiri ut possint ire ad Turrim du Pyn. Fuit conclusum quod, pro indemnitatem civitatis, ponatur bonus ordo et claudantur porte et fiant bone excubie hac nocte antequam alii intrent; et dicatur illis quod cras vacuent civitatem de mane, et detur illis intelligere quod franch[es]ie nostre sunt breves et exigue, prout sunt, et translato ponte Areris in Sancto Jullini reperient castellanum Terniaci, qui illos conduci faciet graciosae, quia a ponte Areris et illo translato sunt penes dominia ducalia; et dentur cuilibet ipsorum in exitu porte civitatis unus panis, dimidius solidus et unum victrum vini.

(30) *Martis xvij maii.* — Fonte, Richardet, Monte; — Orseries, Navis, Lestelley, Curt, Megex, Leta, Tissocti, Carrerii, Pensabini.

De cridis, loquantur domini sindici in consilio episcopali.

De cireis, tractent cum Alemanis ut fiat honor possibilis domine ducisse.

De leprosa, vocatis prioribus visitatoribus qui illam visitaverunt, iterum visitetur.

De meretricibus, vento domino vicedompno providebitur.

De domino presidente, ad Veneris.

De rotulo Fonte, ad Veneris.

*Veneris xx<sup>i</sup> maii.* — Fonte, Richardet, Fornerat; — Lestelley, Curt, Navis, Pensabini, Bona, Megex, Frojon, Plonjon, Leta, Guilliet, Nergua, Tissocti, Castronovo.

(*Admissio visitatorum carniium.*) — Fuerunt deputati visitatores piscium

<sup>1</sup> A la suite de son échec sur la Sesia (30 avril), l'armée française d'Italie repassa les Alpes en grand désordre (Lavisse, *Hist. de France*, t. V 2, p. 32; — V. Anshelm, t. V, p. 69.

et carniū sub sallario iiii<sup>or</sup> scutorum ad solem pro singulo, pro eorum sallario unius anni, Petremāndus Falqueti, P. Paqueti et Amedeus Tornerii, qui iuraverunt in forma.

(*De processu vigillis.*) — De processu Bidalis agitato contra Glaudium Perrini et ejus uxorem, ille solvatur sumptibus communitatis et concordet idem Glaudius cum de Planis ut melius sit forum.

(*De leprosa.*) — De leprosa, nobilis Guilliet alloquatur curatum Sancti Leodegarii ut visitetur sine licteris, ad evictandum expensas.

De Guilliermo Hugonis, visitetur opus.

(*De rotulo n. Fonte et Megex.*) — De rotulo Fonte et Megex, dentur cuilibet ipsorum pro eorum sallario tres scuti solis.

*Martis xxiiij maii.* — Fonte, Richardet, Fornerat, Monte; — Orseres, Lestelley, Navis, de Ripa, Cartellier, Curt, Berterat, Megex, Frojon, Plonjon, Leta, Guilliet, Tissocti, Pensabini, Carrerii.

(*De rotulo Millanesii.*) — De rotulo tradito per Millaneys, compellantur in rotulo nominati ad solvendum.

(*De cereis domine ducisse.*) — De cereis illu. domine ducisse, loquantur domini sindici in consilio episcopali, et si non possit concordari ut portentur ipsi cerei retro, tamen sublatis nemoribus cereorum portentur cirei candelarum cere.

(*De Paquet.*) — De P. Paquet, prohibetur officium visitatoris piscium et carniū, actenta injuria facta sindico Monte et ejus uxori Sabacti lapsa.

(*De Rion.*) — De dicto Rion, capiatur si reperiri possit extra loca sacra; si minus per contumacias citetur etc.

(31) *Veneris xxvij maii*, in conventu Fratrum Predicatorum. — Fonte, Richardet, Fornerat, Monte; — Orseres, Migerandi, H. Fabri, Cartellier, Danel, Megex, Frojon, Lestelley, Bovier, Plonjon, Navis, Dadaz, Jo. Fabri, de Ripa, Leta, Pensabini, Tissocti, Berteracti, Boysson, Nergua.

Exposuit nobilis Fonte sicuti in hac civitate in plerisque locis sunt meretrices que non veruntur actus suos exercere in malum exemplum et scandallum bonarum et honestarum matronarum.

(*Deputatio visitatoris carniū et piscium.*) — Quia P. Paqueti fuit remotus ab officio visitatoris carniū et piscium, in locum suum ponitur h. Petrus Gervasii, sub consimilibus stipendiis, et petatur ad prestandum juramentum.

(*De rescribendo reverendissimo domino nostro.*) — Rescribatur illu. et reverendissimo domino nostro episcopo una lictera graciosā in qua contineatur quies et prosperitas civitatis.

De meretricibus eligatur una regina, cui dentur scripto agenda per eam, nec illa excedat sub pena.

(*De meretricibus et aliis occiosis.*) — Fiant cride quod omnes meretrices vacuent consorcia bonarum matronarum et vadant ad loca dedita, et quod

omnes non habentes artes et unde vivere, et eciam illas habentes et illas non excercent[es], vacuent civitatem infra triduum et bampna<sup>1</sup>.

*Martis ultima maii.* — Fonte, Richardet, Fornerat, Monte; — Lestelley, Navis, Curt, Berterat, Carrerii, Tissocti, Migerandi, Frojon, Pensabini, Castronovo, Bona, Plonjon.

(*De Pecelet.*) — Chambet querimoniam fecit in quorum supra presencia contra Petrum Jacobi dictum Pecelet, in ipsius presencia, quemadmodum ad ejus devenit noticiam et nonnullorum fidedignorum relatu hiis novissime diebus idem P. Jacobus, tam per se quam ministerio ejus filiastrī, defraudavit in gabella quatuor vitulorum; et heri ivit ad macellum Longemale timens ulterius defraudari in gabella, loquendo ejus uxori, ipsa uxor intulit eidem Chambet plura verba injuriosa; et dum ipse peteret apperiri operatorium sive etramaterium ipsius Pecelet, multas contradictiones fecit et neominus illud apperuit, et apperto et eo intrato infra illud et querendo animalia, uxor ipsius Pecelet ipsum introclusit infra ipsum querendo eum sua persona maletractare, qui Pecelet nullam inadversam objectionem fecit, sed quoad clausuram etramatorii si se illuc reperisset, pejora sequuta fuisse[n]t.

(*De Humberto Marqueti.*) — Petrus Pollerii lamentacionem emisit contra Humbertum Marqueti et proposuit quod idem Marqueti, invitis vicinis tenet in suam domum et in consorcio honestarum mulierum unam concubinam conjugatam ad potum et focum in villipendium justicie, dando malum exemplum juvenibus; unde requisierunt illam expelli.

(32) Qua proposita facta fuit petitus idem Marqueti et factis illi de premissis debitis remonstracionibus, se obtulit parere mandatis et illam expellere a domo sua per totam diem Sabacti proxime futuram, et ita sua bona fide promisit.

(*De Pecelet.*) — De Pecelet et ejus filiastro, privantur per tres menses et fiant illis deffensiones et prohibiciones de non vendendo carnes durantibus tribus mensibus, et instetur illum capi per officarios domini vicedompni.

(*De dono m. d. presidis.*) — De domino preside, ematur una honesta pecia tappisserie usque ad summam sex vel septem vel octo scutorum, que illi mictatur et donetur pro serviciis impensis n. Fonte et Megex, ambassiatoribus pridem missis ad illustrissimum dominum ducem pretextu bonorum n. Monte, et successive pro serviciis factis domino Ronserii occasione detenti in Insula pro crimine heresis.

*Mercuri prima jugnii, hora tertia post meridiem.* — Fonte, Richardet, Fornerat, Monte; — Orseries, Bovier, Jo. Fabri, Tissocti, Megex, Nergua, Plonjon, Carrerii, Pensabini.

(*De cridis.*) — Fuerunt lecte que fuerunt proclamari concludere<sup>2</sup>.

<sup>1</sup> Les mêmes mesures avaient été prises dans les cries du 15 février précédent, citées ci-dessus, p. 366 n.

<sup>2</sup> Cries contre les vagabonds (*Registre des publications*, I, p. 16).

(*De serviente episcopali injuriante d. Fonte.*) — Exposuit n. Fonte sicuti ab una hora citra, eo existente ante ejus domum, illac transivit Amedeus de Becio, serviens episcopalis, qui minas sibi intulit et inde venit ad eum et manu apposita in sua mandossa plures minas ei intulit in presencia plurium honestarum mulierum, cui dixit idem syndicus quod si offenderit pugnetur. Fuit conclusum quod dominus syndicus cum suis sociis vadat ad dominum vicarium et querimoniam emictant et requirant de eo justiciam ministrari et inde capi, et si opus sit omnes consules eum associabunt.

*Veneris tercia jugnii.* — Fonte, Richardet, Fornerat, Monte; — Baudi, Orseries, Lestelley, Navis, Curt, Berteracti, Bona, Migerandi, Megex, Frojon, Plonjon, Leta, Tissocci, Carrerii, Pensabini.

(*De rotulo de Pane.*) — Fuit lectus rotulus Michaelis de Pane.

(*De querimonia d. vicedompni.*) — Venit d. vicedompnus Gebenn. et proposuit quod sunt in suburbio Sancti Gervasii plures inutiles rixosi epulenter viventes et nullam artem exercentes. Et ulterius exposuit quod dominus Alamonie et ejus servitor dixerunt quod in eodem suburbio viderant plures ex premissis vagabundis (33) qui vi ceperunt unam filiam que a malo et veneris actibus revocata erat et, capillis in suis brachiis involutis, in brachio unius ex ipsis illam e contra stuphas duxerunt. Tercio proposuit quod externo die fuerunt quatuor aut quinque qui iverunt conducendo quatuor aut quinque meretrices ad locum Saconey ultra Rodanum, qui vi ceperunt quinque equos pertinentes nonnullis laycis et ex quibus suas culturabant terras, et eis invitatis super illis ascenderunt dictas meretrices et venerunt ad hanc civitatem; et pauperes ipsi laici et agricultores, dimissis eorum agriculturis, venerunt post eos ad habendum equos suos, alioquin a casu illos vendidissent aut saltem deperditi fuerint.

(*De cridis.*) — De cridis, exequantur ad onguem.

(*De Pecelet, privatio.*) — De Pecelet, maneat privatio et utatur licteris concessis per illu. et reverendissimum dominum nostrum episcopum, non obstantibus dictis in adversum per dominum vicarium, qui asserit habere illarum revocationem, donec illa visa, nec suis credatur verbis.

(*De d. vicedompno.*) — De propositis per dominum vicedompnum, syndici et vigilles vadant associati suis officariis, et capiantur non exercentes artes et violencias facientes.

(*De dominis Alamagnie et dono.*) — De dominis Alamagnie fidejussoribus communitatis, dentur cuilibet ipsorum tres ulne velluti pro componendis tribus disploidibus.

*Martis vij jugnii.* — Fonte, Richardet, Fornerat, Monte; — Orseries, Cartellier, H. Fabri, Bovier, Dadaz, Navis, Curt, Berterat, Migerandi, Plonjon, Guilliet, Tissocci, Pensabini, Megex, Frojon, Leta, (Pensabini,) Bona.

Exposuit nobilis Fonte sicuti ipse et alii domini syndici cum domino vicedompno accesserunt ad curtile Johannis Tacconis, mercerii, pro visitacione sui curtulis siti in suburbio Sancti Gervasii Gebenn., et reperierunt idem curtile per ipsum Tacconis ampliandum fuisse super terralibus de tribus passibus, et illi injunxerunt ut infra tres dies haberet disruere; quibus injunctionibus et mandatis non paruit idem Tacconis, qui ad hec respondit quod illud opus non disrueret nisi esset per justiciam cognitum.

(*De d. Sancti Sorlini.*) — 2º Exposuit eos fecisse reverenciam domino Sancti Sorlini et illi dederunt duos quarteronos malvatici. Quiquidem dominus Sancti Sorlini eis dixit quod dominus noster episcopus dedit sibi certas licteras instructivas occasione jurisdictionis, quas habet ejus secretarius qui infra paucos dies hanc applicabit civitatem, et postquam venerit, ipse vel dictus ejus servitor refferrent eorum onus, et eis omnia communicabit.

(*De Nycodo Mahuet.*) — Nycodus de Bosco asseruit se habere quandam differenciam contra Johannem Malbosson. Jo. Mabosson, quamvis ejus adversus, vellet promictere velle stare ordinationi consilii, erit contentus etc.

(*De serviente episcopali.*) — De Amedeo, serviente episcopali, et injuria per eum illata in dominum nostrum et ejus officarios, veniat in publico et faciat honestam emendam publice; alioquin capiatur et ad carcerem ducatur.

(34) (*De Jo. Tacconis.*) — De opere facti in curtile Jo. Tacconis, sicut processit ad illud sine cause cognicione, disruatur similiter et de facto procedatur ut fecit ipse.

De Pecelet, faciant domini syndici illi observari privacionem.

*Veneris decima maii [jugnii].* — Richardet, Fornerat, Monte; — Baudi, Orseries, Navis, Megex, Leta, Tissocci, Lestelley, Migerandi, Frojon, Guilliet, Plonjon, Pensabini, Carrerii.

(*De Jo. catellerio.*) — Venit Johannes catellerius Sancti Gervasii, exposuit sicuti existentibus acthenus syndicis n. Stephano de Mara, Johanne Baudi, Guigone Prepositi et Ludovico Plonjon, qui deputaverunt honorabilem Henricum Pichon et quendam alium qui visitaverunt curtile suum. Qua visitacione facta apposuit in dicto suo curtile sepem sive sisiam. Actamen si reperiat aliquo cepisse de communi, paratum se obtulit stare summarie ordinationi et cognicioni dominorum syndicorum et consilii. Unde rogavit nichil novi fieri donec factis vindimiis; faciet quod fuit ordinatum. — (*Conclusio.*) — Conclusum fuit ut dicatur illi quod amoveat que pertinent communi a sua possessione, ne ceteri ad murmur procedant.

(*De Humberto Marqueti.*) — De Humberto Marqueti, domini syndici requirant dominum vicedompnum et associent illum, et capiatur idem et ducatur ad castrum Insule, actento quod non adimplevit promissa per eum in hoc precedenti consilio.

*Sabacti undecima jugnii, hora quarta post meridiem.* — Fonte, Richardet, Fornerat, de Monte; — Orseries, H. Fabri, Danel, Bovier, Navis, Jo. Fabri, Boysson, Berteracti, Lestelley, Cartellier, Curt, Migerandi, Megex, Frojon, Plonjon, Leta, Guilliet, Malbosson, Carrerii, Pensabini, Bona, de Rippa, M. Versonex, Tissocti.

(*De ambasiatore reverendissimi d. nostri.*) — E. grapharius sive secretarius Sancti Glaudii missus in ambasiatam per illu. et reverendissimum dominum nostrum episcopum et principem Gebenn., et exhibuit unam licteram credencie lectam<sup>1</sup>. Qua lecta sequencia declaravit et dixit sive proposuit: primo mortem domini Levrerii, justiciati precedente precepto domini ducis.

2<sup>o</sup> Exposuit, ad relacionem unius mulieris effrenate, ipse illustrissimus d. fecit reduci ad manus suas bona domini sindici Monte.

3<sup>o</sup> Exposuit prefatum dominum ducem decrevisse licteras, quibus mandavit unum pro crimine heresis detentum in castro Insule remicti in manibus castellani Gaii. Que omnia cedunt in enervacionem jurisdictionis illu. et reverendissimi domini nostri episcopi et franchiesiarum hujus civitatis.

Quarto narravit quod ea causa prefatus dominus noster episcopus mandavit expresse ipsum grapharium ad illustrissimum dominum ducem, ut omnia hec enarravit, quod et fecit ipse grapharius.

Quiquidem illustrissimus d. dux dixit quod fecerat ministrari justiciam de eodem domino Levrerii eo quod duos in suis patriis interfecerat et alia delicta commiserat, propter que juste fuit plexus, et quod de omnibus bene concordaret cum prefato illu. et reverendissimo domino nostro.

Secundo, quoad bona ad manus reducta, quod nulla fecit reduci bona dicti sindici ex illis (35) penes franchiesiam existentibus, et quod decreverat tales licteras eo quod ipsa mulier, eo existente in hac civitate, de piscibus sibi providebat, et quod nemini omnino fuerant sublata impedimenta; et, de heretico, quod habebat indultum a summo pontifice ut hii qui caperentur infra civitatem illi sibi remicterentur ejus officariis, et neominus eundem loquentem remisit ad secretarium Vulliet, qui Vulliet sibi dixit quod illustrissimus dominus dux negocia predicta remisit suo consilio; et ultra dixit ipse grapharius quod de omnibus daret bonam responsionem et advisamentum ipsi r. domino episcopo, quoniam pretendebat preservare jurisdictionem suam et suos officarios ab omnibus sinistris.

(*De detegentibus secreta consilii.*) — Post hec venerabilis dominus Franciscus Mandallaz exposuit parte consilii episcopalis et domini Sancti Sorlini quod, retroactis temporibus, fuerunt in hoc consilio plura dicta et exposita que inde per consules seu aliquos ex ipsis revellata fuerunt et, ea causa, apponant talem ordinem quod tales garrulatores expellantur a consilio et

<sup>1</sup> Lettre datée de Chivax (Chivasso, province de Turin) le 26 mai 1524, accreditant le greffier de Saint-Claude, chargé d'un message de l'évêque « sur le fait de l'énervation de notre juridiction et de voz franchises » (P. H., n° 930).

quod si exinde appareret detector consilii, talis tantum investigabitur quod ille reperietur et inde graviter pugnietur.

(*De eadem jurisdictione et heretico.*) — De jurisdictione et domino Levrerii, domini sindici vadant ad consilium episcopale et querant ab eo quales sint dandi advisus super preenarratis et pro reparacione ipsius jurisdictionis et infracione franchiesiarum; et dicant domini sindici ambasiatori quod sunt boni subdicti prefati illu. et reverendissimi domini nostri et presto et parati obedire ejus mandatis, et quod non possunt bene respondere de advisamentis donec habita relacione consilii episcopalis. Ad idem fiat responsum de heretico.

*Martis xiiii jugnii.* — Fonte, Richardet, Forneret, Monte; — Baudi, Orseries, Cartellier, Curt, Navis, de Rippa, Berterat, Migerandi, Megex, Frojon, Carrerii, Leta, Tissocti, Pensabini.

(*Ambasiator missus per illu. et reverendissimum dominum nostrum.*) — Scutiffer illu. et reverendissimi domini nostri episcopi venit et tradidit licteram missivam destinatam per presulem reverendissimum dominum nostrum, que lecta fuit. Qua lecta idem scutiffer e[x]plicavit onus sue credencie. Primo dixit quod prefatus illu. et reverendissimus dominus noster eis recomandabat justiciam, et circa illum exercicium et administrationem quantum ad eos pertinebat recommendabat; et si quis temptaverit illam enervare, notificent sibi, et ipse talem dabit ordinem quod illam preservabit et manutenebit, et in hoc totalem suam habet affectionem.

2<sup>o</sup> Exposuit sicuti molendinum ipsius reverendissimi domini nostri episcopus<sup>1</sup> supra pontem Rodani ruynam minatur et quod intellexit ipse reverendissimus dominus noster quod civita(tis) ad illius manutencionem tenetur.

3<sup>o</sup> Exposuit quod prefatus illu. et reverendissimus dominus noster die nocteque vigillat continue circa illius reauracionem et manutencionem.

(*De molendino.*) — De molendino domini episcopi, queratur albergamentum novissime factum et sciatur ad quid civitas astringitur.

(*De domino Lustriaci.*) — De domino Lustriaci, vadant ad locum nec permittant terminos mutari.

(*De communibus econtra Frontonay.*) — De communi asserto Galliardi, fiant remonstraciones castellano ut nichil auferat de juribus communitati civitatis Gebenn. pertinentibus, nec illi permittatur admodiare perreriam de Treynant.

(*De tappisseria.*) — De tappisseria, detur domino presidi nomine civitatis, ut jam fuit conclusum.

(36) *Eadem die Martis xiiii jugnii, post prandium.* — Fonte, Richardet, Forneret, de Monte; — Baudi, H. Fabri, Montion, Danel, Navis, Bovier,

<sup>1</sup> Lisez: episcopi.

Cartellier, Malbosson, Curt, de Rippa, Dadaz, Jo. Taccon, Jo. Fabri, Migerandi, Leta, Guilliet, Tissocti, Carrerii, Pensabini, Castronovo, Boysson, Plonjon.

(*Instructiones sive advisus.*) — Fuerunt lecte instructiones que diriguntur per consilium episcopale, per grapharium Sancti Glaudii scripte, mictende illu. et reverendissimo domino nostro episcopo et principi.

(*De domino Lustriaci.*) — Proposuit n. Fonte sicuti dominus Lustriaci apud eum lamentacionem emisit, dicendo quod in pluribus locis infra bampna et limites hujus civitatis, eciam et locis confrontantibus viis que sunt tante latitudinis sicut est carrer[i]a econtra predium suum et Lud. Roget; et si tolleretur illud mollare quod est econtra predium ipsius Roget, elargiaretur ipsa carreria et esset satis lata, cum non sit ibidem introitus diversorum itinerum; et sic posset edificare murum suum, si recularentur modicum termini econtra eandem carreriam.

(*Conclusio negocii.*) — Super quo fuit conclusum quod limites affixi et plantati per operarios et juratos, de jussu nobilium olim sindicorum modernis precedencium, quod illi remaneant nec illi mutentur. Et si dominus Lustriaci velit facere murum in suo predio econtra illam carreriam, illum faciat, dummodo ipsi termini remaneant extra et citra ipsum murum a parte orientis; alioquin si secus faciat, non permictatur sed ille illico disruatur.

(*De jurisdictione.*) — Fiant regraciaciones apud d. grapharium de sua ambassiata et licteris apportatis, eciam de advisibus; et illi dicant quod semper sunt parati obedire mandatis domini nostri episcopi et principis ut eorum vero domino.

*Jovis xvij jugnii, post prandium.* — Fonte, Richardet, Monte; — de Rippa, Boysson, Megex, Plonjon, Leta, Carrerii, Pensabini, Castronovo.

Exposuit n. Fonte sicuti hodie dominus vicarius et inde procurator Mandallaz et scutiffer domini nostri episcopi dixerunt eisdem d. sindicis impresenciarum r. dominum nostrum esse in oppido Chamberiaci et sic advideant de mandando unum parte communitatis, ne prelibatus dominus episcopus impropere pro futuro quod non curant de manutencione franchesiarum et se lentos reddiderint. Remictitur conclusio ad cras et puniantur consilliarii sub pena privacionis burgensie ad cras hora septima de mane.

*Veneris xvij jugnii.* — Fonte, Richardet, Forneret, Monte; — Baudi, Cartellier, Danel, Lestelley, Bovier, Navis, Curt, de Rippa, Boysson, Megex, Migerandi, Dadaz, Frojon, Nergua, Plonjon, Guilliet, Tissocti, Carrerii, Malbosson, Pensabini, Bona, Leta, Castronovo, Berteracti.

(*De leprosa.*) — Venerunt d. medici Jo. Vincencii et Paulus de Patronis et alius novus medicus qui retulerunt ut in scriptis penes eos, nullo prestito juramento quia recusarunt illud facere.

(37) (*Burgensis.*) — Franciscus Pilligot, condurerius, parrochie Sancti Gervasii, filius quondam Nycodi Pilligot, de Veygier, admictitur in burgensem mediantibus viij ff.

(*De mandando ad dominum episcopum.*) — Exposuit nobilis Fonte, consindicus, sicuti r. d. vicarius, procurator fiscalis et scutiffer jam dicti dixerunt et consultabantur quod postquam prelibatus dominus noster episcopus et princeps est in oppido Chamberiaci esset bonum, post est tam prope nos, ut mandetur unus ambassiator cum una bona missiva, ne ipse illu. et r. d. noster de nobis male contentetur.

(*De reparacione communium.*) — 2<sup>o</sup> Exposuit sicuti plures communia civitatis occupant(es), que heri visitarunt ipsi d. sindici cum Chivilliard et Arnaudi.

(*De negocio Mahuet.*) — 3<sup>o</sup> Exposuit sicuti Nycodus Mahuet distulit heri se submictere super differencia quam habet cum dictis Malbosson ordinationi consilii, licet idem Malbosson esset contentus se submictere.

Quoad primum, fuit conclusum mandetur unus vigil cum lictera que lecta ibidem fuit.

Et quoad secundum, visitaciones fiant et instetur fieri reparacionem.

Ad tercium negocium, Mahuet remaneat in suo esse.

(*De molendino domini episcopi.*) — De molendino domini episcopi, nichil ei mandetur donec venerit et huic civitati applicuerit.

*Martis xxj jugnii.* — Fonte, Richardet, Forneret, Monte; — Baudi, Lestelley, Navis, Curt, Cartellier, Dadaz, Orseries, Jo. Fabri, Migerandi, Frojon, Plonjon, Megex, Tissocti, Carrerii, Pensabini, Leta, Bona, Castronovo.

(*Burgensis.*) — Jo. filius quondam Jo. Tappunerii, excofferius, de Charlier, fuit admissus in burgensem mediantibus viij ff.

(*Admodiatio domus posterioris que fuit acquisita a domino Camere.*) — Retro nominati nobiles sindici et eo nomine admodiaverunt Symondo de Juria, navaterio, presenti, domum posteriorem acquisitam a domino Camere cum ortho contiguo et plateis ibidem eidem domui adjacentibus, ad tempus unius anni integri die festi Nativitatis beati Johannis Baptiste incohandi et simili die finiendi, sub firma viginti quatuor ff. per eundem in manibus thesaurarii solvendorum, secundum bonos usus etc. Cum promissionibus, submissionibus et renunciacionibus opportunis.

(*De lictera missiva et adventu reverendi d. officialis.*) — Venit vigil a loco Chamberiaci et apportavit unam licteram missivam mandatam per illu. et reverendissimum dominum nostrum episcopum et principem, in qua fit mencio de adventu r. domini officialis qui exponet onus sibi datum<sup>1</sup>.

(*De rotulo reparacionum domus empte a d. Camere.*) — De rotulo dato

<sup>1</sup> Lettre datée de Chambéry le 17 juin 1524 (P. H., n° 930). — Voir E. A., t. IV 1 a, p. 483 r. IX

per Aymonem Medici dictum Borguynion, quia reparaciones sunt jam pluries preteriere anni facte et vertitur in dubium ne ille sibi fuerunt intrate per dominum Camer[e]. Recipiatur ab eo solemne juramentum super sacro canone, et si juret non fuisse intratas ille sibi solvantur et intrentur super tribus mensibus, et solvat ad instar admodiacionis recepte per Andream Piardi.

(*De leprosa.*) — De leprosa, fiant remonstraciones curato Sancti Leodegarii ut solvat illi que promisit et convenit, et si nolit, expectetur adventus domini officialis et requiratur ut faciat observari que gesta et oblata fuerunt per ipsum curatum in presencia nobilium sindicorum novissimorum.

(38) *Jovis loco Veneris xxiiij jugnii.* — Fonte, Richardet, Forneret, Monte ; — Baudi, H. Fabri, Cartellier, Orsieres, Curt, Navis, Migerandi, Megex, Plonjon, Leta, Carrerii, M. Versonnay, Bona, Tissocti, Pensabini, Castronovo.

(*De Chambet.*) — Exposuit Chambet sicuti nobilis thesaurarius ipsum viriliter et rigide ac indebite compellit ad solvendum residuum gabelle carniū. Supplicavit prolongari terminum per aliquod tempus quo interim possit exigere a macellariis que per eos sibi debentur occasione gabelle, et per eundem sibi restitui licteras excommunicationis quas contra eum habet et quarum vigore illum compellit, cum fuerit satisfactum de summa in ipsis licteris contenta. Fuit conclusum quod agat cum thesaurario et requira(n)tur quod illum graciose tractet.

(*De Aymone Medici.*) — Actento juramento per Aymonem Medici prestito super reparacionibus pridem per eum factis in domo empta per communitatem a domino Camere, ille sibi intrentur, et fiat mandatum et visitetur locus.

Fiat mandatum Andree Manget de duobus florenis, et pro gratis serviciis de octo solidis, et sic, omnibus inclusis, de xxxij solidis. — (*Mandatum habet.*)

(*De domino officiali et jurisdictione.*) — Exposuit n. Fonte sicuti ipse et ejus socii iverunt ad r. dominum officialem, qui eis dixit se dictasse onus advisuum communicatorum in consilio nostro ordinario et dixit, quoad jurisdictionem, illu. et r. d. noster habet maximum velle circa illius restauracionem, et quod d. dux est iturus Romam cum imperatore et ipse illac proposuit ire et tunc sperat ibidem fieri restauracionem<sup>1</sup>.

De hospitalerio hospitalis pestilencialis a quo gabellarii pretendunt exigere gabellam vini, teneant gabellarii computum de gabella et de summa, et interim querantur registra an vel ne debeat esse franchus.

(*De Aymone Medici.*) — De domo et membris quas tenet dictus Aymo Medici, pro utilitate boni communis cridetur.

(*De vigilibus et grosso cimballo.*) — De cimballo alleviando, pro qua

<sup>1</sup> Voir la lettre de créance remise à l'official par l'évêque de Genève, datée de Chambéry le 20 juin 1524 (P. H., n° 930).

fienda vigilles requisierant sibi dari duos scutos solis, fuit conclusum quod de(te)ntur illis dicti duo scuti, quatenus capitulum nollet illam solvere allievacionem.

*Martis xxviiij jugnii.* — Fonte, Richardet, Forneret, Monte ; — Orseries, Curt, Jo. Fabri, Navis, Berteracti, Boysson, Dadaz, Danel, Lestelley, de Rippa, Migerandi, Frojon, Plonjon, Tissocti, Carrerii, Bona, Pensabini, Malbosson, Megex, Leta.

(*De exempcione d. Alamagnie.*) — Exposuit nobilis Fonte se et ejus socios ivisse ad dominum de Mellunes et illi enarrasse intellexisse ipsum dominum de Mellunes et alios fidejussores velle eximi a fidejussione prestita nomine communitatis occasione census venditi per communitatem magnificis dominis sculteto, consulibus et communitati Lucherne et nobili Anthonie Vuderyn, qui dominus de Mellunes dixit sic esse, cui respondit Fonte quod quamprimum teneretur generale consilium fieret bona assicuratio et indempnitas, et tunc dominus de Mellunes [dixit] quod ceteres<sup>1</sup> fidejussores alloqueretur sic quod contentarentur.

(39) (*De reverendissimo domino nostro et ambassiata facta per r. d. officialem et procuratorem fiscalem.*) — Venerunt r. d. officialis et dominus procurator fiscalis<sup>2</sup> ad consilium ordinarium et ibidem exposuit sicuti illu. et reverendissimus dominus noster episcopus Gebenn. ex quo est cum illu. domino de Borbon non potuit huc venire. Sed eum oportet cum eodem etiam serenissimum dominum imperatorem pariter illustrissimum dominum ducem associare eundo Romam pro sua corona ibidem suscipienda. Et ex quo prefatus illustrissimus dominus dux sibi promisit quod non vult ejus jurisdictionem spiritualem enervare, et ea causa noluit eum importunare sed congr[eg]atis sanctissimo domino papa, imperatore prefato, domino duce et ipso reverendissimo domino episcopo, disposuit suam jurisdictionem ibidem consequi et pretendit illud voagium esse sibi reverendissimo domino multum utile.

Secundo exposuit quemadmodum bulle sui episcopatus<sup>3</sup> adhuc sunt penes banquerium nec illas potest habere nisi prius exbursaverit eidem mille scutos que tamen necessario secum defferre; sed impresenciarum non sunt peccunie pro redimendis illis bullis. Et quamvis civitatem hanc Gebenn. nullis oneribus subjectam, vellet rogare communitatem ut modus reperiretur pro reperiendis ipsis mille scutis, sive ad interesse sive per

<sup>1</sup> Lisez : ceteros.

<sup>2</sup> Voir les deux lettres de l'évêque aux syndics et conseil de Genève, citées ci-dessus, p. 401 n et 402 n, apportées à Genève, la première par le procureur fiscal et la seconde par l'official. Dans la dernière l'évêque exprime son regret de ne pouvoir se rendre à Genève (P. H., n° 930). — Voir aussi E. A., t. IV 1 a, p. 449-450, ad h; ad n, nos 2 et 5.

<sup>3</sup> Il s'agit probablement de la bulle portant nomination de Pierre de La Baume au siège épiscopal de Genève. Voir toutefois le vidimus d'une bulle de Clément VII, en date du 6 mai 1524, réprimant les usurpations de biens ecclésiastiques qui se produisaient dans le diocèse de Genève et ailleurs (P. H., n° 942).

admodiacionem aliquorum membrorum sui episcopatus. Et si communitas pro eo caveat, vult solvere interesse super firmis et residuum preservari per ipsam communitatem; et pro premissis de indemnitatem cavebit ultra premissa pro eo magnificus dominus Montis Sancti Sorlini. Et si ipse reverendissimus potuisset alio modo illos mille scutos reperire, profecto tale servitium sive onus non dedisset communitati pro qua toto posse vellet et persona[m] et bona intimo cordis affectu exponere. Super quo fuit conclusum quod vocetur consilium quinquagenarium cum alio uno numero bono gencium expertarum, in quo consilio omnia hec, etiam indemnitatem fidejussorum Alamanie, exponantur.

De pecuniis Alamanie, alloquantur Michael Sept, Johannes Taccon et dictus Peyter, pro modo reperiendo portandi interesse pecunias in Alamania.

(*Burgensis.*) — Johannes Daguini, chappellerius, parrochie Magdalenes, filius quondam Johannis Daguini, de Marcella in Foucigniaco, admittitur in burgensem mediantibus octo ff.

(*Compromissum.*) — Johannes (Johannes) Cursilliat et Glaudia relicta quondam P. Mugnerii promiserunt stare ordinacioni dominorum sindicorum audita relacione lathomorum super differencia certe sponde existentis in suburbio Sancti Gervasii.

*Mercuri penultima jugnii.* — (*Consilium L non solutum.*) — Fonte, Richardet, Fornerat; — H. Fabri, Cartellier, Navis, Danel, Boysson, Tissocci, Castrovno, Bovier, Pensabini, Malbosson, Orsieres, Berterat, Leta, Curt, Jo. Fabri, B. Hugonis, Carrerii, Bona, Megex, Migerandi; — de Ulmo, P. Malbosson, Robertus Fore, Franciscus de Fosses, Jo. Nycodi, P. Fabri, Franciscus Suchardi, Jo. Garrini, P. Vindret, Paulus Balli, Roletus Bonoz, P. Benevenuti, Amedeus Girardi, P. Navillii, Michael Morelli, Nycolinus de Cresto, Roletus de Nanto, P. Coppeti, A. Reynaudi, Jo. Cursilliat, P. Chatel, Ny. de Villario, Jo. Sept, Girardus Carra, Ludovicus Chavanelli, Ludovicus Gauterii, Aymo Medici, Jo. Ruffi, Aymo Bonnaz, Philippus Regis, P. Grassier, Aymo Julliardi, Aymo de Rodano, Andreas Girardi, Michael de La Doey, Ste. Peccollat.

Exposuit nobilis Fonte, consindicus, sicuti illu. et reverendissimus d. noster episcopus et princeps, intellecta prosperitate civitatis, gaudet multum ex illa, tamen vult et intelligit et toto mentis affectu prooptat justiciam ministrari bonam sua in hac civitate.

2º Exposuit quod prefatus illu. et r. d. noster tristabatur ex quo non poterat hic accedere pro sue civitatis uberiori quiete, et rescripsit suo consilio ut daret nostro juncto consilio advisamenta et advisus congruos quo possit dare bonum ordinem circa sue jurisdictionis impedimentorum sublacionem.

3º Exposuit sicuti prefatus illu. d. noster episcopus suum hic mandavit scutifferum cum lictera credencie. Quiquidem scutiffer explicavit mortem (40) barbitonsoris et homicidium in eum perpetratum per dictum Ryon, contra quem vult via juris procedi.

Quarto, exposuit idem Fonte sicuti dictus scutiffer enarravit quod, dum fuit concessa licencia edificandi molendina communitati pertinencia super fluvio Rodani, fuit tunc reverendissimo domino episcopo facta promissio de manutenendo sua in tanto valore quo erant ante constructionem ipsorum molendinorum. Et sic, ea causante licencia edificationis dictorum molendinorum, molendina prefati reverendissimi domini nostri multum sunt deteriorata. Et ea causa vult quod communitas illa in tanto valore quo erant ante hujusmodi licencie imper[ti]tionem manuteneat. Super quo responsionem dari postulavit.

Quinto, exposuit fuisse destinatum Manget, vigillum, apud illu. et reverendissimum dominum episcopum cum missiva. Qui Manget licteram apportavit missivam a prefato r. d. episcopo, que, inter cetera, continet quod infra triduum r. dominus episcopus<sup>1</sup> est presentem aditurus civitatem per quem suum bene placitum nobis et communitati notificabitur. Quiquidem dominus officialis venit cum missiva a quo credenciam susceperant nondum suas habere hujusmodi sui episcopatus bullas, et enarravit que idem dominus officialis enarravit in hac aula, die xxvij hujus jugnii. Narravitque ulterius idem nobilis Fonte graciosas requestas per eundem illu. d. nostrum emissas ut communitas velit illi sua in necessitate auxiliari per sue jurisdictionis manutentionem, et itineris porogessione (?) per eum, dante Domino, cum serenissima imperiali majestate et ducali celsitudine ad Urbem fienda.

Narravit insuper idem nobilis Fonte quemadmodum totalis intencio prelibati illustris et reverendissimi domini nostri episcopi et principis est ut communitas nullum, faciendo tale servitium, reportet dampnum sive incomodum, et pro indemnitatem vult et se obtulit daturum fidejussorem magnificum dominum Montis Sancti Sorlini, ejus fratrem, et ultra premissa dare ad equipolenciam interesse, si quod sit, membra sui episcopatus super quibus nichil vult percipere donec civitas ipsa et communitas ab omni dampno et incomodo reddatur aliena.

Sexto, prefatus nobilis Fonte, factis hujusmodi negocii propallationibus, dixit et explicavit necessitates nostras et communitatis et onera que restant supportanda, que sine auxilio prefati illu. et reverendissimi domini nostri episcopi et principis nobis et communitati non suppetunt facultates pro satisfaciendo de debitis Alamanie et aliis debitis particularibus debitis, in libro hujus civitatis annotatis. Item magis declaravit finem et exitum gabelarum vini et carniarum sine quibus est communitati impossibile [onera supportare] nisi obtenta illarum prolongatione a prelibato presule nostro, et poterit dicere ipse princeps noster nos esse ingratos de tantis inserviciis per eum rutilanti affectu collatis humaniter et graciose. Super quibus omnibus premissis requisivit bonum advisamentum haberi et taliter hoc in negotio nos habere quod ipse prelibatus dominus noster episcopus semper sit nobis propicius

<sup>1</sup> Lisez: officialis.

et ne in ejus malivolenciam dillabamur. — (*Conclusio.*) — Super quibus emissis omnium retrospectorum consulum vocum<sup>1</sup>, fuit conclusum quod omnia servicia possibilis fiant per communitatem ipsi reverendissimo domino nostro episcopo, licet civitas sit multum angariata et pluribus et diversis oneribus, tam ad causam debitorum quam adventuum ipsius r. domini episcopi, quam illustrissime domine duchisse, novissime factorum; et pro premissis vocetur majus consilium, in quo petantur in rotulo nominandi ad Veneris, hora septima de mane, sub pena privacionis suarum burgensiarum ipso facto et ex nunc. Et interim querantur admodiarii membrorum alarum, de Thiez et de Pigney, pro quorum indemnitatem caveat civitas sive communitas aut verius nobiles syndici nomine tocus civitatis.

*Veneris prima jullii.* — (*Consilium ultra quinquagenarium ad instar consilii generalis.*) — Fonte, Forneret, Monte; — r. d. officialis, r. d. viceofficialis, s. d. Glaudius Grossi, s. d. Jo. Ludovicus Blecheret, s. d. Johannes Vincencii; — Orsieres, H. Fabri, Bovier, Dadaz, Navis, de Ripa, Boysson, Migerandi, Meget, Frojon, Leta, Guilliet, Bona, Curt, Jo. Fabri, Tissocci, Carrerii, Pensabini, de Castronovo, Nergua, Plonjon, M. Versonnay, Cartellier, Danel; — Malbosson, Aymo Julliard, Jo. Fuserii, P. Grassier, Andreas Chudi, Petrus Fabri, Franciscus Suchardi, Jo. Ruffi, Aymo Bonnaz, G. de Strata, (41) Ludovicus Curteti, Jo. Ballart, P. Chatel, Nycolaus Bochet, Robertus Vandelli, Amedeus Magnini, Andreas Girardi, Guilliermus Joly, Jo. Nycodi, Aszimus Thoq[u]et, Amedeus Gervasii, Glaudius Bernardi, Mermetus de Ulmo, Amedeus Reynaudi, Charpilliet, Jo. Gallatini, Goddet, Chavanel, Aymo Medici, P. Poterelli, Amedeus de Pileorubeo, P. Jacobi, Chapuisii, Jo. Testuti, Franciscus de Fosses, Ste. Peccollat, Johannes Bocardi, Pinjonis, Nycolaus Myot, P. Gallouz, P. Villiet, Girardus Carra, Jo. Catellier, Nycolaus Alliodi, P. Navillii, P. Malbosson, Jo. Lullini, Jo. de Pileorubeo, Ludovicus Prelaz, Michael de La Doey, Glaudius Tornerii, Jo. Quoqueti, Jacobus Comitissis, P. de Casalibus, P. Gardet, Paul Balli, Roletus de Nanto, Jo. Garini, Jo. Sept, Jo. de Pallude, dictus Le Bierchoz, Christinus Tombet, Ludovicus Gautier, Matheus Canart, Nycodus de Bosco, Jaco. frater dicti Picard, Philippus Factati, G. Furjodi, P. Tacconis, P. Rosseti patisserius, Ludovicus de Monte, Ste. de Mara, Andreas Malliard, Amedeus Tornerii.

(*Proposita facta per r. d. officialem nomine illu. et reverendissimi domini nostri episcopi Gebenn.*) — Prefatus reverendus dominus officialis iterum exposuit sicuti prefatus illu. et reveren. dominus noster episcopus egre fert adeo quod non potest venire ad presentem civitatem ut eam consolaretur et in negociis ejusdem pro posse subvenire posset, et participaret in bono et malo ejusdem. Sed ex quo est subdictus majestati imperiali a qua habet mandatum expressum insequendi illu. d. de Borbon, ejusdem serenissimi imperato-

<sup>1</sup> Lisez: vocibus.

ris filiastrum, non potest hic venire. Quem serenissimum regem sive imperatorem pretendit venire ultra monte[s] et inde suos gressus dirigere ad Urbem, pro suscipienda corona sue imperialis majestatis et quem disposuit, dante Domino, cum illu. d. duce et prefato domino de Borbon associare. Et inde exposuit ipse dominus officialis, prout jam exposuit in precedenti quinquagenario consilio. Super quibus fuit conclusum quod fiat exacta diligentia de reperiendo qui velit admodiare alas pertinentes ipsi domino nostro episcopo et eciam membra de Thiez et de Jussier, quibus admodiationibus consencient, ut intellexerunt domini syndici, n. P. Gay et Jo. Richardi, admodiationes fiende reservata presenti preysia, et fiet competens mercatum et forum, sic quod loco interesse hii qui admodiabunt poterunt lucrari in ipsis firmis, et fiat assecuracio per nobiles syndicos nomine communitatis et caucio de manutenendo hujusmodi firmas et indemnes servando, dummodo prefatus magnificus dominus Montis Sancti Sorlini promictat, sub obligacione omnium bonorum suorum, communitatem indemnem servare pretextu ejusdem caucionis fiende.

(*Instrumentum indemnitatis pro dominis Alamagnie.*) — Ulterius exposuit prefatus nobilis Fonte sicuti domini fidejussores Allamagnie per plura eorum scripta dederunt intellegere se velle eximi a fidejussionibus per eos respective factis pro communitate, aut saltem haberi penes se volunt liceram gardancie et indemnitatis; et eciam hiis novissime decursis diebus magnificus dominus de Mellunes, alter ex fidejussoribus, sic eis exposuit syndicis. Quam tamen assecuracionem non possunt facere sine licencia unius magni consilii, quale nunc est. Omnes unanimiter concluderunt ut fiat assecuracio et instrumentum indemnitatis, et dederunt licenciam ipsis nobilibus syndicis; qui nobiles syndici, mediante licencia, promiserunt fidejussores predictos, absente me notario etc., indemnes servare et eos extrahere infra.

(*Compromissum.*) — Johannes et Petrus Malbosson, suo et eorum fratris nominibus, promiserunt stare ordinationi nobilium syndicorum super eorum differencia cum Nycodo de Bosco et ejus uxore, secum vocatis arbitris eorum, sub pena quinquaginta scutorum per partem etc., juncto consilio ordinario cum eisdem. Citra tamen prejudicium civitatis, acceptaverunt nobiles syndici et voluerunt hujusmodi compromissum durare per...<sup>1</sup>

(*De domo empta a domino Camere.*) — De domo empta a domino Camere, proclametur admodianda plus offerenti.

(*De monetis.*) — De monetis, alloquantur domini consilii episcopalis.

(42) Admodiatio gabelle carniarum facta Mermeto Volandi, macellario, parrochie S. Germani Gebenn., per nobiles Anthonium de Fonte, Glaudium Richardet, Franciscum Forneret et Bernardum de Monte, syndicos.

<sup>1</sup> Phrase inachevée.

Anno Domini millesimo quingentesimo vigesimo quarto, indictione duodecima et die ultima mensis jugnii, in mis notarii et communitalis Gebenn. secretarii et testium subnominatorum presencia, personaliter constituti nobiles Anthonius de Fonte, Glaudius Richardet, Franciscus Forneret et Bernardus de Monte, sindici communitalis et universitalis hujus civitalis Gebenn., ex una, et Mermetus Volandi, civis Gebenn., macellarius, parrochie Sancti Germani, ex alia, partibus. Prefati vero nobiles sindici sindicarioque nominibus dicte universitalis, qui scientes etc., pro se et suis in eodem officio successoribus, admodiant et accensant ac titulo admodiationis dant et tradunt predicto Mermeto Volandi, ibidem presenti et stipulanti etc., gabellam carniarum vendendarum in hac civitate, franchisesis ac macellis ejusdem civitalis, cum tamen honore et onere assuetis, noviter impositam per reveren. dominum nostrum episcopum et principem Gebenn., per eundem et a se deputandos levandam et percipiendam, ad formam licitarum per prefatum reverendissimum dominum nostrum episcopum eidem civitati propterea concessarum, tanquam de ea plus offerenti expeditam ad extinctum et totalem consumationem unius candelae ceree affixe in muro claustris ecclesie cathedralis Sancti Petri Gebenn., factis prius debitis proclamationibus per preconem communem voce tube per civitalis circuitum et in hoc claustris; et hoc a die presenti usque ad proximum festum beati Johannis Baptiste inclusive et ipso durante tempore et eo revoluto. Et hoc sub firma et salario ejusdem temporis mille sexcentum et septuaginta florenorum auri p. p., quolibet floreno valente duodecim solidos monete cursalis in patria Sabaudie, per eundem Mermetum vel suos realiter solvendarum more denariorum fiscalium et ad formam rei judicate, omni lite et contradictione cessantibus, eidem communitati in manibus nobilis et egregii Bernardi Boulet, dicte communitatis moderni thesaurarii, aut alterius pro tempore existentis, de mense in mense et in fine cujuslibet mensis ad ratam dicte firme. Promittentes dicte partes juramentis suis etc., videlicet dicti nobiles sindici dictam firmam eidem Mermeto vel suis per tempus predictum manutenere, et dictus Mermetus dictam firmam prout supra solvere ac cavere. Submittentes se etc. Renunciantes etc. Actum in dicto claustris ecclesie cathedralis Sancti Petri Gebenn., presentibus ibidem honorabilibus Jacobo Frojon, Guilliermo Megex, Guilliermo Curt, Humberto Trenchent, testibus, etc.

S. Biolesii, n.

Admodiatio gabelle salis facta per quos supra nobiles syndicos nobili Ludovico de Salis.

Anno Domini millesimo quingentesimo vigesimo quarto, indictione duodecima cum eodem anno sumpta et die ultima mensis jugnii, in mis notarii etc., personaliter constituti nobiles Anthonius de Fonte, Glaudius Richardet,

Franciscus Forneret et Bernardus de Monte, sindici universitalis civitalis Gebenn., ex una, et nobilis Ludovicus de Salis, civis Gebenn., parrochie Sancte Crucis, ex alia, partibus. Prefati vero nobiles sindici sindicarioque nominibus dicte universitalis et communitalis, pro se et suis in eodem officio successoribus, admodiant et accensant tituloque admodiationis et accensamenti tradunt prefato nobili Ludovico de Salis, presenti et stipulanti etc., et tanquam plus offerenti, ad extinctum et totalem consumationem unius candelae ceree in muro claustris ecclesie cathedralis Sancti Petri Gebenn. rite affixe et plantate more sic fieri solito, introgium salis marini et salsa-gonum, durante tempore de quo infra mencio fiet, infra presentem civitatem et bampna ejusdem intrandorum, factis prius de ipso introgio salis pluribus proclamationibus per preconem communem hujus civitalis, eciam voce tube et pariter ibidem et in presenti claustris; et hoc hinc ad proximum festum beati Johannis Baptiste et per ipsum tempus ab hinc et die presenti incohandum eo tempore revoluto. Et hoc precio et sub firma septem centum et octuaginta quinque florenorum auri p. p., quolibet floreno valente duodecim solidos monete cursalis, per eundem Ludovicum de Salis vel suos realiter persolvendarum eidem communitati in manibus nobilis Bernardi Boulet, dicte communitatis moderni thesaurarii, aut pro tempore existentis, more denariorum fiscalium ad instar (43) denariorum fiscalium ac instar rei judicate, et si esset res judicata; terminis sequentibus, videlicet in proximo festo Omnium Sanctorum terciam partem ejusdem firme, et die Carnisprivii ex tunc proxime sequentis aliam terciam partem, et reliquam partem in tunc proximo sequenti festo beati Johannis Baptiste (aliam terciam partem). Cum dampnis etc. Promittentes dicte partes juramentis suis etc., videlicet n. sindici firmam manutenere et ipse Salis ipsam firmam ut supra solvere et ydonee cavere infra Martis proximam. Submittentes se etc. Renunciantes etc. Actum Gebenn., in claustris ecclesie cathedralis, presentibus ibidem honorabilibus Jacobo Frojon, Guilliermo Megex, Guilliermo Curt et Humberto Trenchent, et pluribus aliis, testibus, etc.

S. Biolesii, n.

*Martis quinta jullii.* — Fonte, Richardet, Forneret, Monte; — Cartellier, Lestelley, Jo. Fabri, Danel, de Rippa, Navis, Migerandi, Tissocci, Carrerii, Bona, Pensabini, Guilliet, Castronovo, Frojon, Plonjon.

*(Burgensis.)* — Johannes Crepini, borrellerius, parrochie Sancti Gervasii, filius quondam Johannis Crepin, de Megeva, admittitur in burgensem mediantibus viij ff.

*(Cride.)* — Fiant cride de fossalibus et accerbis.

*(Admodiatio.)* — Fuit facta admodiatio Aymoni Medici, ut infra videbitur, de membris que tenet domus etc., pretio xxv ff. pro uno anno.

*(Pronunciatio.)* — Johannes Cursilliat et Glaudia relicta quondam Petri

Mugnerii, lecta visitacione et relacione lathomorum, fuit ita pronunciatum per d. syndicos; illam approbarunt.

(*Caucio gabelle carniium.*) — Mermetus Volandi iterum promisit solvere gabellam carniium et cavit per Petrum de Casalibus, Petrum Gardet, Julianum Ricouz, Bernardum Probi et Petrum Borsat, qui promiserunt quilibet principaliter et insolidum in majori forma cum submissionibus et renunciacionibus opportunis, eciam juri dicenti principalem prius fore conveniendum etc.

(*De gabella sallis.*) — Quia ibidem constitutus Ludovicus de Salis, admodiarius gabelle sallis, dixit se non potuisse reperire fidejussores, nisi dumtaxat Petrum Magnini, qui non est sufficiens ad tantam summam, fuit conclusum in presencia ipsius de Salis, sic volentis et consencientis, quod deputetur, sumptibus ipsius Salis, unus vel duo, qui exigant dictam gabellam, a quibus n. thesaurarius exigat de mense in mensem id quod fuit exactum de dicta gabella, donec finito termino. Et si sit comodum ultra firmam, illud habeat idem Salis; si vero incomodum, quod deficiet de firma, compellatur et cogatur, more denariorum fiscalium, ad solvendum residuum defectus dicte firme.

(*De Chambet.*) — De Chambet, pro omni et perhemptoria dilatione dantur illi quindecim dies a presencium data de solvendo residuum firme, et thesaurarius faciat sibi quictanciam de hiis que recepit ab eo, sub tamen ea condicione quod, per totam hodiernam diem, vadat idem Chambet ad bancham officialatus et se jud[icialiter] obliget et confiteatur debitum et condempnetur ad solvantur<sup>1</sup> et illi injungatur de firmam ipsam solvendo in manibus dicti thesaurarii infra dictos quindecim dies, alioquin in casum reffutacionis et contradicionis dilatio predicta eidem data nulla sit et invalida, eumque capi et detineri facere possit idem Chambet sicuti antea poterat.

(44) *Jovis, loco Veneris, septima jullii.* — Fonte, Richardet, Forneret, Monte; — Orsieres, Dadaz, Jo. Fabri, Cartellier, Navis, Berterat, de Rippa, Migerandi, Megex, Frojon, Leta, Guilliet, Pensabini, Bona, Castronovo, Plonjon, Tissot, Malbosson.

(*Burgensis.*) — Richardus Garmesii, fornerius, parrochie Sancte Crucis, filius quondam Francisci Garmesii, de Fansonay, admictitur in burgensem mediantibus viij ff.

(*Porterius.*) — Idem Richardus admictitur in porterium et clavigerum porte Sancti Anthonii ad annum hodie incohandum sub firma duorum ff.

Fiat mandatum Jacobo Chivallerii, olim porterio dicte porte, de xvij solidis pro novem mensibus. — (*Mandatum habet.*)

(*Lictere missive illu. et r. domini nostri.*) — Venit r. d. officialis et tra-

<sup>1</sup> Lisez: solvendum.

didit licteram missivam mandatam per r. d. nostrum<sup>1</sup> et eciam suam sibi mandatam per prelibatum reverendissimum dominum nostrum, que ambe fuerunt lecte.

(*De monetis et gabelleriis vini venalis.*) — De monetis quas volunt decridatas tradere in solutum n. thesaurario gabellerii vini venalis, fuit conclusum quod thesaurarius recipiat ab eisdem gabelleriis peccunias licet decridatas traditas et per eosdem receptas de mense novissime lapso, et stetur illorum consciencie et bone fidei, et va(n)dant domini syndici et cum eis n. Plonjon ad intelligendum negocium.

(*De Malbosson et Mahuet.*) — De Malbosson et Mahuet, postquam eorum arbitri non potuerunt illos concordare, exhibeant eorum jura in manibus nobilium syndicorum et consilii, quibus visis, concordent eos domini syndici cum consilio, vocatis adhuc arbitris.

(*De reverendissimo d. nostro et peccuniis per eum petitis.*) — De peccuniis petitis per illu. et reverendissimum dominum nostrum episcopum, dicant domini syndici domino officiali quod mandet querere Johannem Richardi, admodiatarium de Thiez, et illi dicat quod admodiet illud membrum et exbursset peccunias, et pro illius indempnitate civitas et communitas cavebit de manutencione; et domini syndici petant firmarium alarum et similis fiat oblacio et caucio ac assecuracio casu adveniente.

Sequuntur admodiaciones facte de membris domorum acquisitarum per communitatem a domino Camere<sup>2</sup>.

(46) *Veneris octava jullii, vesperorum.* — Fonte, Richardet, Forneret, Monte; — Ramel, Orsieres, H. Fabri, Cartellier, Danel, Dadaz, Jo. Fabri, Navis, Boysson, Migerandi, Frojon, Tissocti, Carrerii, Malbosson, Plonjon, Pensabini, Bona; — Jo. Set, Jo. de Pileo Rubeo, Penynius, Lud. Gauterii, Matheus Canart, P. Poterel, Ja. de Cresto, Jo. Catellier.

(*De gabellerio salis.*) — De gabellerio salis, caveat ydonee, alias remaneat novissima conclusio.

(*De moneta.*) — Exposuit nobilis Fonte quod fuerunt affixi certi tilleti in pluribus locis hujus civitatis et ea causa fuerunt ad consilium episcopale ipse et ejus socii, in quo fuit petitus magister monete ducalis et illi facta interrogatio qua causa fuit decridata moneta Lausane, qui respondit quod eo quia moneta Lausane debet esse firmior moneta illustrissimi domini ducis et sic non fuit reperta et ea causa fuit decridata quia est debilior<sup>3</sup>.

(*De monetis.*) — De moneta, expectetur per aliquod tempus antequam detur illi totalis repudiatio, quo interim dominus Lausane cum illu. domino

<sup>1</sup> Lettre de l'évêque aux syndics et conseil, datée de Chambéry, le 5 juillet 1524, par laquelle il les remercie d'avoir accueilli la demande que l'official leur avait adressée de sa part (P. H., n° 930). — Voir ci-dessus, p. 403.

<sup>2</sup> La fin de la page et le feuillet 45 sont restés blancs.

<sup>3</sup> Voir ci-après, p. 418 et n.

duce aliquod faciet appunctuamentum et eciam si sit possibile fiat exprobatio ipsius monete.

*Martis xij jullii.* — Fonte, Fornerat, Monte; — r. d. officialis; — Baudi, Orsieres, Cartellier, Danel, Lestelley, Navis, Jo. Fabri, de Rippa, Migerandi, Megex, Frojon, Leta, Tissocci, Pensabini, Castronovo; — P. Gervasii.

*(De peccuniis pro reverendissimo domino nostro.)* — Fiant remonstraciones r. domino officiali quod, causantibus nonnullis colloquiis que fiunt in Allamagna, non possunt reperiri peccunie pro illu. et reverendissimo domino nostro episcopo et principe; et requiratur ipse dominus officialis, ex quo est procurator ad admodiandum membra episcopalia, reperiat admodiarios et, repertis, domini sindici, nomine tocius communitatis, facient assecurances apud tales admodiarios dummodo dominus Sancti Sorlini caveat de indemnem servando communitatem.

*(De religiosis D. Nostre Graciarum.)* — De religiosis Domine Nostre de Gracii, quia curatus Sancti Leodegarii nititur eos impedire de faciendo processionem pro dispositione temporis per aliqua loca Plani Pallacii, eo de negotio alloquatur dominum vicarium.

Fiat mandatum thesaurario de solvendo magnificis dominis sculteto et communitati Lucherne lxxv scutos cugni regis ad solem pro interesse hujus anni. — *(Mandatum habet.)*

Fiat mandatum de solvendo nobili Anthonie Vuyderin, de Berna, xlv scutos auri et cugni premissorum, pro interesse hujus anni. — *(Mandatum habet.)*

Fiat mandatum de solvendo P. Gervasii viij scutos auri et cugni premissorum, pro suo voagio in portando ipsum interesse apud quos supra.

(47) *Mercuri xiiij jullii.* — Fonte, Forneret, Monte; — Baudi, H. Fabri, Jo. Fabri, Boysson, Migerandi, Malbosson, Bona, Pensabini, Megex.

*(De peccuniis reverendissimi domini nostri.)* — Exposuit n. Fonte sicuti nobiles sindici iverunt ad dominum officialem et illum rogarunt ut rescriberet Jo. Richardi pro admodiacione membri de Thiez et ipsi sumptibus civitatis mandent nuncium expressum, qui dominus officialis rescripsit et ipse Fonte tradidit portitori dimidium testonum. Qui Johannes respondit quod non habebat peccunias sed illis totaliter carebat et ex quo erat grossa blada, illa erant penes laicos quibus vendiderat, nec reciperet peccunias donec post festum sancti Michaelis. Tamen dixit quod si reperiretur admodiarius pro futuro anno, caveret ipse. Super quo fuit conclusum quod iterum faceret remonstraciones domino officiali et illum rogarent quod notificaret prefato illu. domino nostro diligenciam et eos excusaret, se offerentes cavere etc. Et supersedeatur donec Veneris<sup>1</sup>.

<sup>1</sup> Ces quatre derniers mots sont d'une autre encre.

*(De Oddeto Paqueti.)* — Secundo exposuit idem Fonte quemadmodum filiaster Paqueti, de Berna, sua versucia appensate ignis incendio concremavit torcular dicti Paqueti existens ultra Sanctum Gervasium, cum omnibus mobilibus, et quod rogabat dominos sindicos et consilium ut rescriberent dominis Bernensibus ut ministrarent justiciam de eo, que lictera fuit conclusione precedente fieri et mandari precepta sumptibus ipsius Paqueti.

*Veneris xv jullii.* — Fonte, Fornerat, Monte; — Orsieres, Navis, Danel, Jo. Fabri, de Rippa, Migerandi, Baudi, Megex, Frojon, Guilliet, Tissocci, Malbosson, Pensabini, Castronovo, Bona, Leta.

*(De Paqueti.)* — De Paqueti, mandatur unus vigil sumptibus Paqueti.

*(De burgense.)* — De relicta burgensis, solvat si habeat unde.

*(De platea Longemale.)* — De platea Longemale et Johanne Ruffi, tollantur infectiones, nec amodo teneatur planchia pro retinendis fimis sive immundiciis et pro residuo firme occasione amocionis concordet cum thesaurario.

*(De peccuniis r. d. nostri.)* — De reverendissimo domino nostro, reperia[n]tur peccunie sive admodiatarii, si possibile sit.

*(De P. Gay.)* — De Petro Gay a quo petitur gabella vini, non compellatur pro modo ad solvendum gabellam, sed teneant gabellarii computum quantum debet nec propter ea trahatur in consequenciam.

*(De regibus.)* — De rege balistariorum et aliis, serventur lictere et observentur, et interrogetur cum juramento si peccunia(s) ex quibus emerunt vinum eis spectet aut alteri, quia si non spectet serventur lictere ut supra.

(48) *Sabacti xvj jullii, circa terciam horam post meridiem.* — Fonte, Forneret; — Orsieres, Navis, Boysson, Montyon, de Rippa, Jo. Philippi, Jo. Fabri, Migerandi, Guilliet, Carrerii, Megex, Bona, Frojon, Tissocci, Leta, Castronovo.

*(Protestacio.)* — Fonte protestatus fuit quemadmodum fecit petere consilium et tamen sunt plures deficientes. Protestatus fuit quod per eum non stat quominus bonum commune bene regatur.

*(Relatio.)* — Reffert Saturninus Rosat, vigil, peciisse Jo. Baudi, Jo. Fabri et Bezansonum Hugonis in eorum proprias personas et Johannem Malbosson in personam ejus uxoris, Marinum Veisonay in personam ejus uxoris, Plonjon in personam ejus uxoris, et Girardum de Rippa in ejus propriam personam.

*(De d. Sancti Sorlini.)* — Exposuit nobilis Fonte se intellexisse per quemdam hospitem Morgie quod domini Ligarum intellexerunt magnificum dominum Montis Sancti Sorlini hic esse cum magno apparatu armigerorum et pariter nonnullos alios Allemanos, que notificaverat dominis vicario et officiali ut adverterent eum ut evictetur scandallum.

(*De eodem.*) — Secundo exposuit quod fecerunt diligenciam possibilem de reperiendo admodiarios tam alarum quam de Thiez, sed nullum potuerunt reperire.

(*De eodem.*) — Tercio exposuit quod hic venerunt plures armigeri et nulli sunt forreri et sic advideatur in omnibus.

(*De eodem.*) — Quoad concernit dominum Sancti Sorlini, vadant nobiles syndici ad ipsum dominum Sancti Sorlini quos associabunt Orseries et Migerandi; et si nichil dicat de argento, nullam faciant sibi mencionem.

De forreriis, mandetur querere Michaellem de La Doey.

(*De gubernio civitatis et desineriis.*) — De gubernio civitatis, advertantur desinerii occulte ut suos de suis desineriis advertant(ur) ut sint parati qua hora petentur, si casus requirat.

*Martis xix jullii.* — Fonte, Richardet, Forneret, Monte; — Baudi, Orseries, H. Fabri, Navis, Dadaz, Boysson, Cartellier, Lestelley, de Rippa, Danel, Berterat, Frojon, Plonjon, Tissocci, Bona, Guilliet, Pensabini, Megex, Leta, Castronovo.

(*Desinerii noviter creati.*) — Nicolaus Bocheti, loco Glaudii Sallerii; — magister Mychael, sellerius, loco Georgii Patri.

(*Creati xvj jullii*): Johannes Lamberti, loco Jo. Mercerii; P. Puvelli, loco Johannis Vudon; Ste. Peccollat, loco Anthonii Millanesii.

Juraverunt in forma.

(*Caucio.*) — Nobilis Ludovicus de Salis, admodiarius salis marini, promittit de novet<sup>1</sup> et cavet per magistrum Anthonium Damex et Petrum Magnini, et quemlibet insolidum, qui promiserunt in forma et renunciaverunt in forma.

(49) (*De Perrina.*) — Exposuit nobilis Gladius Richardet, consindicus, sicuti magnificus dominus Sancti Sorlini die Sabacti novissime lapsa post cenam recessit cum multis ex eis qui cum eo erant; et tandem plures ex illis revererunt ad eorum hospitium ad domum Perrini, sed reperta porta clausa non potuerunt intrare, licet ipse et nobilis Fonte percusserunt in porta et quamvis imposuisset penas ut illis apperiret; que tamen inobediens recusavit parere preceptis, sed opus fuit ut illos conduxissent ad domum Jo. Collombi, hospitis Perroni; quam capi fecerunt Dominico per officarios post venias lucratas, quam Ducis sua auctoritate propria relaxavit.

(*Conclusio: capiatur.*) — Super quo conclusum fuit ut iterum capiatur et ducatur ad carceres episcopales.

(*De Mahuet et Malbosson.*) — De Mahuet et de Malodumo fuit conclusum ut tradant jura in manibus nobilium sindicuntur<sup>2</sup>, que per advocatos neutros consultarentur sumptibus ipsarum parcium, et inde ipsi domini syndici faciant convocare partes et arbitros ipsarum parcium.

<sup>1</sup> Lisez: de novo.

<sup>2</sup> Lisez: sindicorum.

(*De examine criminali.*) — De[n]tur Martinet peccunie pro examine fiendo contra uxorem Versonay, qui vadat ad locum.

*Jovis loco Veneris xxj jullii.* — iii<sup>j</sup><sup>or</sup> syndici; — Danel, Dadaz, Cartellier, Navis, de Rippa, Jo. Fabri, Frojon, Plonjon, Guilliet, Tissocci, Pensabini, Leta, Megex, Malbosson.

(*Burgensis.*) — Gladius de Cresto, serrallionus, parrochie Sancte Crucis, filius quondam Amedei de Cresto, parrochie Ville Magne, admittitur in burgensem mediantibus octo ff.

(*De licteris Berne.*) — Exposuit Fonte sicuti ipse et ejus socii iverunt ad consilium episcopale et coram quo fuit lecta lictera missiva per dominos Bernenses<sup>1</sup> et gesta in consilio precedente.

(*De eisdem.*) — Mictatur lictera dicta[ta] per secretarium.

(*De artillieria.*) — Fuit conclusum de artillieria apperta per filiastrum Aymonis Putardi, lathomi, ei retineatur pro tribus scutis auri super qua intrabit sex ff. pro burgensia; residuum solvat thesaurarius et fiat illi mandatum.

*Dominico xxiiij jullii.* — Fonte, Richardet, Forneret, Monte; — Orseries, H. Fabri, Bovier, Jo. Fabri, Boysson, Danel, Cartellier, Navis, Pensabini, Guilliet, Tissocci, Carrerii, Castronovo, Bona, Malbosson, Jo. Fabri, Lestelley, Megex.

(*De thesaurario domine duchisse Margarite.*) — Fuit lecta lictera missiva (lictera) mandata per illustrissimam dominam duchissam Margaritam<sup>2</sup> cum alia per ejus thesaurarium Vionet mandata. Fuit conclusum quod lictere demonstrarentur domino vicario et si opus esset consilio episcopali. Que fuerunt demonstrate domino vicario, qui d. vicarius dixit quod erat oppinionis ut nil rescriberetur attentis occurrentibus, sed verbo diceretur illi qui apportavit licteras quod actentis occurrentibus nulla potest fieri assecuracio, demonstrando pericula jam alias eventa.

(*Responsio.*) — Qua sic dicta oppinione, fuit vocatus egregius<sup>3</sup> Curteti, civis Gebenn., qui licteras tradiderat, cui fuerunt facte remonstraciones et quod sumus in terra ecclesie et non possumus denegare adictum et recessum, nec consuetum est prout eciam non suppetit potestas ut aliquem securum teneamus, et sicuti alias (50) preses Divionis fuit captus

<sup>1</sup> Berne, 18 juillet 1524. Le Conseil de Berne demande à celui de Genève de s'opposer aux intentions hostiles que les soldats du duc de Bourbon réunis à Genève manifestent contre le roi de France, et de veiller à ce qu'ils ne s'emparent pas de l'argent des pensions que celui-ci envoie aux Lignes (P. H., n° 944). — Voir ci-dessus, p. 383 n. 2, 403 et n. 2, 413.

<sup>2</sup> Lettre de Marguerite d'Autriche, veuve du duc de Savoie Philibert I<sup>er</sup>, datée de Malines, 30 juin 1524, demandant aux syndics et bourgeois de Genève leur assistance pour Louis Vionnet, son trésorier, chargé par elle d'une mission et que certains ennemis de l'empereur menacent d'arrêter (P. H., n° 943).

<sup>3</sup> Prénom en blanc.

in civitate et per dominos Ligarum ductus ad eorum partes<sup>1</sup>, et quod si princeps episcopus noster veniret non assecurarem eum, et sicuti dominus officialis metuens capi recessit et civitatem absentavit. Et ea refferat ipsi thesaurario ut ea dicat illustrissime domine prefate duchisse, cui viribus totis obsequi vellemus, et si aliqua possumus facere pro eo in hac civitate faciemus bono corde.

*Martis xxvj jullii.* — Fonte, Richardet, Forneret, Monte ; — Orseries, H. Fabri, Montion, Danel, Lestelley, Navis, Dadaz, Jo. Fabri, Berterat, Boysson, Migerandi, Megex, Frojon, Plonjon, Leta, Tissocci, Carrerii, Pensabini.

*(De licteris Berne.)* — De licteris Berne, communicentur consilio episcopali et inde gesta in illo refferant, quarum una concernit factum Paqueti et alia peccunias imperatoris<sup>2</sup>.

*(De ambassiatore imperatoris.)* — De ambassiatore imperatoris, expectetur donec sit in civitate hospitatus, et informetur de ejus qualitate et de omnibus alloquatur consilium.

*(De Jo. catellier.)* — Venit Johannes, catellierus, et grusam fecit contra Thomam Monachi, dicendo quod idem Monachi sibi minas intulit de ipsum verberari faciendo. Eo absente idem Monachi fuit petitus, qui dixit nullas sibi minas intulisse.

*(Inhibicio.)* — Fuit inhibitum per nobiles syndicos Glaudio Quemoz, conreatori, sub pena lx solidorum, ne pinguedines pro sua arte in sua domo fondat, sed alibi ad formam franchesiarum (sub pena lx solidorum).

*(De illustrissima d. Margarita.)* — N. Fonte iterum exposuit sicuti domina Margarita mandavit licteram qua tenetur n. Vionet, ejus thesaurarius, securus in civitate. Fuit conclusum quod nulla fiat in scriptis responsio sed fiant recommandaciones ut in precedente consilio.

*Veneris xxix jullii.* — Fonte, Richardet, Forneret ; — Baudi, Orseries, Cartellier, Danel, Navis, Jo. Fabri, de Rippa, Berterat, Boysson, Dadaz, Migerandi, Megex, Frojon, Nergua, Leta, Guilliet, Tissocci, Pensabini, Castronovo, Bona, Plonjon.

*(De peccuniis.)* — De peccuniis pro reverendissimo domino presule nostro, ad Martis ; et vocentur omnes consilarii ut maturius consultetur.

*(De regibus ballistariorum.)* — De regibus ballistariorum, archeriorum et collovrieriorum, serventur lictere et non manuteneantur ultra illarum tenorem.

<sup>1</sup> Sur l'arrestation et l'extradition du président de Villeneuve, voir R. C., t. VII, p. 373 et n.

<sup>2</sup> Cette dernière lettre, seule conservée, est datée de Berne, 23 juillet. Elle a trait à des sommes d'argent qui auraient été envoyées à Genève par le roi d'Angleterre comme subside au duc de Bourbon et que Berne demande aux Genevois de mettre en lieu sûr, afin d'éviter la mainmise des agents du roi de France (P. H., n° 944).

*(De putheo reparando.)* — De putheo prope lacum, contorollator faciat illum reparare et inde clave claudere, que tradatur sindico Fornerat, non expedienda nisi in casu ignium.

(51) *(De blado.)* — De ordine bladi, agatur discrecioni nobilium sindicorum et vigilles elaborent sic quod bladum veniat ad mercata, vendenda posita bampnereta.

*(De macellariis.)* — De macellariis, observentur cride et pugnantur ad onguem deffectuosi.

*(De lictera d. Margarite.)* — De responsione fienda super lictera missiva domine Margarite, fiat illi graciosam cum regraciacione de urbanitatibus impensis mercatoribus hujus civitatis per eam.

*Martis secunda augusti* — Fonte, Richardet, Forneret, Monte ; — Orseries, Cartellier, Lestelley, Navis, Dadaz, Jo. Fabri, de Rippa, Jo. Boysson, Pensabini, Migerandi, Megex, Leta, Frojon, Nergua, Plonjon, Guilliet, Tissot, Castronovo, Bona.

R. d. officialis et dominus procurator fiscalis Mandallaz exposuerunt parte illustris et reverendissimi domini nostri episcopi et principis Gebenn. sicuti, insequendo bonas responsiones per consilium factas de reperiendo super suis peciis et membris sui episcopatus summam per eum petitam, quod fiat possibile et quod viginti vel triginta mercatores vel burgenses possunt hoc facere ; quare rogat fieri diligenciam et negocium expediri.

*(De peccuniis reverendissimi d. nostri episcopi.)* — Super quo fuit conclusum quod fiant remonstraciones eidem domino officiali quod, substentis jam tantis oneribus et actentis jam mutuis de quibus tenemur et diligencia facta, non est possibile summam reperiri, et si sibi libeat, rescribat omnia ipsi r. d.

*(Recepit syndicus Fonte.)*

*Jovis quarta augusti.* — Fonte, Richardet, Forneret, Monte ; — H. Fabri, Orseries, Lestelley, de Rippa, Jo. Boysson, Jo. Sept, Jo. Baudi, P. Poterelli, Jacobus Bergerat, Jaco. Comitiss, Migerandi, Nergua, Tissocci, Jaco. de Cresto, P. Vindret, Jo. Lullini, Jo. Bordon, de Castronovo, Gallaz, P. Rosset, Pensabini.

*(Scriptum per n. Fonte<sup>1</sup>.)*

(52) *Veneris quinta augusti.* — Fonte, Richardet, Fornerat, Monte ; — Ramel, Boysson, Orseries, Lestelley, Navis, de Rippa, Berteracti, H. Fabri, Migerandi, Megex, Frojon, Plonjon, (Megex,) Carrerii, Tissocci, Pensabini, Bona, Nergua.

*(Burgensis.)* — Franciscus Vulliens, parrochie Magdalenes, filius quondam Berthini Vulliens, de Pueyrnis, dyocesis Thaurinensis, apothecarius, admittitur in burgensem mediantibus tribus scutis solis.

<sup>1</sup> Le procès-verbal de cette séance est resté en blanc.

(*De pecuniis pro r. d. nostro.*) — Iterum exposuit nobilis Fonte, consindicus, sicuti r. d. officialis memoravit alias per eum exposita et inter cetera dixit non fuisse sibi datum aliquod responsum ut apud illu. et reverendissimum dominum nostrum episcopum quod easdem recepissent pecunias; sed tamen bene poterant reperiri illi mille scuti dummodo bona adhibeatur diligencia, et pro indemnitate obtulit daturum membra episcopatus prelibati illu. et reverendissimi domini nostri, sic quod communitas nullum reportabit incomodum, dampnum sive jacturam. Dixitque ulterius prefatus r. dominus officialis quod prelibatus illu. dominus noster presul bene reperisset particulares scilicet P. Gay, P. Joly et Johannem Richardi. Et sic idem Fonte requisit super hujusmodi negocium bonum haberi ad visum. Super quo fuit conclusum ut vocentur particulares nominati in rotulo et sciscitetur ab eis si velint admodiare aliqua membra episcopatus pro illa suma, quod dabuntur bono precio, sic quod comodum ex illis secuturum admodiatoribus.

(*De computis pissidis Animarum.*) — Exposuit Jo. Boysson sicuti ipse fuit deputatus conprocurator pissidis nec habet jura nec documenta, quorum defectu posset sibi dampnum evenire. Fuit conclusum quod e. Berteracti ponat computos in manibus auditorum modernorum computorum civitatis. Qui Berteracti se obtulit exhibere in manibus auditorum computorum suo[s] computos

(*De lictera missiva.*) — De lictera missiva missa pridem presidis, quam apportavit no. Boulet, a thesaurario fuit lecta.

(*De murallia d. de capitulo.*) — De murallia dominorum de capitulo, dicatur illis quod faciant visitari, et si bona remaneat in suo esse; si ruinosam remaneat in suo esse.

*Martis nona augusti.* — Fonte, Richardet, Fornerat, Monte; — Ramel, Orsieres, Danelli, Lestelley, de Rippa, Berterat, Cartellier, Navis, Migerandi, Guilliet, Plonjon, Nergaz, Megex, Frojon, Leta, Tissocci, Pensabini, Bona, M. Versonay; — Tho. Monachi, Rosseti.

(*De admodiariis gabelle carniium.*) — Venerunt admodiarii gabelle carniium et lamentaciones emiserunt contra nobilem thesaurarium qui contradicit et renuit recipere ab eis cartos Lausane pichilinos<sup>1</sup> et cartos Lausanne. Unde pecierunt illi fieri preceptum ut recipiat cum non recipiant aliam monetam. Conclusum ut thesaurarius accipiat solucionem ex illis pecuniis termini novissime decursi et tandem videbitur quid erit agendum.

(53) (*De pessoneriis et revend[itrubicibus].*) — De revend[itrubicibus] et pessoneriis, maneat antiqua conclusio.

(*De Malbosson.*) — De Malbosson, congregentur arbitri cum d. sindicis et consilio, et tractetur concordium.

<sup>1</sup> Probablement pour *picciolino*, désignant un très petit quart, diminutif fort approprié aux quarts de Sébastien de Montfaucon, qui ne valaient à peu près rien (*Note de M. le Dr Eug. Demole*).

(*De licteris S. Galles.*) — De aliis licteris de Saint Galles, vadant domini sindici ad dominum vicarium et illas demonstrent.

*Veneris xij augusti.* — Fonte, Richardet, Monte; — Orsieres, Cartellier, Jo. Fabri, Navis, Berterat, Danel, Lestelley, de Rippa, Baudi, Dadaz, Frojon, Nergua, Guilliet, Carrerii, Pensabini, Tissocci, Bona, Leta, Migerandi, Megex; — Thomas Monachi.

(*De Pecelet.*) — De Pecelet, vadant d. sindici ad consilium episcopale et requiratur quod procurator patrimonialis interveniat contra officarios Gaii.

(*De Jo. Sept.*) — De Johanne Sept contra Porta, ad idem vadat.

(*De Ramelli.*) — Fiat parcella Ramelli et Cartellier.

Fiat mandatum relicte Margalliet de uno ff., pro satisfactione copertorii unius deperditi existente celsitudine ducali in hac civitate. — (*Mandatum habet.*)

(*De porta porte Tartassez.*) — De nova porta quam fecit Guiliermus Hugonis prope menia porte Tartassez, vocetur et confiteatur illam pertinere civitati.

(*De pecuniis.*) — De pecuniis pro reverendissimo d. episcopo, fiant remonstraciones domino officiali de diligencia facta pro illis habendis, que reperiri non possunt.

(*De patisseriis.*) — De patisseriis, fiant cride prohibitorie ne fiat roste cassamuseaux.

(*Supplicacio.*) — Fiat supplicacio pro civitate contra de Malodumo et Mahuet.

(*Custos vinearum.*) — Admictitur custos vinearum Coste Rubeo Aymo filius Francisci Thome, qui juravit in forma.

(*Custos vinearum.*) — Amedeus La Gendarma admictitur custos vinearum Costo Roz.

*Martis xvj augusti.* — Fonte, Richardet, Fornerat, Monte; — Danel, Navis, Berterat, de Rippa, Frojon, Leta, Tissocci, Pensabini, Carrerii, Bona, Megex, Nergua; — Monachi.

(*De pecuniis per r. d. n. petitis et relacio.*) — Exposuit no. Fonte, consindicus, sicuti insequendo conclusionem factam iverunt ad r. dominum officialem et illi enarrarunt diligenciam per eos factam de reperiendo qui vellent mutuo dare civitati pecunias parte reverendissimi domini nostri presuli[s] sibi mutuo dari petitas; et pecierunt unum grossum numerum magis apparencium seriatim, apud quos preces fuderunt ut facultates per ipsum d. n. petitas impendere vellent, se offerentes assecurationem in valli-diori forma facere; ex quibus aliqui dixerunt, prout verum est, quod communitas jam (54) longo tempore eisdem respective tenetur in magnis quantitatibus pecuniarum, et aliqui quod, defectu perturbacionum eis factarum jurisdictionem ecclesiasticam vetando sua non possunt nec potuerunt exigere

debita, se sic excusando et rationes pretactas adducendo, et hec in presencia scutifferi quoque exposuerunt ipsi d. officiali.

(*Lictera missiva.*) — Fuit lecta lictera missiva per illu. d. ducem mandata concernens principem Oringiarum.

(*De dominabus Sancte Clare.*) — De dominabus Sancte Clare, reparetur conductus aque labentis super communibus terralium sumptibus civitatis. Residuum fiat sumptibus ipsarum dominarum aut cujus intererit.

(*De serralliono.*) — De serralliono, visis lictis uberius concludetur.

(*De fratre d. Barralis.*) — De fratre domini Barralis, domini sindicent<sup>1</sup> instent apud officarios episcopales ut fiat justitia.

(*De communibus S. Pauli.*) — De communibus Sancti Pauli, illa visitentur et qui fieri fecisse<sup>2</sup> terralia super communibus, ille vel illi ad penam cridarum pugniantur.

(*De serralliono.*) — De serralliono Bouser, unam seram bonam et honestam infra totum proximum futurum mensem octobris faciat loco operis capitis.

(*De computis redditis et reddendis anni presentis millesimi v<sup>o</sup> xxiiiij.*) — De computis, audita relatione per auditores computorum qui retulerunt ex redditione computorum per thesaurarium anni millesimi quingentesimi vigesimi tercii communitatem sibi teneri in summa mille tercentum et septuaginta sex florenorum decem solidorum et duorum denariorum cum obolo, fuit conclusum, ne jacturam paciatur thesaurarius et fiat exactio arreragiorum per eum datorum, ministret computos anni presentis usque in diem || presentem || qua fuerunt traditi, scilicet a die conclusionis ipsorum computorum novissime redditorum usque in diem remissionis fiende per ipsum thesaurarium cicus quam fieri poterit, et committitur ipsis auditoribus de novo, et hec communicentur in majori numero consilliariorum.

*Veneris xix augusti.* — Fonte, Richardet, Fornerat; — Orsieres, H. Fabri, Danel, Navis, Lestelley, Castronovo, Berterat, Frojon, Nergua, Leta, Guillet, Carrerii, Pensabini, Bona, Megex, Migerandi; — Thomas Monachi.

(*Relatio.*) — Refferunt Amedeus Chivilliardi et Stephanus Arnaudi visitasse commune econtra possessiones quas tenet Johannes filius Amblardi Comitum in admodiacione a procuratore Animarum, qua reperierint cepisse duos pedes super communi seu commune restrinxisse de dictis duobus pedibus.

(*Burgensis.*) — Petrus Bonardi, pocterus, parrochie beate Marie Nove, filius quondam Johannis Bonardi, de Bellicio, admissus in burgensem medianibus octo florenis.

(*Querimonia.*) — Querimoniam fecerunt honesti Johannes Quoquet, Jo. Garini, Lambertus Cusini, Jo. Ballonis et Glaudius Chena contra Bartholomeum de Crosa, dicentes quod idem Crosa apponi fecit unam collonam

<sup>1</sup> *Lisez:* sindici.

<sup>2</sup> *Lisez:* fecerunt.

super communi et bancha ultra solitum fieri fecit, eciam plures postes apponi offuscantes lumina suarum domorum, que pecierunt tolli. Fuit conclusum quod queratur relacio jam facta, et si non reperiat fiat de novo et fiat justitia.

(*De Paquet.*) — Fuit presentata lictera missiva missa per dominos Bernenses concernens negocium Oddeti Paqueti. Fuit conclusum quod si Paquet velit rescribere rescribat, alioquin non rescribatur.

(55) (*De Mahuet et Malodumo.*) — De Nycodo de Bosco dicto Mahuet et Malodomo, visitetur locus et si reperiantur aliqua impedimenta, illa tollantur.

(*De visitoribus carniurum.*) — De visitoribus carniurum et piscium qui pecierunt dari cuilibet duo scuti auri pro emendis nemoribus, fiat mandatum thesaurario quod tradat cuilibet duos scutos auri ad solem seu communem valorem in moneta.

(*De pondere bladi.*) — De pondere bladi, iterum cridetur et expediatur, more solito, nocte.

(*De thesaurario.*) — De computis, thesaurarius se obtulit reddere computum dato sibi termino ad illos faciendum et scripto redigendum.

Admodiatio medietatis ponderis bladi facta  
Anthonio epinguerio.

Anno Domini millesimo quingentesimo vicesimo quarto, indictione duodecima et die decima nona mensis augusti, in mis notarii etc. personaliter constituti nobiles Anthonius de Fonte, Glaudius Richardet, Franciscus Forneret et Bernardus de Monte, sindici hujus civitatis, ex una, et Anthonius Savyneti, epinguerius, burgensis Gebenn., ex altera. Prefati vero nobiles sindici sindicario nomine tocus communitatis admodiant et in admodiacionem tradunt medietatem ponderis bladi hujus civitatis eidem communitati pertinentem, a die sexdecima mensis hujus augusti incepti usque ad diem proximi festi Nativitatis beati Johannis Baptiste inclusive, eidem tanquam plus offerenti, in claustro ecclesie cathedralis ad extinctum et consumptionem candelee ceree, prius de eo factis per carraphos hujus civitatis eciam in hoc claustro pluribus proclamacionibus de eodem. Et hoc precio et nomine precii septuaginta unius florenorum p. p., quolibet floreno valente duodecim solidos monete cursalis, per eundem Anthonium solvendorum in manibus moderni thesaurarii aut pro tempore existentis, more denariorum fiscalium, terminis assuetis. Promictentes partes juramentis suis etc. et sub obligacione omnium bonorum etc., videlicet dicti domini sindici firmam manutenere et dictus Anthonius ipsam firmam solvere et cavere ydonee de illam solvendo hinc ad octo dies proximos, cum submissionibus et renunciationibus oportunis. Actum in claustro ecclesie cathedralis, presentibus

ibidem egregiis Johanne Migerandi, Petro Berteracti, Georgio de Campo, Humberto Trenchet et Amedeo Tornerii, testibus, etc.

S. Biolesii, n.

*Lune xxij mensis augusti.* — Richardet, Forneret, Monte; — Jo. Baudi, Orseries, H. Fabri, Navis, Dadaz, Jo. Fabri, Jo. Philippi, de Rippa, Berterat, Boysson, Migerandi, Megex, Frojon, Nergua, Leta, Guilliet, Tissocci, Carrerii, Pensabini, Castronovo.

*(De d. nostro et peccuniis.)* — Exposuit n. Glaudius Richardet, consindicus, sicuti heri fuit petitus parte r. domini officialis ad quem ivit et nobilis Monte, consindicus, qui r. d. officialis tradidit quatuor missivas: duas per r. d. nostrum episcopum, unam per dominum Montis Sancti Sorlini, et unam per Jo. Ginodi ab Urbe ipsi r. d. nostro missam, que ibidem fuerunt lecte et que continent futuras et rigorosas indignaciones. Super quo fuit conclusum d. sindici vadant iterum ad dominum officialem et illi enarrent diligenciam factam per eos de reperiendo ipsas pecunias petitas, quas non reperierunt, et dicant illi quod si reperiat fiet assecuracio per ipsum et communitatem, ut jam alias dictum et conclusum fuit.

(56) *Martis xxiiij augusti.* — *(Consilium quinquagenarium.)* — Richardet, Forneret, Monte; — Orsieres, H. Fabri, Jo. Fabri, Boysson, Frojon, Nergua, Carrerii, Pensabini, Dada, Leta, M. Versonay, Bona, de Rippa, Navis, Megex, Berterat, Tissocci, Migerandi; — Jo. Balard, Ste. Badelli, Ny. Ruffi, Laurentius Synion, Michael Sept, Jo. de Pileo Rubeo, Ja. de Cresto, Ny. de Villario, Glaudius Bessonnet, Ludovicus Prelaz, Tho. Monachi, P. Rosset, Jullianus Ricouz, Amedeus Andreonis, P. Gallouz, P. Jacobi.

*(De peccuniis r. d. nostri.)* — Iterum exposuit dictus n. Richardet, consindicus, rem heri gestam et enarratam, et qualiter iterum iverant ad ipsum r. dominum officialem cui nararunt diligenciam quam fecerunt de reperiendo peccunias per eundem d. officialem nomine domini episcopi petitas, et etiam de reperiendo admodiatarios erga quos se obtulerunt cavere dummodo reperiantur qui velint admodiare aliqua ex membris episcopalibus. 2<sup>o</sup> Exposuit sicuti pridem facta sollicitacione per dictum r. d. officialem et P. Gay, alloquutus fuit Jo. Tacconis et eum requisivit ut rescriberet n. Georgio de Rippa pro habendis peccuniis petitis per dominum nostrum, mediante bona assecuracione et censu. Qui Jo. dixit ei quod ita faceret et tandem successu temporis idem Tacconis dixit ipsi Richardet quod non erat locus habere easdem peccunias. Que enarravit iterum d. officiali et etiam durantibus tribus diebus continuis steterunt singulo die ultra horas in aula hujus Domus faciendo per vigilles appellare magis apparentes et habentes facultates, pro illis mutuo tradendis peccuniis mediante admodiacione aut bona assecuracione; nec tamen potuerunt reperire, quoniam petiti emisissent excusaciones: aliqui quod alias mutuo tradiderunt egregias auri quantitates que

adhuc eis debentur, et aliqui quod, causantibus impedimentis in jurisdictione ecclesiastica, non potuerunt nec possunt eorum exigere debita, et per consequens peccunias non posse mutuare. Et etiam illi enarravit quod non potuerunt reperire ultra summam centum et triginta unius scutorum solis. Fuit super premissis conclusum et resolutum quod adhuc petatur consilium ad cras et sub pena privacionis burgensie.

*(De indulgencia Gentilis.)* — Fuerunt presentate lictere graciae Gentilis, super quibus fuit preceptum apponi «parati obedire mandatis».

*(Burgensis.)* — Mermetus de Monte, laborator seu patterius, filius quondam [Christofori]<sup>1</sup>, de Animassia, nunc parrochie Sancte Crucis, admittitur in burgensem mediantibus viij ff.

*Mercuri xxiiij augusti.* — Fonte, Richardet, Fornerat, Monte; — Baudi, Orseries, H. Fabri, Navis, Dadaz, de Rippa, Cartellier, Jo. Fabri, Migerandi, Megex, Frojon, Nergua, Carrerii, Pensabini, M. Versonay, Bona, Guilliet; — Gringallet, Gardet, P. Rosset, Le Picart, Jo. Bordon, Ja. Comitit, G. Tornerii, Ludovicus Prela, G. Bessonnet, Jo. Ballard, Jullianus Ricouz, G. de Ponte, Charpilliet, Poterel, Tho. Monachi, Amedeus Andronis, Jo. de Mara.

Refferunt Jo. Martini et Glaudius Bidalis, vigilles, peciisse evocatos in rotulo.

Fuerunt iterum lecte iiiij<sup>or</sup> predictae lictere missive.

*(De peccuniis.)* — Iterum n. G. Richardet heri per eum exposita exposuit et potissime quod fecerant exactam diligenciam de reperiendo peccunias de quibus tanta fuere facta colloquia, tam in Alamagna (57) quam alibi, diebus octo continuis stando in hac aula singulo die sex horis salvo pluri, et petendo magis apparentes; et singulos qui venerunt erogarunt ut vellent admodiare ex membris episcopalibus usque ad illam summam mille scutorum, et fieret assecuracio per communitatem. Sed singuli excusaciones per eum jam alias enarratas dederunt; que enarravit r. domino officiali, qui eis enarravit pericula que occasione reffutacionis evenire possint. Super quo fuit conclusum quod reperirentur centum qui mutuo darent singuli decem scutos, et sic reperiretur illa summa mille scutorum. Quequidem conclusio fuit incepta et incohata in hoc consilio seriatim, sed dumtaxat fuerunt reperti mutuo dare volentes sequentes, videlicet: — et si non reperiantur fiant graciose excusaciones et unica resolutio quod non reperiantur<sup>2</sup>.

Primo :

Jo. Baudi se obtulit mutuare	x scutos auri
Jo. Migerandi, equidem	x scutos
H. Fabri	x scutos
Cartellier	x scutos

<sup>1</sup> Prénom en blanc; il se trouve dans la lettre de bourgeoisie (*Bourgeoisie B*, n° 7).

<sup>2</sup> Cette dernière phrase a été ajoutée après coup.

Nergua	x scutos
Charpilliet	x scutos
Dadaz	x scutos
Jo. Fabri	x scutos
M. Versonay	x scutos
Guilliet	x scutos
Le Picard	x scutos
Jo. Bordon	x scutos
G. Bessonnet	x scutos
Jo. Ballard	x scutos
Charpilliet	x scutos

Ceteri recusarunt mutuo dare prenommati in hoc consilio, excusaciones emictendo.

(*Privacio D. Varamberti.*) — De illo qui se privavit burgensia ex semet ipso, refferentibus vigilibus, remaneat privatus, scilicet Dominicus Varamberti.

(*De rebellibus.*) — Quoad illos qui petuntur et sunt rebelles, videatur si fuerit aliquod scriptum pretextu horum qui petuntur. Si reperiantur illa, presententur in consilio; si non reperiantur, communicentur in primo consilio generali.

*Veneris xxvj augusti.* — Fonte, Richardet; — Danel, Cartellier, Boysson, Navis, Lestelley, de Rippa, Berterat, Nergua, Tissocci, Megex, Leta, Carrerii, Pensabini, Bona.

(*De licteris hospitalis.*) — De licteris edificii hospitalis pestilencialis et aliis appostolicis illarum occasione, detur duplum dominis de capitulo Lausane, que fuerunt tradite Biolesii qui promisit illas restituere.

(*De Dominico Varamberti.*) — Quia Dominicus Varamberti asseruit vigilles eum privasse burgensia dum eum pecierunt, et sic intellexit, et ea causa dicet quod postquam illum privabant, privari, et sic fuit iterum per dominos syndicos privatus. Tandem fuit ex conclusione consilii conclusum quod peteretur et interrogaretur si volebat insistere illis verbis, scilicet volebat privari. Qui respondit quod non vult remanere privatus, et ea causa fuit ei dictum quod exinde quando petetur veniat et non sit rebellis. Qui dixit quod veniet, et sic apperiat bucticam et neominus privatio remaneat in suspenso, qua tamen privatione non utatur in eum.

(*Caucio.*) — Anthonius Savynet, expinguerius et admodiarius medietatis ponderis bladi pertinentis communitati, promisit iterum firmam solvere et cavit per Michaelem Morelli, qui promisit in forma.

(*Petantur apparentes.*) — Exposuit iterum nobilis Fonte quemadmodum fuit conclusum ut iterum peterentur magis apparentes sub pena privacionis suarum borgesiarum, et si non venirent qui essent petiti, illi privarentur burgensia.

(58) (*De murallia civitatis.*) — Exposuit honorabilis Girardinus de Rippa contorollator communitatis, fecisse visitari menia civitatis in Scoreatoria et citra illam existencia per Johannem Tissocci, qui petit pro singula teysia pro sua manu sex ff., et sunt alii lathomi qui se obtulerunt illam facere thesiam pro uno scuto solis.

(*De collonnis de Crosa.*) — De collonnis de de Crosa, expectetur et dillatetur exequucio relacionis per octo dies, donec convaluerit, ita quod si nolit stare relacioni adjungat sumptibus suis quos voluerit, petitis aliis qui retulerunt; alioquin si recuset, exequatur.

(*De meniis.*) — De meniis, visitentur et si sit possibile retineatur usque ad quadragesimam proxime instantem.

(*De lanista.*) — De lanista, sive carnifice, si non tollat lapides infra tempus injunctionis, tollantur nomine civitatis, et ducantur ad suburbium Sancti Gervasii.

(*De inobedientibus.*) — De inobedientibus ad formam precedentis conclusionis, privantur et exequucio suspendatur usque ad majus consilium.

(*De Aymone Bonnaz.*) — Fuit factum Aymoni Bonnaz preceptum quod reperiat burgensiam sui patris et injungitur quod interim claudat bucticam suam.

*Martis penultima augusti.* — Fonte, Richardet, Fornerat, Monte; — Orsieres, Navis, de Rippa, Dadaz, Danel, Berterat, Megex, Carrerii, Nergua, Plonjon, Tissocci, Malbosson, Pensabini, Bona, Leta, Castronovo.

(*De pane extraneorum.*) — Quia sunt nonnulli extranei qui apportant panes claros ad vendendum, permittatur apportare et vendere competenti precio.

(*De clerico ponendo in ala.*) — De clerico ponendo in ala propter infirmitatem Pilliodi, vadat ad magistrum ale et ponatur de ejus consensu.

(*De presbiteris.*) — De presbiteris recusantibus solvere gabellam vini, faciant gabellarii bonam informacionem et sciant quantum debent singuli, et compellantur coram domino vicario. Et recusancium solvere ponatur vinum in ala, sicut fuit factum de vino domini Coudree.

(*De Mahuet et Malbosson.*) — De de Malodumo et Mahuet, prosequatur civitas per justiciam et tamen fiat concordium si fieri possit.

(*De responsione d. officiali.*) — De responsione fienda domino officiali, si petatur ab eis per dominum officialem habere responsum et rotulum, poterunt respondere quod resolutio consilii fuit ut nulli particulariter contradicentes nominentur.

*Veneris secunda septembris.* — Fonte, Richardet, Monte; — Orsieres, Danel, Lestelley, Navis, de Rippa, Berterat, Plonjon, Tissocci, Carrerii, Megex, Bona, Migerandi, Nergua, Leta, Pensabini.

(*De patisserio.*) — De patisserio de Cappella, quia non de[co]quit ryostas,

ut juravit, in civitate sed apud venditorem et de blado sibi excreto, non compellatur per dominum vicedompnum,

(*De patisseriis.*) — De alio patisserio suburbii Sancti Gervasii, qui dixit ultra cridas fecisse exter rassura piste certas filias, faciat cum domino vicedompno ut melius poterit, et eciam ceteri patisserii deffectuosi.

(59) (*De processu.*) — Tradatur processus criminalis pridem formatus contra Guey et alios plexos pretextu reliquiarum sancti Germani.

(*De detento.*) — De detento in Insula, vadant domini sindici et repetant illum, et tandem relaxent nisi magis appareat quam jam respondit.

(*De muralliis.*) — De muralliis ville ante Scoriatoriam, quia sunt jura regallia, nisi<sup>1</sup> fiat inconsulto domino vicario, et tandem reparentur ne oriatur scandallum.

(*De Nicodo Mahuet.*) — Nycodus de Bosco, dictus Mahuet, dicit se nolle contra civitatem nec tollere jus si quod habeat communitas, citra tamen derogacionem jurium suorum contra de Malodumo, contra quos prosequi intendit jus suum<sup>2</sup>.

(*De Varambert.*) — Venit Dominicus Varamberti et requisit sibi declarari causam qua petitus fuit. Fuit illi dictum ut mutuo traderet cum ceteris illu. et reverendissimo domino nostro pro tradendo mutuo mille scutos auri reverendissimo domino nostro episcopo, eciam si voluisset admodiare de suis beneficiis et membris episcopatus usque ad illam summam, et communitas caveret de indemnitatem. Et quia non fuerunt reperti qui mutuarent nec admodiare vellent, negocium remanxit in suspensio. Et tunc dixit idem quod, dum fuit petitus, non potuit venire urgentibus eum certis arduis negociis, et se obtulit mutuo dare viginti quinque scutos solis.

*Martis sexta septembris.* — Fonte, Richardet, Monte; — Baudi, Orsieres, Danel, Navis, de Rippa, Berterat, Lestelley, Migerandi, Megex, Leta, Guilliet, Carrerii, Pensabini, Tissocci, Bona.

(*De Pensabini.*) — Fuit dictum Guilliermo Pensabini quod ex quo est procurator illorum de Malodumo, insequendo bonas consuetudines hujus Domus, non veniat ad consilium, donec sedata eadem causa et differencia existens inter communitatem et ipsos de Malodumo.

(*De n. de Fernex et magistro stupharum.*) — Fuit facta relatio occasione differencie nobilis P. de Fernex et Guichardi, magistri stupharum, qua continetur ut idem magister Guichardi faciat ferrare portam suam, cujus occasione erat differencia, infra mensem, quam acceptavit; et frater nobilis

<sup>1</sup> Lisez: nichil.

<sup>2</sup> Voir l'enquête faite par le vicaire général Pierre Gruet, à l'instance des syndics, au sujet des prétentions qu'avaient les fils de Pétremand de Malbuisson, d'interdire au public le passage de l'allée de leur maison située rue de la Rivière. Les témoins entendus affirment que ce passage est public; il l'est encore de nos jours et porte le nom d'allée Malbuisson, entre la rue du Rhône n° 38 et la rue du Marché n° 5 (*Procès criminels*, 1<sup>ère</sup> série, n° 219).

Petri acceptavit casu quo placeret n. Petro, ejus fratri. — (*Levatum est ad opus n. Petri de Fernex.*)

(*De furno patisserii.*) — De patisserio volente construi facere furnum in suburbio Sancti Gervasii, quia nemini est contradicendum volenti facere edificium super solio suo, faciat, soluta primo sua borgesia.

(*De licteris Malbosson.*) — De dictis Malbosson, petatur consilium ad Veneris et illarum pretextu vadant d. sindici ad d. vicarium.

(*De Bertillieria et Jo. Levreri.*) — De differencia Bertellerie et Johannis Levrerii, si velint se submictere stare ordinationi dominorum sindicorum et consilii, visitent locum et inde fiat appunctuamentum. Si minus vadant ad d. officialem qui tulit sententiam, qui illam eis declarabit.

(60) (*De d. Sollieti.*) — De domino Sollieti, apponatur super sua obligatione quomodo reddidit artillieriam licet fractam.

(*De muris.*) — De muris Scoriatorie, retineantur et de quadragesima fient, et interim preparantur neccessaria.

(*De monetis.*) — De monetis Lausane, vadant domini sindici ad r. d. vicarium et episcopale consilium, et consultant cum eo.

*Veneris nona septembris.* — (*Consilium L<sup>m</sup> juncto ordinario.*) — Fonte, Richardet, Forneret, Monte; — H. Fabri, Jo. Boysson, Nergua, Navis, Frojon, Bovier, Dadaz, Jo. Fabri, B. Bona, Megex, Danel, Jo. Baudi, Tissocci, Leta, Berterat, Lestelley, de Rippa; — Jo. Bordonis, Tho. Monachi, Jo. Chappeau Rouge, M. de Ulmo, A. Reynaudi, P. Grassier, Aymo Julliard, Jo. Nycodi, Jo. Ballonis, P. Vindret, Andreas Chabodi, Franciscus de Fosse, Robertus Fore, filius dicti Perne Mugnerii, P. Pinjonis, Amedeus Tornerii, Amedeus Andreonis, G. Bessonnet, Jo. Ballard, P. Vullet, Ste. Peccollat, Ste. Macheret, Ludovicus Curtet, Bartholomeus de Crosa, Jo. Gallatini, P. Cergat, Jo. Marchiandi, Aymo Bonnaz, Jo. Bolardi, (Jo. Ballonis,) Jo. Bues, Roletus de Nanto, Glaudius de Strata, Jo. Vudon, Jo. Ruffi, P. Chatel, Jo. Le Traquier, A. Chicandi, Ste. Arnaudi, Jo. Furjodi, Jo. Sept, Bernardus Beguini, Jo. Danellet, Nycolaus Alliodi, P. Rosset, P. Gardet, G. de Ponte, P. Borsat, Ja. Bergerat, Jo. Gerdil, P. Poterelli, Jo. Bocardi, Jo. Bergonyon, Anthonius Probi.

(*De differencia Malbosson et communitatis.*) — De licteris de Malodumo, appelletur a decreto illarum coram auctentica persona per appellatoriam cedulam, et inde, facta appellacione, in observacione franchises<sup>1</sup> et consuetudinum antiquarum, tollantur porte et cetera impedimenta.

(*De patisseriis.*) — De patisseriis, non exinde admictantur aliqui in burgenses donec moderni sint reducti ad numerum viginti quatuor.

(*De vino novo.*) — De vino novo, fiant cride quod non vendatur vinum novum hinc ad festum Sancti Martini ultra quatuor denarios singulus carteronus. Et fiant cride super hoc.

<sup>1</sup> Voir art. XXXI des Franchises, dans M. D. G., t. II, p. 332.

(*De macellariis.*) — De macellariis, vadant domini syndici ad d. vicarium et fiant illis servicia possibilia, ipsorum tamen macellariorum sumptibus.

(*De monetis.*) — De monetis, vadant domini syndici ad dominum vicarium Lune et ducant secum sex habentes noticiam monetarum, et apponatur melius remedium quod apponi poterit.

(*De macellariis.*) — Lamentacionem emisit P. Rosset, nomine macellariorum veteris macelli hujus civitatis, quemadmodum sunt quatuor ex dictis bocheriis dicti macelli, qui, Mercuri novissime lapsa, veniendo a mercato Bone, fuerunt capti per egregium Gigneti, tanquam procuratorem fiscalem Galliardi, et inde ducti ad castrum Galliardi in quo presencialiter detinentur pretextu linguarum ejusdem macelli, non obstantibus licteris de interim pridem per eos obtentis ab illustrissimo d. duce, quos tamen relaxare recusarunt et recusant eos relaxare licet obtulerint idoneos fidejussores usque ad summam mille scutorum; et ultra premissa, alios macellarios assignari fecerunt tenturos arrestum in castro Galliardi. (61) Super quibus peciit et supplicavit per communitatem ipsorum sumptibus auxilium prestari. — (*Conclusio.*) — Super quo fuit conclusum ut prebeat illis possibile auxilium ipsorum sumptibus.

(*De vino.*) — Exposuit nobilis Fonte quod sunt plures hujus civitatis qui proposuerunt ire Subtus Montem et eciam per alia loca emere vinum et inde illud vendere ut voluerunt, caristiam apponendo. Super quo fuit conclusum videatur in consilio ordinario que fienda erunt.

*Martis xiiij septembris.* — Fonte, Richardet, Fornerat, Monte; — Orsieres, Danel, Navis, Dadaz, de Rippa, Nergua, Megex, Frojon, Carrerii, Bona, Leta, Berterat.

(*De monetis.*) — Retulit nobilis Fonte sicuti heri nobiles syndici iverunt ad consilium episcopale associatis Danel, Dadaz et Beczansono Hugonis, in quo fuit loquutum de monetis Lausane decridatis. Super quo dictus vicarius dixit quod postquam non habebant cursum extra civitatem, eciam infra illam non habea[n]t donec fu[er]it de novo ducali auctoritate aliter provisum.

(*De processibus plexorum propter sacrilegium Sancti Germani.*) — Quia commendabilis Guiliermus Danelli dixit et proposuit sicuti, eo existente consindico hujus civitatis cum n. P. de Versonay, P. de Fernex et Francisco de Leamon, fuerunt plexsi duo sacrilegi, qui reliquias Sancti Germani furto rappuerant, qui fuerunt dimissi in hac Domo et nunc non reperientur; et [ut] non in futurum per aliquos ex parentibus plexorum improperearetur sibi exequucio de eis facta, deventa ad eorum noticiam perdicione processuum, peciit illos perquiri et testimoniales sibi dari a pluribus qui illos viderunt, presertim per Frojon, secretarium et Fornerat et plures alios<sup>1</sup>.

<sup>1</sup> Voir ci-dessus, p. 19, 21 et 426.

(*De negotio de Malodumo et communitatis.*) — Prefatus nobilis Fonte exposuit sicuti in consilio quinquagenario fuit conclusum quod porte allorii existentis inter domos de Malodomo et Mahuet [tollerentur], et tamen exequutio huc usque fuit dilata, unde peciit advertanciam haberi. Et fuit dilata exequucio huc usque ad eo quod r. d. vicarius dixit quod laudaret summarium appunctuamentum. Fuit remissum ad Veneris.

(*De dicto negotio de Malodumo.*) — R. dominus vice-officialis Maulacti, r. domini Karolus Magni, archipresbiter, et Ludovicus de Cresto, concapellanus capelle domini cardinalis Hostiensis, venerunt et proposuerunt sicuti intellexerunt existere certam differenciam pretextu allorii existentis inter domos Petri et Jacobi de Malodumo, ibidem presencium, et Johannis de Malodumo, nunc absentis, ex una; et communitatem hujus civitatis et Nycodum de Bosco, [ex altera, partibus]. Et dixerunt quod dicti de Malodumo nollent habere ullo modo differenciam cum communitate et civibus, unde supplicaverunt ut negocium acceleraretur graciose. Quibus auditis, n. syndici, organo n. Fonte, dixerunt quod erant contenti eligere duos pro parte communitatis et erunt ibidem duo qui ita promictent pro Nycodo de Bosco et ejus uxore. Et sic eligant ipsi de Malodumo duos et submictant stare ordinacioni illorum sex neutrorum, et facta electione et promissione ac submissione erunt contenti stare illorum ordinacioni, lite postposita, ut ita antea hic fuit resolutum. Ad que prefati domini responderunt quod dicti de Malodumo consultabunt invicem et refferent Veneris.

(62) *Veneris xvj septembris.* — Fonte, Monte; — Orsieres, Danel, Navis, Dadaz, Jo. Fabri, de Rippa, Migerandi, Frojon, Nergua, de Leta, Bona.

(*De negotio communitatis et illorum de Malodumo et Nycodi de Bosco.*) — Exposuit venerandus dominus Ludovicus de Cresto, nobilium et honestorum Johannis, Petri et Jacobi de Malodumo, fratrum, ibidem cum eo existencium, nominibus, quemadmodum dicti de Malodumo fratres nolebant contra communitatem et civitatem pretextu differencie existentis inter eos et dictam communitatem pretextu allorii existentis inter eorundem<sup>1</sup> de Malodumo, fratres, et Nycodum de Bosco et ejus uxorem; et pro acceleracione ejusdem differencie, dicti Malbosson elegerunt arbitros suos et pro eorum parte reverendum dominum Heustacium Chappuisii, officialem Gebenn., et nobilem Stephanum de Mara, civem Gebenn., dixeruntque ipsi de Malodumo et de Cresto eosdem de Malodumo nolle ulterius in lite occasione dicte differencie procedere; fueruntque ipsi de Malodumo contenti quod si procedant pendente hujusmodi cognicione fienda per eorum arbitros, junctis arbitris parte civitatis eligendis, illa sint nulla, irrita et invallida donec facta pronunciacione per arbitros, consenciendo ex nunc in eodem negotio nichil novi fieri. Quibus expositis, nobiles syndici pecierunt testimo-

<sup>1</sup> *Lisez*: eosdem.

niales dixeruntque quod, propter absenciam aliorum nobilium sindicorum, nichil possunt agere, tamen per eos non stat quominus negocium justicia seu amicia acceleretur. Post vero premissa dicti d. de Cresto et de Malodumo exiverunt ab aula consilii et eciam consilio. Super quo inde conclusum fuit quod fiat per eosdem de Malodumo sive nobiles syndicos et eorum officiaros appertura portarum dicti allorii anterioris et posterioris, que apperte omnino remaneant; et inde facta appertura, omnia communicabuntur in majori consilio, in quo fiet arbitrorum electio aut saltem alia responsio. Et si a casu dicti de Malodumo nolint apperire, exequantur mandatum et conclusio consilii quinquagenarii, alloquutis prius dominis de cappella domini cardinalis Ostiensis.

(*De Couvaz.*) — De Couva, prosequatur contra eum et instetur apud reverendum dominum vicarium revocari inhibiciones, et inde fiat justicia.

(*De leprosa.*) — De leprosa, facia(n)t lamentaciones suas apud reverendum dominum officialem, qui est conservator leprosariarum apostolica auctoritate deputatus, sibi assistentibus nobilibus sindicis, et revisitetur per eam nominandis, vocatis precedentibus dominis medicis qui illam pridem visitarunt, eciam barbitonsoribus, qui inde eligendi refferant, ut inde veritas eliciatur.

(*Recepit supra scriptum consilium Glaudius Biolesii, filius meus.*)

*Martis vicesima septembris.* — Fonte, Monte; — Cartellier, Navis, Megex, Bovier, Dadaz, Jo. Fabri, de Rippa, Tissocti.

(*De detento.*) — De detento Couva, prosequatur monicio contra detent(or)um, et cum consilio peritorum, et solicitetur advocatus.

(*De Malbosson et de Bosco.*) — De Mahuet et Malbosson, fuit conclusum quod nisi ipsi de Malodumo obtemperent conclusioni consilii centenarii sive quinquagenarii juncto ordinario celebrato, quod fiat precise exequutio illius conclusionis.

(*De computis.*) — De computis thesau[r]arii, illi preparentur omnibus obmissis.

(*De caseis.*) — De <sup>1</sup> et caseis venalibus, fiant cride et prohibiciones ne quis ultra formam franchesiarum etc.

(63) (*De armigeris.*) — De armigeris lanchiquinetis <sup>2</sup>, dicatur capitaneo ipsorum quod nisi solvat hospitibus expensas, dubitatur ne fiat tumultus in populo, qui eciam easdem expensas forsitam luet.

(*Recepit supra scriptum consilium e. Boulet.*)

*Veneris xxiiij septembris.* — Fornerat; — Navis, de Rippa, Migerandi, Megex, Frojon, Leta, Guilliet, Tissocti.

<sup>1</sup> Mot en blanc.

<sup>2</sup> Sur le passage des troupes suisses allant au service de France, voir Rott, *op. cit.*, t. I, p. 311.

(*De de Malodumo.*) — De de Malodumo, dicatur eis quod dimictant portam appertam die noctuque, sic quod Mahuet et ceteri cives et burgenses et incole possint impugne per ipsum allorium ire et redire, ac intrare et exire; alioquin exequatur conclusio consilii ordinarii juncto illi quinquagenario.

(*De d. Sancte Clare.*) — De dominabus Sancte Clare et leprosa, ad Martis.

(*De Couva.*) — De Couva, ex quo repertus est processus plexorum qui eum inculpaverunt et accusarunt, prosequatur negotio <sup>1</sup> via juris sine intermissione.

(*De domo civitati pertinente.*) — De domo nuper empta per civitatem, visitetur per contorollatorem et inde fiant reparaciones aut saltem retenciones comodius ut fieri poterit, et ubi eminet ruina reparacio fiat.

*Martis xxvij septembris.* — Fonte, Monte; — Cartellier, Navis, Berterat, de Rippa, Nergua, Guilliet, Tissocti, Pensabini, Plonjon, Frojon, Castronovo.

(*De macellariis detentis in Galliaro.*) — Exposuit Petrus Rosset, macellarius, assistentibus cum eo Petro Gardet, Julliano Ricouz et Glaudio de Ponte, sicuti castellanus et officarii Galliaro jam pluribus diebus detinuerunt et detinent firmis et oppacis carceribus nonnullos ex macellariis hujus civitatis occasione linguarum, quarum vigore lis longo tempore pependit in sublimi consilio ducali, eosdemque detentos male tractant ac si essent criminosi, licet carcer non datur ad penam. Et indurati ipsi officarii abstulerunt unam trabem per quam ibant ad lumen suscipiendum et ad colloquendum aliquos respective ex eorum familia. Fuit conclusum domini sindici alloquantur castellanum Galliaro, quod ex quo macellarii detine[n]tur pro causa civili, illis det carcerem leviolem, sic quod lumen habeant et suos domesticos possint alloqui.

(*De detento.*) — De detento, domini sindici vadant ad dominum judicem excessuum et intercedant apud eum admicti articulos eorum parte sive domini vicedompni datos.

(64) *Veneris ultima octobris [septembris].* — Fonte; — Lestelley, Dadaz, Navis, de Rippa, Jo. Fabri, Plonjon, Megex, Nergua, Leta, Pensabini, Carrerii, Castronovo.

(*De leprosa.*) — De leprosa, vadant d. sindici ad reverendum officialem et supplicetur illi ut commictatur curatus Sancti Leodegarii ad visitandum sive revisitandum leprosam, vocatis precedentibus visitatoribus, si sua putaverit interesse.

(*De vino.*) — De vino, observentur cride <sup>2</sup>.

(*De detento.*) — De detento, prosequatur via juris contra eum.

<sup>1</sup> Lisez: negotium.

<sup>2</sup> «La crie faite touchant le vyn nouveau l'an mille v<sup>c</sup> xxiiij» (*Reg. des Publications*, vol. I, p. 17).

*Sabacti prima octobris.* — Fonte, Monte; — Navis, Jo. Fabri, Dadaz, de Rippa, Berterat, Orsieres, Bovier, Megex, Plonjon, Leta, Carrerii, Pensabini, Castronovo.

(*De rescribendo r. d. nostro episcopo.*) — Proposuit nobilis Fonte, consindicus, sicuti procurator fiscalis illi enarravit se velle crastina [die] suos gressus dirigere apud illu. et reverendissimum dominum nostrum episcopum, et sic adviderent si velint illi rescribere, se offerendo licteram defferre ad illum. Qui eciam Fonte intellexit prefatum r. d. nostrum indignari, ex quo domini sindici se tantum reddunt lenti de rescribendo.

(*Conclusio.*) — Fuit conclusum quod illi rescribatur et fiant apud illum humilles recomendaciones et notificetur quies civitatis et transitus dominorum Ligarum parte armigerorum (transitus), et quomodo bene solvendo transierunt, licet fuerunt [a]liqui lanchiquineti qui aliquantulum voluerunt de solvendo differre; tamen fuit talis ordo datus quod nullus tumultus factus fuit. Eciam illi rescribatur de processu Couvaz.

Quia dicitur Johannem Losserandi, excedendo cridas, capones emisse, fuit vocatus qui cum juramento dixit emisse pro r. d. prothonotario Montistrocterii, cujus servitorem se asseruit.

*Martis quarta octobris*, in conventu Rippe. — Fonte, Forneret, Monte; — Cartellier, Danel, Frojon, Nergua, Plonjon, Megex, Leta, de Rippa, Carrerii, Berterat, Pensabini, Castronovo.

(*De lictera missiva.*) — N. Fonte exposuit quomodo fuit Sabacti celebratum consilium in quo fuit conclusum ut rescriberetur domino nostro de quiete civitatis, detentis et armigeris, que scripta et manda[ta] fuit per procuratorem fiscalem.

(65) (*De Guillermo Hugonis.*) — De Guillermo Hugonis, vocetur Martis vel Veneris, et ibidem confiteatur portam per eum noviter edificatam pertinere civitati cum ambulatorio, et de hoc fiat instrumentum; eciam super porta apponantur arma civitatis et custodiet unam clavem communitas.

(*De de Malodumo.*) — De negotio illorum de Malodumo vocetur ad octo unum magnum consilium in quo fiat electio arbitrorum parte civitatis.

(*De barbitonsoribus.*) — Venerunt barbitonsores in numero quatuor inter quos fuit unus vulgo dictus Bioleys, qui exposuit sicuti fuerint assignati et compelle[re]ntur per officarios domini vicedompni ad solvendum penam sexaginta solidorum, ex quo die sanctorum Cosme et Damiani fuerint appositi rami folearum ultra cridas, quas nunquam intellexerunt, ut asseruerunt. Fuit eis dictum quod vadant ad d. vicedompnum et illi aliquod graciosum donum faciant, et requirant eum quod pro nunc illos dimictat.

*Veneris vij octobris.* — Fonte, Richardet, Forneret, Monte; — Cartellier, Danel, Bovier, Navis, de Rippa, Berterat, Boysson, Lestelley, Megex, Nergua, Plonjon, Leta, Carrerii, Pensabini.

(*De bocheriis quoad linguas.*) — P. Gardet, Ja. Comitit, Probi, de Ponte et dictus Gerdil venerunt et proposuerunt mandare reverendissimo domino nostro occasione linguarum, unde pecierunt sibi dari bonum consilium (pecierunt), quod indigent pecuniis nec eciam habent jura sua. Pecierunt mutuo dari aut saltem per unum mensem sibi dimicti peccunias gabelle carniarum. Super quo fuit conclusum quoad peccunias et dilationem non detur sed solvant, quoad residuum rescribatur una bona lictera illu. et reverendissimo domino nostro ut prebeat auxilium, quoniam esset magnum prejudicium ipsi et successoribus si ita fieret quod solverent linguas ducali celsitudini.

(*De detento.*) — De detento, precedente querimonia facta per Ducis nomine vicedompni pretextu tam diuturne detencionis Couva, vadant domini sindici cum ibidem existentibus illico in exitu hujus consilii ad d. vicarium et faciant illi remo[n]straciones quod propter impedimenta per eum apposita et disturbia per eum facta in decreto inhibicionis cessat fieri justiciam, quod est contra voluntatem illu. et reverendissimi domini nostri episcopi. Qui iverunt et eis responsum dedit quod faceret congregare consilium episcopale dummodo dominus Vegio esset in hac civitate, et tunc fiat eis responsio.

(*De pyquis.*) — De piquis petitis per n. d. vicedompnum nomine illu. domini comitis, fiat diligencia apud vend[itores] de reperiendo, et si reperiantur hec ipsi domino vicedompno refferantur.

(*De hospitallerio pestilenciali.*) — De hospitallerio, fiat ei mandatum de tradendo peccunias super gabella salis.

*Martis undecima octobris.* — (*Consilium quinquagenarium fuit solutum.*) — Fonte, Richardet, Fornerat, Monte; — Monthyon, Bovier, Jo. Fabri, de Rippa, Berterat, Frojon, Danel, Dadaz, Pensabini, de Castronovo, Cartellier, Navis, Jo. Boysson; — de Ulmo, A. Reynaudi, P. Grassier, Hillarius Richardet, Amedeus Magnini, P. Regis, Ludovicus Curteti, P. Poterelli, Nycodus de Villario, Andreas Girardi, Ja. Gerdilis, (66) Jo. Vuidon, Ludovicus Prelaz, Jo. Ruffi, Robertus Fore, Ma. Canard, Roletus de Nanto, Roletus Bonoz, Franciscus Suchardi, P. Vindret, G. Bessonnet, Franciscus de Fosses, Ste. Macheret, Jo. Chapeau Roge, Nycodus Mahuet, Jo. Garini, A. Andreonis, Jo. Sept, Oddetus Paqueti, Stephanus Peccollat, Ja. Comitit.

(*Electio arbitrorum.*) — De communitate et illis de Malodumo, fuerunt electi arbitri parte civitatis d. P. Fabri, n. Ludovicus Montionis et Guilielmus Danelli, quibus fuit data omnimoda potestas super diferencia occasione allorii et servitutis pronunciandi et decidendi in forma.

(*De monetis.*) — De monetis Lausane, fuit conclusum quod, insequendo conclusionem jam factam, (quod) thesaurarius recipiat, donec aliter fuerit ordinatum, a firmariis quartam partem firmarum ejusdem monete Lausane,

et firmarii teneantur de residuo satisfacere eidem thesaurario in alia bona moneta cursum habente.

(*Mandatum.*) — Mandantur solvi d. G. Grossi, pro allegacionibus et penis habitis super visitacione processus Couva et allegacionibus per eum dictatis, tres floreni et sex solidi. Et similiter viso processu Couva, satisfiat secretarius de eodem processu ordinacioni n. sindicorum.

(*Burgensis.*) — Ludovicus Vaulet, de Aucret, grinaterius, parrochie Sancti Gervasii, filius quondam Jo. Vaulet, de dicto loco de Aucret, Lausanensis diocesis, fuit admissus in burgensem mediantibus viij ff.

*Veneris xiiij octobris.* — Fonte, Richardet, Forneret, Monte; — Montion, Cartellier, Danel, Lestelley, Bovier, Navis, Dadaz, Jo. Fabri, de Rippa, Berteracti, Boysson, Megex, Frojon, Nergua, Plonjon, Leta, Tissocci, Carrerii, Pensabini, Castronovo, Bona.

(*Burgensis.*) — Honorabilis Ludovicus de Furno, mercator Gebenn., parrochie Magdalenes, filius quondam egregii Lamberti de Furno, ducalis commissarii, de Collonges prope Clusas, admissus burgensis mediantibus iiij<sup>or</sup> scutis solis.

(*Burgensis.*) — Leodegarius Metresacti, mercator, parrochie Magdalenes, de Thononio, fuit admissus in burgensem mediantibus iiij<sup>or</sup> scutis solis.

(*Burgensis.*) — Jo. de Nanto, macellarius, parrochie Sancti Germani Gebenn., filius quondam Henrici de Nanto, parrochie de Lancier, fuit admissus in burgensem mediantibus viij ff.

(*Burgensis.*) — Jo. Manyini, mercerius, parrochie Sancti Gervasii Gebenn., filius quondam Richardi Manyini, de Sancto Laterio, Viennensis diocesis, fuit admissus in burgensem mediantibus viij ff.

(*Burgensis.*) — Franciscus Leodegarii, mugnerii<sup>1</sup>, parrochie Sancti Gervasii, filius quondam Hugoneti Leodegarii, de Dardagniac, fuit admissus mediantibus octo ff.

(*Burgensis.*) — Glaudius Abraam, mugnerius, parrochie Sancti Gervasii, fuit admissus in burgensem mediantibus viij ff., filius quondam Roberti Abraam, parrochie de Bossey.

(*Burgensis.*) — Stephanus Balleysonis, tissocci, parrochie Sancti Gervasii, filius quondam Anthonii Balleysonis, parrochie Balme, admissus mediantibus viij ff.

(*Burgensis.*) — Jo. Berteti, fornerius, parrochie Sancti Gervasii, filius quondam Stephani Berteti, parrochie Vyonii in Sallacio, fuit admissus in burgensem mediantibus viij ff.

(*Burgensis.*) — Jo. Bolliet, mugnerius, parrochie Sancti Gervasii Gebenn., filius quondam Ste. Bolliet, parrochie Calvimontis, fuit admissus mediantibus viij ff.

<sup>1</sup> *Lisez*: mugnerius.

(67) (*De rutisseriis.*) — Querimoniam fecerunt macellarii Longemale contra rutisserios occidentes animalia nec illa emunt a macellariis; pecierunt inhibiciones illis fieri, videlicet contra Jo. Trollier. Super quo fuit conclusum fiant illis prohibiciones ne occidant exceptis capriolis et vetulis.

(*De Boysson.*) — Querimoniam fecit Boysson contra Berterat dicens quod nescit quid libravit idem Berterat nec que debentur pissidi; peciiturgi ad reddendum computum, alioquin protestetur quod non stat per eum; et si quid deperdatur, non stat per eum nec imputetur, petens testimoniales a secretario, quas concessi.

(*De licteris balistariorum.*) — De rege balistariorum, observentur lictere et condiciones descripte per illu. d. episcopum concessa, et intimentur illi.

(*De laudimio thesaurarii, donatio.*) — De laudimio petito per thesaurarium, fuit conclusum quod illud ei detur.

*Martis xviiij octobris.* — Fonte, Richardet, Fornerat, Monte. — Orsieres, H. Fabri, Danel, Bovier, Jo. Fabri, Boysson, Navis, Cartellier, Megex, Frojon, Tissocci, Pensabini, Castronovo, Bona, Nergua, Carrerii.

(*De reverendissimo d. nostro episcopo.*) — De reverendissimo domino episcopo, qui dicitur esse in oppido Annessiaci, ad sciendum si sit apud illum mandandam aliquam ambassiatam vel ne, quia vertitur in dubium an velit ibidem esse sciri vel ne, nichil mandetur donec sciatur an vel ne velit quod vadatur ad eum, et ab aliquo suum velle intelligatur et pandatur.

(*De Jo. Boysson.*) — Comendabilis Johannes Boysson lamentacionem emisit et instanciam fecit ut videantur computa P. Berteracti, conprocuratoris pissidis Animarum, ad fines ut ex inde sciat quid sit acturus in illo officio et jura et onera ejusdem, ut possit suum debitum officium reddere. Alioquin, si non videantur dicti computi et concludatur in illis quamprimum celebrabitur generale consilium, lamentacionem in illo faciet et supra per eum enarrata in illo pandet et manifestabit. Et de premissis peciit testimoniales.

*Veneris xxj octobris.* — Fonte, Richardet, Forneret, Monte; — Orsieres, Cartellier, Danel, Bovier, Navis, de Rippa, Lestelley, Berterat, Frojon, Nergua, Plonjon, Leta, Guilliet, Tissocci, Carrerii, Pensabini, Castronovo, Bona, Megex.

(*Compromissum.*) — E. Jacobus de Passiaco, studens, et Julianus Bergerat, super eorum differentiis, videlicet cujusdam prati et domuncule sitarum in Areneriis hujus civitatis, promiserunt stare ordinacioni eligendorum, videlicet Francisci Turchebise parte ejusdem Jacobi et Humberti Trenchent parte dicti Julliani electorum, et me notario mediante. Cum renunciacionibus opportunis.

(68) (*De firmis.*) — De firmis alarum et bossetarum, et de illas redimendo ut ceteras, fuit conclusum ut remaneant in suo antiquo esse.

(*De Albaleste.*) — De Arbalesta qui vult eximi a fidejussione per eum facta pro communitate erga dominos Alamagnie, rescribatur eidem, rogando eum ut adhuc manere velit per unum annum.

(*De Burgondo.*) — De chappell[e]rio dicto Borguignyon, fiat illi remonstratio quod ea que petit intrari fuerunt jam intrata quoad viretum, et in presencia testium dicatur illi computasse cum quodam n. Jo. Trolliet; et etiam fiant ei remonstraciones de duobus lapidibus ruppis.

Fuerunt tradite claves puthei Ripparie noviter reedificati custodiende nobili Francisco Forneret.

(*Burgensis.*) — Andreas Denarie, de Samoën, parrochie Magdalenes, suctor et filius quondam Petri, fuit admissus in burgensem mediantibus octo ff.

(*Burgensis.*) — Johannes Denarie, ejus frater, mercerius, ejusdem parrochie Magdalenes, fuit equidem admissus consimili precio.

(*Burgensis.*) — Franciscus filius quondam Glaudii Monodi, de Nantuaco, epinguerius, parrochie Sancti Gervasii, fuit prout supra in burgensem admissus.

(*Burgensis.*) — Aymo Boverii, suctor, parrochie Magdalenes, filius quondam Humberti, de Arenthone, fuit admissus ut supra.

(*Burgensis.*) — Franciscus Clementis, alias de Furno, fonditor, parrochie Sancti Gervasii, filius quondam Hugoneti, parrochie Gruffiaci, admissus ut supra.

(*Burgensis.*) — Ludovicus Quoqueti, mugnerius, parrochie Sancti Gervasii, filius quondam Hugonis Quoqueti, de Prisillier, fuit ut supra admissus.

(*De Georgio, vigille.*) — Georgius de Campo, vigil, de offensis per eum in nobiles syndicos factis veniam postulavit. Cui fuit indultum et ipse in suo officio dimissus.

(*De Malbosson.*) — Venerunt tres fratres de Malodumo et adjunxerunt pro eorum parte, cum dominis per alios electis, Gladium de Castronovo.

(*De thesaurario.*) — De thesaurario qui peciit sibi reddi computos ultimo receptos ad fines ut sciat et videat recepta et librata, conclusum ministrentur in presencia auditorum.

(*De eodem thesaurario.*) — Idem thesaurarius peciit sibi prefigi terminum infra quem possit reddere computos suos et conclusionem suam. Fuit eidem datus terminus per totum hunc mensem octobris, qui acceptavit.

*Dominico xxiiij octobris.* — Fonte, Richardet, Forneret, Monte; — H. Fabri, Cartellier, Bovier, Navis, Boysson, Danel, Orsieres, de Rippa, Jo. Fabri, Pensabini, Berterat, Nergua, Plonjon, Guilliet, Carrerii, Castronovo, M. Versonay, Tissocci.

(*De r. d. episcopo.*) — Fuit loquutum de eundo apud d. episcopum; et de dono fuit dictum quod si sciatur quod voluerit visitari, ad eum ibitur, et si ibidem veniat, fiet donum assuetum.

(69) *Lune xxiiij octobris, post prandium.* — Fonte, Richardet, Forneret, Monte; — Cartellier, Danel, Navis, Jo. Fabri, de Rippa, Boysson, Megex, Frojon, Nergua, Plonjon, Leta, Bona.

(*De Couva.*) — Exposuit n. Fonte sicuti ipse et ceteri n. syndici sunt citati et pariter dominus vicedompnus coram iudice excessuum, instante Guillermo Couva, dicturi causam cur relaxari non debeat a carceribus, et ideo hic advideatur de modo agendi. Fuit conclusum quod nobiles syndici, associati consulibus, vadant cum domino vicedompno ad r. d. vicarium et eum requirant quod bonam ministret justiciam, et alleguent coram eodem dominum iudicem excessuum suspectum, cum alias fuerit servitor idem Couva ipsius d. iudicis.

*Martis xxv octobris.* — Fonte, Richardet, Forneret, Monte; — Orseries, Cartellier, de Rippa, Berterat, Lestelley, Pensabini, Migerandi, Megex, Tissocci, Leta, Carrerii, Bona, Castronovo.

(*Burgensis.*) — Johannes filius quondam Petri Ponsonay, de Sancto Marsellino, dyocesis Viennensis, epinguerius, parrochie Sancti Gervasii, fuit admissus in burgensem mediantibus viij ff.

(*Burgensis.*) — Johannes filius quondam Anthonii de Media Villa<sup>1</sup>, parrochie beate Marie Magdalenes, fuit admissus mediantibus duobus scutis solis, donatis sibi decem solidis quia in contentis solvit.

(*Juramentum.*) — Commendabilis Leodegarius Metresacti, jam in ejus absentia admissus in burgensem, prestitit juramentum etc.

(*De domino provinciali conventus Sancti Dominici.*) — Fuit expositum per nobilem Fonte quemadmodum r. d. provincialis conventus Sancti Dominici ordinis Predicatorum venit ad hanc civitatem et in illa est. Advideatur de modo alloquendi eum. Fuit conclusum quod domini syndici vadant ad eum et, facta salutacione, eum requirant quod habeat exortare religiosos et discolos corrigere, sic quod tante insolencie que fiunt in illo extirpentur et in cultu divino exercendo erudiat, cassando vaugas Dormicionis in capella<sup>2</sup> Sancti Yvonis propter insolencias que ibidem fiunt, inhibendo ipsis religiosis ne exinde permictant illas fieri.

(*Veneris de computis.*) — De computis que petuntur signari per dominum thesaurarium per auditores computorum suorum, propter absentiam auditorum remictitur ad Veneris.

(*De filia Trentacoste.*) — Alloquatur d. vicedompnus sive Ducis ut sumantur informaciones de certis verbis injuriosis prolatis per filiam dicti Trentacoste contra P. Gervasii et Amedeum Tornerii, pretextu certarum beccassarum quas ipsa filia emit ultra cridas.

(70) *Veneris xxviiij octobris.* — Fonte, Richardet, Monte, Forneret; — Cartellier, Navis, Jo. Fabri, Berterat, Boysson, Danel, Carrerii, de Rippa,

<sup>1</sup> «Tonsor... de Cartignier» (*Bourgeoisie B*, n° 7).

<sup>2</sup> La lecture de ce mot est douteuse.

Megex, Frojon, Nergua, Pensabini, Castronovo, Leta, Plonjon, Bona; — Tho. Monachi, Rosseti.

(*Burgensis.*) — Marinus Ryvigneti, cultellerius, parrochie Sancti Gervasii, filius Jacobi, parrochie Clarifontis, admissus in burgensem median-tibus octo florenis.

(*Burgensis.*) — Michael Crey, marescallus, parrochie Sancti Gervasii, filius quondam <sup>1</sup>, de Les Mulettes in Sabaudia, median-tibus octo ff.

(*Burgensis.*) — Glaudius Vincencii, cutellerius, parrochie Sancti Gervasii, filius Jacobi Vincencii, de Chesaboex, mandamenti Balleysonis, fuit admissus in burgensem median-tibus octo florenis.

(*Burgensis.*) — Glaudius Curteti, chapellerius, parrochie Magdalenes, filius Petri Curteti, de Compeys, admittitur ut supra.

N. Bernardus de Monte exposuit se intellexisse quod Thomas Monachi dixit et divulgavit quod ipse receperat unam ulnam velluti de drulleria, eo quod fuit auditor computorum thesaurarii, ab eodem thesaurario; cui replicavit Thomas Monachi quod hec fuerunt dicta in ejus domo, dicendo nolle detegere dictorem. Tunc idem Monte ea ad animum revocavit et malle perdere de bonis suis mille ff. quam talem pati injuriam, protestando quod per quemcunque dicat et conversetur cum eo, non intendit injuriam suam remittere et malle perdidisse eandem summam quam talem pati injuriam. Post hec vero idem Monachi dixit quod ea dixerat nobili Fonte non animo injuriandi et nominavit Franciscum Malliet in prandio, et tandem fuit concordatum; et sic remisit injuriam idem Monte contemplacione aliorum dominorum sindicorum et consilii.

(*Mandatum.*) — Fiat mandatum Glaudio Baudi ut solvat procuratori pissidis quinquaginta ff., pro termino festi Sancti Martini.

(*De computis.*) — De computis thesaurarii anni millesimi quingentesimi xxiiij, non signentur donec redditis ultimis et in illis conclusum fuerit, sed detur illi duplum illorum si voluerit, et mandatur secretario quod illos copiet.

(*Testimonialis.*) — Ibidem dum hec conclusio fuit notificata eidem thesaurario recusanti illi acquiescere et fierent eidem thesaurario per n. Richardet graciose remonstraciones, prolatis verbis de quibus in testimoniali per aliunde ad extensum positus, et vadant ipsi d. sindici ad d. vicarium pro acceleratione hujusmodi negocii.

(*Mandatum.*) — Fiant mandata relicte Thorens.

Domini de consilio et nobiles sindici tristes sunt de percussione per n. Richardet facta in personam dicti Boulet, et protestati fuerunt quod non processit de eorum consensu; et de premissis testimoniales pecierunt quas in bona forma cum testibus fieri pecierunt <sup>2</sup>.

Idem Richardet dixit quod illum penitebat percussisse eundem thesaurarium.

<sup>1</sup> Prénom en blanc.

<sup>2</sup> Le brouillon de ces lettres testimoniales se trouve aux Archives: P. H., n° 946. Sur cet incident voir le récit de Bonivard, *Chroniques de Genève*, t. II, p. 227 et s.

*Eadem die Veneris, post prandium.* — Fonte, Fornerat, Monte; — Baudi, H. Fabri, Danel, de Rippa, Bovier, Megex, Frojon, Nergua, Plonjon, Guillet, Tissocci, Castronovo.

(*De Boulet.*) — Exposuit nobilis Fonte sicuti, insequendo conclusionem suprascripti consilii, iverunt ad (71) reverendum dominum vicarium et illi narraverunt rem hodie gestam in ordinario consilio et quemadmodum no. Glaudius Richardet, colleia motus, ipsum thesaurarium, post multas feroces responsiones et elata colloquia per eundem thesaurarium iraconde illata, subito unico ictu percussit, de quo pretendit idem thesaurarius communitatem et consilium totaliter de premissis inscium in turbine ponere et grusam facere, tam apud illu. et reverendissimum dominum nostrum episcopum et principem, et eciam apud illu. d. ducem, et contra veritatem plura enarrare, et quod apud ipsum dominum vicarium recurrebant tanquam superiorem in hac civitate loco prelibati principis nostri, ut hujusmodi negocium accelerare vellet. Quiquidem r. d. vicarius respondit quod toto posse suo studebit idem negocium accelerare et mandaret quesitum thesaurarium prefatum; cui prefatus nobilis Fonte dixit quod prefatus thesaurarius erat ultra pontem Areris prout relatu Humberti Trenchent vigillis suscepit, et quod idem thesaurarius dixerat eidem Trenchet quod illac sibi apportaret mandatum hodie in consilio civitatis factum et signatum. Et premissis gestis prefatus Fonte fecit consilium hoc congregari et, de premissis invicem facta consultatione, fuit conclusum quod prefati nobiles sindici iterum vadant ad dictum r. dominum vicarium et sciant ab eo quid circa pretactum negocium gesserit. Quiquidem reverendus dominus vicarius eis dixit quod mandaverat querere eundem Boulet in ipsius Boulet domo, cui dictum fuit quod idem Boulet foris iverat; et inde illum petere fecerat in domo s. d. Barralis, sed sibi dictum quod non erat in illa sed ibat ipse d. Barralis illo passu ad querendum ipsum Boulet et sperabat dare responsum infra unam horam. Fuit iterum conclusum quod nullibi manda-[retu]r, sed expectetur donec sint vocati.

(*Relatio barbitonsoris.*) — Fuit petitus Bordon, barbitonsor, cui peccit idem no. Fonte quid egit erga Boulet et quod malum patitur idem Boulet, qui respondit quod idem Boulet est modicum concassatus in brachio sinistro nec aliquam habet pla[ga]m nec in capite nec alibi.

(*Vide infra admodiatio alarum per inadvertenciam poni obmissa.*) <sup>1</sup>

Admodiatio tercię partis alarum hujus civitatis et guyrbelli, facta honorabili Glaudio Balli, civi Gebenn.

Anno Domini millesimo quingentesimo vigesimo quarto, indicione duodecima cum eodem anno sumpta et die Veneris vicesima octava mensis octobris, in mis notarii personaliter constituti nobiles Anthonius de Fonte,

<sup>1</sup> Nous rétablissons ici ce procès-verbal d'adjudication qui se trouve au folio 74.

Glaudius Richardet, Franciscus Forneret et Bernardus de Monte, syndici hujus civitatis et procuratores ejusdem universitatis, ex una; et commendabilis Glaudius filius quondam honorabilis Johannis Balli, civis et mercatoris Gebenn., ex alia, partibus. Prefati vero nobiles syndici sindicario nominibus premissis, scientes etc., admodiant et accensant et titulo admodiacionis et accensamenti tradunt prefato nobili Glaudio Balli, ibidem presenti etc., tanquam plus offerenti, ad extinctum candele et illius consumacionem ceree, more sic fieri solito, in allorio claustrum ejusdem ecclesie cathedralis, etiam precedentibus debitis proclamacionibus de eisdem alis et gribello proclamari factis per preconem communem cum tuba [tam] per carraphos hujus civitatis quam in hoc claustro, videlicet terciam partem alarum hujus civitatis sitarum ante plateam Mollaris et gribelli ejusdem, et hoc spacio et per tempus unius anni integri die crastina vigesima nona hujus octobris incohandi et simili die finiendi. Et hoc cum honoribus et oneribus assuetis, et sub firma ac precio et nomine precii ducentum et quinquaginta quinque florenorum auri p. p., per eundem nobilem Glaudium Balli vel suos dicte communitati, me notario stipulante, solvendorum in manibus thesaurarii hujus civitatis, more denariorum fiscalium ac si esset res judicata, omni appellacione postposita, terminis sequentibus, videlicet: in fine nundinarum Omnium Sanctorum proxime futurarum quartam partem ejusdem firme; in sequentibus nundinis Epiphanie Domini aliam quartam partem; et in fine nundinarum augusti hic Gebennis tenendarum aliam quartam partem; et aliam quartam partem in fine ejusdem firme. Cum dampnis etc. Promittentes juramentis suis etc., dictusque principalis ydonee cavere hinc ad octo dies. Submittentes se etc. Renunciantes etc. Actum in dicto claustro ecclesie cathedralis, presentibus ibidem commendabili Guillermo Danelli, Glaudio Bessonet, Humberto Trenchent, Johanne Martini, Georgio de Campis, Matheo Carrerii et pluribus aliis etc.

S. Biolesii, n.

*Dominico penultima octobris.* — Fonte, Forneret, Monte; — Orsieres, H. Fabri, Cartellier, de Rippa, Danel, Baudi, Jo. Fabri, Megex, Frojon, Plonjon, Tissocci, de Castronovo, Nergua, Guilliet, Carrerii.

*(De adventu et dono d. n. episcopi.)* — Exposuit nobilis Fonte, consindicus, sicuti illu. et reveren. d. n. episcopus et princeps est de proximo civitatem suam applicaturus, et sic dixit quod super premissis videatur et advertancia habeatur de Monte agendi et eum visitandi. Fuit conclusum quod domini syndici, quam primum intellexerint ejus adventum, ascendant equos et, assumptis secum magis apparentibus equos habentibus, quos advertantur, (et) inde vadant illi ad obviam ultra pontem Areris, dimissis baculis sindicatus citra pontem Areris, et faciant illi reverenciam et fiat illi donum honestum malvatici, melliciacti, dragee et facium.

*(De Boulet.)* — Secundo exposuit prefatus no. Fonte quemadmodum

iverunt ipsi nobiles syndici suprascripti ad r. dominum vicarium et illum rogarunt ut circa appunctuamentum Boulet elaborari vellet. Quiquidem r. d. vicarius eis responsum dedit quod mandaverat querere eundem Boulet, sed non fuit repertus et, postquam non potuit apprehendi, applicuit ad s. d. judicem Gaii et commendabilem Dominicum Varamberti, socerum ejusdem Boulet, qui sibi dixerunt quod possibiles remonstraciones et increpaciones fecerunt apud eundem Boulet ut vellet in amicitiam regredi et quod caveret de non cadendo in malivolenciam communitatis, malum sibi accideret, etiam ipsi Varamberti et s. d. judex ab amicitia eundem totaliter diverterent et se ab eo disjungerent.

Ulterius exposuit idem nobilis Fonte quod prefatus s. d. Barralis [dixit] quod in hoc negocio duo casus, scilicet casus civilis quoad signaturam computorum ejusdem Boulet et alius secundum (72) quod ea que gesta fuerunt in eum quoad percussione[m] processerunt de consensu aliorum nobilium consindicorum et consilii tunc ibidem existentis. Ad quem replicatum extitit quod secus est, quandoquidem illico domini syndici et consilium protestacionem emisissent quod illa percussio non facta fuerat de eorum consensu. Et de premissis habent testimonialem receptam per eorum secretarium Biolesii, de qua loco et tempore facerent fidem. Et inde fuit conclusum quod non signentur computi ultimi redditu[m] per dictum Boulet donec aliis hujus anni redditis; et remaneat conclusio jam facta et fiant remonstraciones domino judici Terniaci, etiam r. d. vicario, sicuti pridem in consilio ordinario idem Boulet se obtulit et promisit bona fide facere computum et reddere non tantum de eisdem ultimis sed etiam de omnibus aliis receptis et libratis infra primam diem novembris inclusive, et de testimoniali referatur dominis sine scriptis.

*Lune, loco Martis, ultima octobris.* — Fonte, Forneret, Monte; — Baudi, Orsieres, Danel, Bovier, Navis, Jo. Fabri, Cartellier, de Rippa, Berterat, Megex, Tissocci, Carrerii, Castronovo, Bona, Leta, Nergua, Pensabini.

*(De computis.)* — De computis, vadant domini syndici ad reverendum d. vicarium, instent compelle[re] thesaurarium et fidejussorem ad reddendum.

*(Donum.)* — Fiat reverendissimo domino nostro donum de sex facibus cere, sex alabostris dragee et sex quarteronis malvatici et sex quarteronis melliciacti.

*Mercuri secunda novembris.* — Fonte, Richardet, Forneret, Monte; — Orsieres, Navis, Jo. Fabri, Berterat, Boysson, Bovier, Frojon, Nergua, Plonjon, Guilliet, Carrerii, Pensabini, Bona, Tissocci.

*(De dono.)* — Exposuit nobilis Fonte sicuti heri factum fuit donum illu. et reverendissimo domino nostro episcopo Gebenn. quod, presertim malvaticum et ypocratatum, fecit ad se apportari et dixit quod volebat de illis gustare.

2º Dixit que erunt illi dicenda, facta reverencia, si querat de detento, eciam de aliis.

3º Exposuit haberi advertanciam de caristia que imponitur in vino de Soubmont.

(*De vino.*) — Fuit conclusum quod fiant prohibiciones tabernariis ne vendant vinum de Soubmonte ultra novem denarios pro singulo carterono.

(*De responsis fiendis.*) — Quoad r. d., vadant domini syndici et respondeant de rebus levibus graciose et cum magno honore; de aliis vero magne importancie, nichil respondeant invito et inconsulto consilio, ut more solito.

(73) *Veneris quarta novembris.* — Fonte, Richardet, Forneret; — Orsieres, Danel, Navis, de Rippa, Berterat, Lestelley, Jo. Fabri, Carrerii, Megex, Nergua, Plonjon, Guilliet, Pensabini, Bona, Frojon, Leta, Migerandi.

(*De fidejussione.*) — Exposuit n. Fonte sicuti r. d. vicarius heri eis exposuit quemadmodum illu. et reverendissimus dominus noster episcopus vul[t] presentem episcopatum accensare et jam alias fuit loquutum de fid[e]jussione pro indemnitatem admodiarii, et pridem fuit per communitatem facta oblatio de illam faciendo, et habuit in preceptis a prelibato reverendissimo domino nostro dicere.

(*Conclusio.*) — Super quo fuit conclusum quod servetur conclusio athenus facto<sup>1</sup>, dummodo fiat caucio de indemnitatem per ydoneos et facilis conventionis.

(*De computis.*) — De computis, fiat unum duplum per secretarium, quod tradatur thesaurario.

(*De detento.*) — De Decova, vadant domini syndici ad illu. et reverendissimum dominum nostrum episcopum et exorentur m. d. vicedompnum ut vadat cum eis et instet ministrari justiciam et revocari deffensiones factas ei non vocato et sic nullas, prout certum est.

(*De lapidibus.*) — De lapidibus Areris, locantur domini syndici domino castellano Terniaci quod ultra solitum non permictat fieri et quod non tollantur lapides a possessione de Lespa, qui fuerunt appositi pro preservatione sue possessionis.

De firmariis fiant illis prohibiciones eciam debitoribus communitatis ne exinde in manibus thesaurarii solvant donec aliud habeant in mandatis.

(*Burgensis.*) — Petrus Ruffi, epinguerius, parrochie Sancti Gervasii, filius quondam Johannis Ruffi, de Monte Lupello, pro viij ff.

*Martis viij novembris.* — Fonte, Richardet, Nergua pro Fornerat, Monte; — Orsieres, Bovier, Jo. Fabri, de Rippa, Montion, Danel, Lestelley, Navis, Berterat, Plonjon, Guilliet, Carrerii, Megex, Leta, Tissocci, Pensabini, Castronovo, Bona.

<sup>1</sup> Lisez: facta.

(*De Couva.*) — Exposuit nobilis Fonte sicuti heri ipsi n. syndici fuerunt in consilio episcopali et ibidem enarrarunt delictum dicti Couva et accusationes in eum factas. Qui quidem reverendissimus dominus noster dixit quod volebat quod fieret bona justicia, pro qua providebit de uno coadjutore non suspecto, sic quod justicia ministraretur debita.

(*De Birtilliona.*) — Secundo exposuit sicuti Birtilliona heri lamentationes fecit apud illu. et reverendissimum dominum nostrum de peccuniis quas sibi deberi asseruit per communitatem; et illa audita replicarunt coram prelibato illu. et reverendissimo domino nostro quemadmodum fuerunt facte cride voce tube per carraphos hujus civitatis per communem preconem quod omnes sibi deberi presumentes per communitatem infra certum tunc prefixum tempus venirent ad Domum communem et ad deputatos ad describendum debita, de quibus jurarent pace<sup>1</sup> ascensa, et alioquin post non audirentur, et quod eadem Britilliona venit et de quibus juravit fuit scriptum factum et inde satisfactum. Deinde deponit venit et fecit al[i]as petitiones que fuerunt repulse ex conclusione plurium consiliorum, insequendo cridas.

(*Conclusio.*) — Super quo fuit conclusum ex quo illu. d. noster dixit si de novo juraret intrarentur; que venit et juravit quod debentur sibi xx<sup>ti</sup> ff. qui fuerunt sibi solvi ordinati, audita relacione Berteracti et trium aut quatuor ejus vicinorum.

(74) (*De rotulo Boulet.*) — Fuit lectus rotulus extraordinarius Boulet, qui fuit remissus auditoribus computorum.

(*De clavibus.*) — Fuerunt remissa sigilla que habebat Boulet cum clave crocte et ar[mo]rii quas habent d. syndici<sup>2</sup>.

(*Admodiatio platee Burgiforis.*) — Fuit admodiata platea Burgiforis commendabili Guilliermo Danelli precio duorum ff.

(*Admodiatio platee Fusterie.*) — Platea Fusterie fuit admodiata Glaudio Bessonet precio x ff.

(*Admodiatio platee Sancti Gervasii.*) — Platea Sancti Gervasii fuit expedita Stephano Bastardi precio iij ff.

(*Admodiatio platee Domine Nostre pontis Rodani.*) — Platea Domine Nostre pontis Rodani fuit admodiata pro sex solidis, ultra tres solidos datos vigillibus.

*Decima novembris.* — Fonte, Richardet, Nergua, Monte, syndici; — Orsieres, Montion, Danel, Jo. Tacconis, Navis, Jo. Fabri, de Rippa, Baudi, Megex, Frojon, Plonjon, Leta, Guilliet, Pensabini.

De adventu illu. d. comitis, vadant domini syndici ad illu. et reverendissimum dominum nostrum episcopum et intelligant voluntatem ejus et sequantur eum, et fiat donum solitum.

<sup>1</sup> Lisez: face.

<sup>2</sup> Ici se trouve l'admodiation ci-dessus transcrite, p. 439.

De plantu et querela thesaurarii, fuit conclusum quod nisi hodie illu. et reverendissimus loquatur eisdem, nichil dicatur usque in tempore opportuno.

De computis, concluditur quod vocetur quam cicius fieri poterit thesaurarius cum suis fidejussoribus coram domino vicario, et vocato nisi faciat ea ad que tenetur, procedatur forciori modo quo fieri poterit, tam vigore licterarum quam alias.

*Recepit Carrerii.*

(75) *Veneris undecima novembris.* — Fonte, Richardet, Nergua loco Forneret, Monte; — Orsieres, Montion, Danel, Navis, de Ripa, Lestelley, Berterat, Megex, Plonjon, Tissocci, Castronovo, Bona, Leta, Carrerii.

(*De computo particulari thesaurarii.*) — De computo particulari thesaurarii, intre[n]tur omnia, prestito per eum juramento, exceptis xx<sup>ii</sup> ff. ab una parte et quinque ab alia parte, et cogatur ad reddendum computa.

(*De eodem thesaurario.*) — Vadant domini sindici ad illu. et reverendissimum dominum nostrum episcopum et principem, et faciant ei remonstraciones de culpa thesaurarii cum querela de mandatis expositis.

(*Burgensis.*) — Andreas filius quondam Johannis Galliardi, de Bochioz prope Sanctum Eugendum, parrochie Magdalenes, admissus in burgensem mediantibus viij ff.

Admodiatio firme introgii bossetarum pro Guilliermo filio quondam Peroneti Joly, parrochie Sancti Gervasii Gebenn.

Anno Domini millesimo quingentesimo vigesimo quarto, indicione duodecima cum eodem anno sumpta et die Veneris undecima mensis novembris, in mis notarii personaliter constituti nobiles Anthonius de Fonte, Glaudius Richardet et Bernardus de Monte, consindici Gebenn., et nobilis Michael Nerguaz, locumtenens in officio sindicatus nobilis Francisci Forneret, ex una, et honestus vir Guilliermus filius quondam Peroneti Joly, ex parte altera. Prefati vero nobiles consindici sindicario nominibus premissis admodiant et accensant et titulo admodiacionis tradunt prefato Guilliermo Joly, civi Gebenn., presenti etc., videlicet introgium bossetarum vini intrandi infra hanc civitatem et bampna ejusdem, cum honore et onere assuetis, eidem Guilliermo, in hoc claustro ecclesie cathedralis Sancti Petri Gebenn., ad extinctum et consummacionem candelee ceree affixe in quodam lapide ejusdem claustri, more solito, factis prius de eodem introgio tam per carraphos ejusdem civitatis quam in hoc claustro pluribus proclamacionibus voce cride eciam et tube; et hoc spacio et per tempus unius anni integri die crastina incohandi et simili die finiendi revoluto ipso anno. Et hoc precio et sub firma sex centum florenorum auri p.p., quolibet floreno valente duodecim solidos bone monete cursalis in patria Sabaudie,

per eundem Guilliermum, more denariorum fiscalium et rei judicate, omni lite et contradicione cessantibus, realiter persolvendorum eidem communitati, licet absente me notario etc., in manibus thesaurarii et receptoris ejusdem communitatis pro tempore existentis, terminis sequentibus, videlicet: in proximo festo Epiphanie Domini nostri terciam partem dicte firme, et aliam terciam partem in sequenti festo Pasche, et aliam terciam partem in tunc sequenti festo Omnium Sanctorum. Cum dampnis etc. Promictentes juramentis suis etc., necnon ydonee cavere hinc ad octo dies proximos etc. Submictentes se omnibus curiis etc. Renunciantes etc. Actum infra dictum claustrum dicte ecclesie cathedralis, presentibus ibidem nobili Thoma Monachi, Johanne Testuti, Glaudio de Castronovo, Matheo (76) Carrerii, Ludovico de Lestelley et Philippo Factati, testibus etc.

*Dominico tresdecima novembris.* — (*Consilium generale.*) — Fonte, Richardet, Nergua pro [Fornerat], Monte; — Orsieres, Berterat, Jo. Fabri, Lestelley, de Ripa, Danel, Navis, Franciscus Bernardi, Bartholomeus Chavanodi, Jo. Frochet, Glaudius Bovis, Ludovicus Porrallis, Jo. Levet, G. Veliet, Marchus Peregrini, P. Mallens, P. Musardi, Franciscus Janini, Johannes de Nanto, A. de Pileo Rubeo, Jo. Nycolay, Robertus Fore, Megex, Leta, Carrerii, Plonjon, Tissocci, Castronovo, Pensabini, (Tissocci,) Jo. Tissocci, Bernardus de Bolo, Rananus Cohendet, Ja. de Monte, P. Guilliermeti; Ja. Viougier, Jo. Meynens, Franciscus Suchardi, G. Brissue, Hugoninus Piliodi, Jo. Levracti, Bastianus Grangerii, Jo. Chapuisii, P. Deyserier, Jo. Bolardi, Ja. Fartacti, P. Fabri, G. Chenalis, P. Giget, G. de Fontana, Franciscus Fontane, P. Fabri, Glaudius Bouloz, G. Bastardi, Bartholomeus Rosseti, Colinus Chautemps, Jo. Lamberti, G. Gyneti, Nycodus Chenellat, G. Motet, Aymo Bovier, Migerandi, Jo. Porterii, Michael Chap...lli, P. Rosseti, Peronetus Gay, P. Chappuisii, P. Paqueti, Tho. Monachi, Perrinus Villieti, G. Bessonet, Jo. Fabri, Jo. Tissocci, Jo. Puthodi, Ja. Navillii, Andreas Blanchodi, Ny. de Nanto, Hugoninus Ginodi, Jo. Barba, Franciscus Richardi, Ste. Macheret, Franciscus de Fosses, Bartholomeus de Crosa, P. Poterelli, Ja. de Gerdili, Jo. Mercerii, Franciscus Bechodi, P. Tillieti, Jo. Thiolier, Jo. de Vorsia, Jaco. Janini, P. Cherbonerii, Ste. Arnaudi, Andreas Chabodi, Jo. de Gebennis, Ludovicus de Monte, G. Dentant, Bastianus Bessonet, G. Neyrodi, Thomas Trossier, Jo. de Pileo Rubeo, Andreas Pillosii, Ludovicus Thaborini, Matheus Rolandi, Andreas de Cabanis, G. de Prato, Aymo Velluti, Aymo Vulli[ermi], P. Bonardi, Ja. Leaz, Nycodus Martini, G. Tappunerii, Jo. de Arlo, Falco Vachon, Jo. de Nanto, (Ludovicus de Monte,) Jo. Gentilis, Nyco. de Cresto, Jaqueminus Bert.

(*De thesaurario Boulet.*) — Exposuit nobilis Fonte sicuti thesaurarius tenetur reddere computum singulis annis in manibus auditorum computorum, et nobilis thesaurarius jam pluries petitus ut veniret reddere computos suos in aula Domus communis in manibus auditorum et potissime anni presentis

millesimi quingentesimi [vicesimi] quarti, a die qua fuerunt ministrati et visitati per auditores computorum suorum. Qui thesaurarius renuit reddere computos nisi prius fuerint signati computi predicti per auditores suorum computorum, licet secus fuerit conclusum in consiliis ordinariis et consilio quinquagenario; et auditores et consilium preferunt pro certo eundem Boulet in magna quantitate teneri eidem communitati qua opus habet communitas ad satisfaciendum dominis (77) Alamanie. Et hiis dictis et nonnullis per Theobaldum Monachi circa eosdem ultimos computos, idem Boulet se obtulit computos suos a tempore quo exercuit officium thesaurarii hujus communitatis usque in diem exitus sui officii inclusive reddere in manibus auditorum computorum eciam et Thome Monachi, et taliter facere quod communitas de eo contentabitur. Et tunc dominus syndicus Fonte dixit quod illos redderet infra aulam Domus hujus civitatis prout est assuetum. Et tandem idem thesaurarius dixit et replicavit per hec verba: «*de cela nous en parlerons ensembles*»; dixitque ulterius: «non veni solvere legem»<sup>1</sup>. Et tunc auditis premissis fuit datus eidem Boulet unus mensis incohendus die presenti ad reddendum computos suos et illos remictendum in manibus auditorum suorum computorum. Qui Boulet sic se obtulit ipsos computos reddere in manibus auditorum infra ipsum mensem et illos ministrare eisdem auditoribus interim et prout supra illos reddere cum plenaria reliquorum restitutione, omni contradicione cessante. De quibus premissis n. syndici pecierunt testimoniales, presentibus r. d. P. Grueti, Jacobo de Biolea, canonicis Gebenn., Humberto Trenchent, P. Maniglerii, vigilibus.

(*Instrumentum indemnitatis dominorum Alamanie.*) — Prefatus Fonte iterum exposuit quemadmodum domini Alamanie volunt eximi a fidejussione nisi fiat illis instrumentum indemnitatis per consilium generale et domini syndici<sup>2</sup> sub obligatione bonorum ipsius civitatis. Quodquidem consilium consensit fieri instrumentum indemnitatis et obligationis, et licenciam et auctoritatem dederunt. Quibus consensu et auctoritate actentis nobiles syndici et eis nominibus promiserunt dictos fidejussores indemnes servare erga dominos Alamanie et illos a fidejussione eximere infra<sup>3</sup>, cum renunciacionibus, submissionibus ac clausulis opportunis.

(*Electio thesaurarii.*) — Exposita per nobilem Fonte carencia thesaurarii, fuit creatus et constitutus thesaurarius nobilis Amedeus Girardi ad triennium et dum bene fecerit, et dominorum syndicorum et consilii fuerit voluntatis.

(*De patisseriis.*) — Exposuit insuper prefatus nobilis Fonte quod, propter multitudinem patisseriorum in hac civitate existencium, subsequitur caristia bladi non modica et quod athenus solebant esse in hac civitate octo macel-

<sup>1</sup> Sur ces propos de Boulet, voir les deux lettres qu'il écrivit à B. de Crosa en février 1525 (*Procès criminels*, 1<sup>ère</sup> série, n<sup>o</sup> 221).

<sup>2</sup> Lisez: dominos syndicos.

<sup>3</sup> Un blanc.

larii<sup>1</sup>; fuit conclusum et resolutum quod exinde nulli patisserii in burgenses admictantur donec fuerint reducti ad numerum viginti quatuor.

(*Venta vini.*) — Fuit inde gectata venda vini ad sex solidos cum dimidio quos addiderunt r. d. Petrus Grueti, vicarius, et Jacobus de Biolea, canonici Sancti Petri, qui ibidem ea causa more solito astiterunt.

(*Eadem die Dominico tresdecima novembris, post prandium.*) — Fonte, Richardet, Nergua, Monte; — Orsieres, Berterat, Jo. Fabri, Lestelley, de Rippa, Danel, Megex, Leta, Carrerii.

(*De Amedeo Girardi et officio suo.*) — Exposuit nobilis Fonte sicuti hodie in consilio generali fuit electus nobilis Amedeus Girardi in thesaurarium, qui acceptavit ipsum officium, dummodo nullum habeat contorollatorem qui sit monetarius. Quo tunc G. Danelli illico a consilio exivit.

(*De indebitis factis assignacionibus per dictum P. Archant in hac civitate.*) — Venerunt Jo. de Tupho, Ludovicus Burdet et Georgius de Molliis, qui exposuerunt quod, quamvis sint burgenses, fuerunt hodie assignati per Petrum Berteti, dictum Archant, servientem generalem, responsuri uni processui in manibus officarii Gaii et in eodem oppido intitulatis et intitulandis in eo. Domini alloquantur dominum vicarium.

(78) *Martis quindecima novembris.* — Fonte, Richardet, Nergua, Monte; — Montyon, Cartellier, Navis, Berterat, Orsieres, Danel, de Rippa, Plonjon, Tissocci, Carrerii, Pensabini, Bona, Megex.

(*Burgensis.*) — Petrus Echocti, notarius, parrochie Sancti Germani, filius Petri Echocti, de Busco prope Musterium, fuit admissus in burgensem mediantibus viij ff.

(*Burgensis.*) — Johannes Michodi, barbitonsor, parrochie Sancte Crucis, filius quondam Nycodi Michodi, parrochie Vanziaci, fuit admissus ut supra.

(*Burgensis.*) — Amedeus Ricouz, macellarius, parrochie Sancti Germani Gebenn., filius quondam Aymonis Ricouz, de Perlier, fuit ut supra in burgensem admissus.

(*Burgensis.*) — Jacobus Mercerii, carpentator curruum, parrochie Magdalenes, filius quondam Glaudii Mercerii, parrochie de Neydens, fuit admissus in burgensem ut supra mediantibus viij ff.

(*Lictere donacionis etc.*) — Repertis licteris donacionis facte per illu. d. Auxitanensem de Areneriis<sup>2</sup> et uno transunto homagii facti per unum comitem Sabaudie, ille fuerunt in crota posite.

(*De thesaurario Boulet.*) — Exposuit nobilis Fonte sicuti intellexit thesaurarium Boulet se jactasse de alienando bona sua et aliam patriam inhabitandam addire, quem intelligit teneri civitati in quatuor aut quinque millibus florenorum, et ita intellexit a domino iudice Gaii.

<sup>1</sup> Lisez: patisserii.

<sup>2</sup> Voir ci-dessus, t. IV, p. 102, n. 1.

(*Testimoniales.*) — Fuit lecta supplicatio per Boulet porrecta contra nobiles syndicos, in qua continentur plura verba injuriosa et illa lecta verba injuriosa in eos ad causam revocationis, et protestati fuerunt de proseguendo injuriam, et testimoniales. Et extimarunt injuriam ad mille scutos.

(*Instrumentum porte domus Guillermi Hugonis.*) — Commendabilis Guiliermus Hugonis confitetur carreriam qua itur per portam per eum noviter edificatam prope portam dictam Tartassez per longum meniarum sive murorum civitatis spectare et pertinere communitati hujus civitatis. Et in signum cujus promisit apponi facere supra ipsam portam arma civitatis hinc ad<sup>1</sup> eciam remictere unam clavem eidem communitati preservandam perpetuis temporibus pro apperiendo eandem portam quociens quociens fuerit oportunum. Et in casum perdicionis ejusdem clavis promisit portam apperire tociens quociens parte communitatis et nobilium syndicorum pro tempore existencium fuerit voluntatis, ita quod perdita clave possit ipsa communitas et syndici aliam novam fieri facere; se et suos ad id astringendo, cum renunciacionibus et clausulis opportunis. Datum in aula, presentibus quibus supra. — (*Levatum est.*)

Nobilis Ludovicus Montionis, conarbiter parte communitatis civitatis deputatus super differencia communitatis et illorum de Malodumo, [retulit] testes utrobique examinatos inter quos probaciones parte civitatis liquidiores aliis reperiuntur, quas demonstrare oportet s. d. P. Fabri.

(*Deputacio thesaurarii.*) — Nobilis Amedeus Girardi, electus in generali consilio thesaurarius communitatis hujus civitatis, fuit deputatus thesaurarius insequendo electionem predictam ad tempus trium annorum die xxviiij octobris novissime lapsi incohatorum et simili die finiendorum et ulterius dum bene fecerit et communitatis fuerit voluntatis, sub stipendiis assuetis, qui juravit in forma officium diligenter, legaliter et probe exercere, neminem opprimere, et bonum computum annis singulis et tociens quociens fuerit requisitus per syndicos et communitatem reddere in manibus deputandorum (bonum computum), cum reliquorum plenaria restitutione ac cum submissionibus et renunciacionibus opportunis, eciam ydonee cavere.

(79) (*De Boulet.*) — De Boulet, requiratur cum testimoniali et dicatur illi quemadmodum fuit in generali consilio sibi datus unus mensis ex tunc, et illos reddat in Domo communi juxta oblacionem quam fecit de faciendo et reddendo omnes suos computos; et petitur prout supra testimionialis. Et tandem vadant domini syndici ad illustrissimum dominum episcopum pro obtinendo revocationem inhibicionum et licterarum ei concessarum, cum de fuga sit suspectus.

*Jovis xvij novembris.* — Fonte, Nergua, Monte; — Orsieres, Montyon, Danel, Berterat, Jo. Fabri, Megex, || Cartellier, || Guillet, Carrerii, Pensabini, Castronovo.

<sup>1</sup> Ici un blanc.

(*De n. P. de Fernay.*) — Lamentacionem exposuerunt nobiles<sup>1</sup> et Mermetus de Fernex, fratres nobilis Petri de Fernex, organo nobilis Ludovici Montionis, quemadmodum ipso nobili Ludovico et prefato nobili Petro de Fernex, innocenter existentibus et invicem colloquentibus in carreria publica ante domum ipsorum nobilium de Fernex et invicem deambulantibus, ibidem supervenerunt egregii de Biollo et Johannes Porterii, secretarii illu. et reverendissimi domini nostri episcopi et principis Gebenn., associati nonnullis servientibus episcopalibus. Quiquidem secretarii dixerunt eidem nobili Petro quod habebant in mandatis ab illu. et reverendissimo domino nostro episcopo et principe (domino nostro episcopo et principe) Gebenn. de eum ad episcopales carceres ducendo; et illum ceperunt et secum ad episcopalem carcerem duxerunt, in quo presencia-liter detinetur. Post cujus nobilis Petri captionem, ipse nobilis Petrus<sup>2</sup> ad prelibatum illu. et reverendissimum dominum nostrum episcopum se translulit et illi ipsius nobilis Petri capturam humilliter enarravit, et apud eum supplicationem humillem fecit ut ipsum nobilem Petrum, qui est homo bene famatus et plura bona possidens, ab eisdem carceribus relaxari mandare vellet, saltem mediante ydonea caucione de se representando et juri stando coram ipso sive ejus officariis. Quiquidem reverendissimus dominus noster eidem respondit quod casus pro quo detinetur idem nobilis Petrus est adeo gravis quod non debet admicti ad caucionem. Ex quo ipsi nobiles fratres ad prefatos nobiles syndicos recursum habuerunt et illis supplicationem fuderunt ut eorum consilium peterent simul congregarent, sic quod bona conclusio fieret quod franchisesia non ledatur, et fiant prefato reverendissimo domino nostro remonstraciones quod nostram quam juravit observare franchisesiam observare dignetur de se notoria, qua vetatur capi quem in hac civitate nisi in tribus casibus, videlicet pro homicidio, prodicione notoria, latrocinio manifesto, ex quibus prefatus nobilis Petrus est totaliter alienus.

(*Conclusio.*) — Qua querela sic facta et mature audita, fuit conclusum quod prefati domini syndici vadant nunc aut saltem illico post cenam ad prefatum illu. et reverendissimum dominum nostrum et illi exponant cum humillitate se intellexisse prefatum nobilem Petrum captum fuisse et ductum ad carcerem episcopalem nullo denunciatore vel accusatore precedente, contra franchisesias nostras, quas juravit observare; unde supplicent illi in observationem dictarum franchisesiarum illum rela[xa]ri mandare dignetur, saltem mediante caucione ydone[a] de se representando, et inde petatur ad cras consilium ad horam septimam, et hoc in casu cum bono consilio agatur, cum casus similis omnes cives et burgenses ac incolas hujus civitatis tangat.

<sup>1</sup> Ici un blanc.

<sup>2</sup> Lisez: Ludovicus.

(*De enervacione franchisesie.*) — Exposuit e. Berterat quemadmodum pro uno ictu pugni dato per quendam cultellerium morantem supra pontem Rodani, cuidam extra bampna hujus civitatis, et illum capere nixi sunt eciam in ejus domo contra franchisesias et libertates.

(80) *Veneris xviii novembris.* — Fonte, Richardet, Nergua, Monte; — Orsieres, Navis, Jo. Fabri, Berterat, Montyon, Danel, de Rippa, Migerandi, Megex, Leta, Tissocci, Carrerii, Pensabini, Castronovo, Bona, Versonnex, Guilliet, Plonjon.

(*De fratribus Rippe.*) — Exposuit reverendus frater Ferrati, ordinis Minorum, sicuti ex laudabile consuetudine conventus predictus et conventus Sancti Dominici singulis annis alternative consueverunt, tam tempore Adventus quam Quadr[ag]esime, habere et deputare unum ydoneum doctorem pro predicando, et eciam toto anni decursu suis in conventibus diebus dominicis et festis sollenibus verbum Dei exponere et predicare et preces toto anno fondere pro preservatione civitatis et animarum defunctorum quiete. Pro Adventu miserunt ipsi religiosi Sancti Francisci pro habendo unum virum doctum qui predicet hoc tempore Adventus, mandaverunt ad partes longinquas distantes ab hac civitate quadraginta leucis salvo pluri, affectando suis sumptibus civitati obsequi et animarum civium et burgenisium saluti providere. Nichillominus intellexerunt unum religiosum cognominatum fratrem Gachon, ordinis predicti, o[b]servancie Sancti Francisci, velle hoc Adventu proximo predicare in ecclesia Magdalenes contigua eorum conventui, enervando laudabiles et antiquas consuetudines; quod si ita fieret, perturbaretur ille ordo et dicere posset se fuisse illusos per ipsos fratres, quod profecto esset multum illis dampnosum pro tempore futuro, quandoquidem in dies non possent reperire qui ad hanc venire vellent civitatem predicatorum; eciam actenus fuerunt admissi in eadem ecclesia Magdalenes certi predicatorum qui sedicionem in hac civitate seminaverunt; et ea causa bene scire vellent an permictatur laudabilem consuetudinem infringi, quia si predicaret mandaret ad illum doctum virum ut non veniret; et ea causa pro advisamentis debitis mandatus fuit ipse frater Ferrati et frater cappellanus. Super quo fuit conclusum quod se dirigent ad illu. et reverendissimum dominum nostrum episcopum, cui premissa enarrent et illi supplicent ut super hiis provideat, et favores civitati possibiles illis prebeantur.

(*De n. P. de Fernex.*) — Exposuit nobilis Fonte sicuti, insequendo conclusionem heri factam ante cenam, post cenam iverunt ad illu. et reverendissimum dominum nostrum episcopum, cui supplicarunt ut nobilem P. de Fernex, detentum in carcere episcopali et captum sine denunciante parte et contra libertates, relaxari mandare vellet(is), et franchisesias nostras et per eum juratas observari, saltem mediante cautione ydonea. Quiquidem reverendissimus dominus noster respondit et dixit quod casus

pro quo detinetur ipse n. Petrus de Fernex non concernit franchisesias, sed est detentus pro crimine lese majestatis; et tunc domini sindici rogarunt ipsum reverendissimum ut ipsum nobilem Petrum sua [benignitate] bene tractare faceret, ad quos respondit quod bene tractaretur ut debent detenti tractari.

(*De Boulet.*) — De Boulet, domini auditores, insequendo ordinationem domini nostri et preceptum illius, vadant ad domum episcopalem et revideant computos quos petit signari Boulet, juxta oblacionem ipsius Boulet, et tunc ibidem domini auditores poterunt videre omnes computos ejusdem et secum vocare qui eis videbuntur vocandi; et si illi computi signandi sunt, signabuntur et ibidem maneat Boulet donec fuerit conclusum in omnibus suis computis, que detentio obtineatur ab eodem domino nostro donec cauto ydonee, quam similem cautionem prestabunt de parendo relacioni auditorum.

(81) (*De salario domini.*) — De salario portus domini presulis, solvatur Boulet unus scutus solis, residuum summe petite resecatur.

(*De n. P. de Fernex.*) — De responsione fienda pro n. P. de Fernex, observetur franche[si]a et inherendo postulatis adhuc observari supplicetur.

(*Burgensis.*) — N. P. de Gento, naturalis et donatus nobilis Glaudii Francisci de Gento, barbitonsor, parrochie Sancti Gervasii, admittitur in burgensem mediantibus viij ff.

*Dominico vicesima novembris, post meridiem.* — Fonte, Nergua, Richardet; — Orsieres, Navis, Danel, Berterat, de Rippa, Frojon, Bona, Castronovo, Tissocci.

(*De n. P. de Fernay.*) — Exposuit nobilis Fonte sicuti fiunt plures aclamatus in hac civitate pretextu detentionis nobilis Petri de Fernex que videtur contra franchisesiam hujus civitatis, et quod illa nimium diuturna redditur, adeo quod no. sindici se reddunt in prosecutione liberacionis ejusdem nobilis Petri. Que est causa qua fuerunt nunc petiti consilarii et hoc congregatum consilium ad consultandum quid sit hoc in negocio agendum pro indemnitatem civitatis et manutencione franchisesiarum nostrarum, et obviandum talibus actibus enervantibus ipsas libertates et franchisesias, et ne in consequenciam trahatur capi cives et burgeneses citra observationem ipsarum franchisesiarum. Quam inde detencionis causam exposuit idem nobilis Fonte et dixit quod stantibus differentiis inter eundem nobilem Petrum de Fernex, ex una, et Mermetum ejus fratrem, tunc morantem in domo Besansoni Hugonis, ad supplicacionem dicti Mermeti fuerunt per r. d. vicarium Gebenn. decreta certe lictere quibus dominus vicarius deputavit dictum Lebret, qui illac ire recusavit, et loco sui ivit quidam dictus Lenfant, et certos alios deputavit idem d. vicarius pro eundo ad domum dictorum nobilium de Fernex quam inhabitant, cum quibus ivit idem Mer-

metus. Quibus existentibus in eadem domo prefatus Petrus dixit quod nolebat alios in ejus domo et tunc venit ad nobiles syndicos quibus premissa narravit. Qui domini syndici iverunt cum eo ad r. d. vicarium coram quo prefatus n. Petrus dixit quod erant nonnulli in ejus domo qui asserebantur missi ibidem in ejus domo per ipsum r. d. vicarium, et quod tales nolebat in ejus domo et obstantibus illis non poterat esse magister sue domus, in qua fuerant plurima bona de quorum perdicione dubitabat. Qui r. d. vicarius dixit quod non intelligebat quod aliquis ivisset ad eandem domum cum eodem Mermeto, nisi duntaxat dictus Leuret, serviens episcopalis quem ad id deputaverat. Et, hiis dictis, precepit et mandatum fecit dictis nobilibus syndicis ut irent ad domum ipsius nobilis Petri et eos ab eadem exire facerent. Qui domini syndici iverunt vigore dicti mandati ad ipsum domum cum eodem nobili Petro et fecerunt exire ibidem existentes graciose, nulla vi illis impensa. Post hec vero ad aures ipsius no. P. pervenit quod dictus Lenfant vocifferabat et divulgabat quod dictus nobilis Petrus [eum] violenter per suos gradus disruebat et tandem in una cava posuerat et retruserat. Ex quo idem nobilis Petrus ad ipsum Enfant venit et sibi dixit quod divulgabat quod (82) eum per suos gradus disruebat et in cavam retruserat. Qui Enfant dixit, in plurium fidedignorum presencia, quod dictus nobilis Petrus eum non disruebat nec in cavam posuerat. De qua confessione dictus nobilis Petrus testimonialem licteram ab uno notario peciit<sup>1</sup>. Nunc vero dicitur ipsum Enfant hujusmodi plantum fecisse apud prelibatum illu. et r. d. nostrum post detencionem ipsius nobilis Petri. Quibus auditis fuit conclusum quod ad cras, hora septima, ordinarium petatur consilium.

(*Caucio pro n. Amedeo Girardi.*) — Veneris decima octava novembris, in mis notarii etc. Cum in consilio generali celebrato die tresdecima novembris fuit electus nobilis Amedeus Girardi thesaurarius civitatis Gebenn., indeque die hodierna, in consilio ordinario, fuit idem nobilis Amedeus admissus et deputatus in thesaurarium communitatis hujus civitatis ad tempus trium annorum hodie incohendorum et simili die finiendorum, et ulterius dum benefecerit et communitatis et syndicorum pro tempore fuit voluntatis, sub stipendiis assuetis. Promiseritque idem n. Amedeus ipsum officium legaliter et probe exercere et neminem illius pretextu gravare et bonum computum quociens fuerit requisitus de receptis et libratis reddere, et etiam de bonum computum cum reliquorum restitutione reddendo ut constat super registro et cum reliquorum restitutione cavere ydonee. Hinc est quod in mis notarii etc. personaliter constitutus dictus nobilis Amedeus, qui sciens promittit per juramentum suum etc. ipsum officium durantibus dictis tribus annis et alio tempore si plus in eo remaneat, in manibus nobilium syndicorum et auditorum computorum pro tunc deputandorum, tociens quociens fuit per tunc nobiles syndicos requisitus, reddere cum reliquorum

<sup>1</sup> Sur cet incident, qui remonte à l'année 1521, voir ci-dessus, p. 92 et n. 1, et ci-après, p. 454.

restitutione plenaria. Et ad ejus preces se constituit fidejussorem et principalem in solidum commendabilis Dyonisius Dadaz, mercator et burgensis Gebenn., qui promisit in forma, cum submissionibus et renunciacionibus, ad instar denariorum fiscalium et presertim renunciavit fidejussor juri dicenti principalem prius fore conveniendum quam fidejussorem, epistole divi Adriani etc., et partes juri dicenti generalem renunciacionem etc. Actum Gebenn., in camera cubiculari dicti Dyonisii sita in carreria Ripparie a parte lacus, presentibus ibidem Glaudio Probi, de<sup>1</sup> Henrico Fornerii, de<sup>1</sup>, habitatoribus Gebenn., testibus etc.

Ibidem constitute nobiles Jana, uxor dicti Dadaz et soror dicti Amedei, et Francesia uxor dicti Amedei, de auctoritate sui viri, promittunt dictum Dyonisium a dicta fidejussione indemnem servare. Renunciantes omnibus juribus, etiam dividendarum actionum et Velleyano etc.

*Lune xxj novembris.* — Fonte, Richardet, Nergua; — Montyon, Danel, Navis, Jo. Fabri, de Rippa, Orseries, Berterat, Megex, Leta, Carrerii, Pensabini, Frojon, Migerandi, Guilliet, Tissocti, Bona.

(*De n. P. de Fernex.*) — Venerunt duo fratres de Fernex, Glaudius Aquineaz et nobilis Ludovicus Montyon qui lamentando organo dicti Montyon exposuerunt sicuti jam pluries pro nobili Petro, eorum fratre detento, requisierunt apud dominos syndicos ut apud illu. d. ducem, illu. et reverendissimum dominum episcopum [intercedant] ut liberaretur, qui contra franchesiam detinetur, quam petant et requirant observari et illum liberari, saltem mediante caucione(m) ydonea, et alias agant quod fructuosam eorum sollicitacionem senciati idem detentus. Fuit conclusum quod domini syndici vadant ad reverendum vicarium et illum rememorent quod de precepto pridem facto nobili Lestelley de expellendo illum Viffry et qualiter eum in crastinum ab officio privavit; et ipsi fratres et amici veniant cum eis qui faciant supplicacionem ut relaxetur, et si contradicatur appelletur a denegata justicia et vocetur consilium quinquagenarium cum ordinario et aliis apparentibus post prandium.

*Eadem die Dominico [Lune], inter secundam et terciam horas post meridiem.* — Fonte, Richardet, Monte; — H. Fabri, Danel, Bovier, Navis, de Rippa, Berteracti, Jo. Fabri, Migerandi, Frojon, Tissocti, M. Versonex, Bona, Carrerii; — Amedeus Reynaudi, Aymo Julliardi, P. Vindret, Franciscus Vindret, P. Fabri, Jo. Nycodi, Michael Plantallex, P. Barberii, (83) Jo. de Pileo Rubeo, P. Bramet, Ludovicus Curti, Ste. Macheret, Jo. Lullini, Ludovicus Cha[vanel]li, Nycodus de Villario, P. Rosseti, Ja. Mullatier, Jo. Coursilliat, Jullianus Pougini, Jo. de Gebennis, G. Milliet, Jo. Collondaz, Jo. Levet, Jo. Vyougier, Bernardus Beguini, Jo. Velliardi, Nycodus Martini, Jo. Ruffi, Jo.

<sup>1</sup> Un blanc.

de Pallude, Matheus Canard, Matheus Andreonis, Jo. Collombi, Franciscus Morelli, Jo. Reymondi, Jo. Darloz, P. de Rages, P. de Burgo, Petremandus Falqueti, Aszimus Toquer, G. Sallamonis, Tho. Colini, Jo. Chapuisii, Jacobus de Cresto, Jo. Levet, Jo. Bocard, Jo. de Fontana, Jo. Ballard, Ba. Besonet, P. Gardet, B. Lunchedandi, Nycodus Bochuti, Andreas Chabodi, P. Navillii suctor, Andreas Girardi, Dominicus Matellet, P. Grassier, Ro. Fore, Michael de La Doey, G. Bonatier, P. Rosseti, Glaudius de Strata, P. Pinjonis, Jo. Cerguat, Ste. Pactru, Bernardus Surdi, Ro<sup>tus</sup> Mistralis, Nicolaus Alliodi, Aymo Bonna, sallerius prope Ba<sup>d</sup> (?).

(*De n. P. de Fernex.*) — N. Anthonius de Fonte exposuit que in precedenti consilio hujus materie exposuit et ulterius exposuit [quod], insequendo conclusionem hodie factam, iverunt nobiles syndici ad reverendum dominum vicarium et sibi enarrarunt quemadmodum nobiles syndici Cartellier et Lestelley iverunt ad domum nobilium P. de Fernex et ejus fratrum ad expellendum qui infra eandem domum iverunt de consensu et precepto ipsius domini vicarii et inde eundem dictum Lenfant, quem reperierant et infra eandem domum ebreum, reluctantem exire, adduci fecerunt ad Domum civitatis nulla violencia sibi facta. Qua intellecta ebrietate et contradicione, ipse reverendus dominus vicarius eundem Lenfant privavit officio sergenterie episcopalis et illi arma abstulit sive offerri<sup>1</sup> fecit, unde rogarunt ipsum reverendum dominum vicarium quod ipsum negocium erga illu. et reverendissimum dominum nostrum episcopum acceleraret et alleviaret. Quibus respondit prefatus r. d. vicarius quod non bene integre recordabatur de tunc per eum facto precepto ipsi syndico et non expectata in integrum proposita. Dixit ipse reverendus d. vicarius quod jam dixit in consilio episcopali quod non recordabatur de eodem precepto nec aliter diceret coram reverendissimo domino nostro episcopo. Super quibus fuit conclusum quod parentes et amici ipsius nobilis Petri faciant unam supplicationem porrigendam prefato illu. et reverendissimo domino episcopo, in qua enarretur franchiesiarum nostrarum infractio; et domini syndici vadant cum ipsis parentibus et enarrent, antequam porrigatur, ipsi domini syndici quemadmodum r. d. vicarius dederat preceptum nobili Ludovico de Lestelley, tunc syndico, de expellendo illos Enfant et alios, et insequendo preceptum expulerunt ipsi syndici ipsos infra eandem domum existentes, nulla violencia eis facta<sup>2</sup>. Et pro veritate habenda et audienda, velit dare ipse r. d. noster salvum conductum dictis olim sindicis formidantibus capi, et tunc informabitur ipse r. d. noster de veritate; et hiis gestis parentes rorsum porrigent supplicationem qua supplicabunt franchiesias observari et ipsum nobilem Petrum relaxari, saltem mediante caucione de juri stando et se representando.

<sup>1</sup> *Lisez*: auferri.

<sup>2</sup> Voir ci-dessus, p. 449, 452.

*Martis xxij novembris.* — Fonte, Richardet, Nergua, Monte; — Orseries, H. Fabri, Danel, Navis, Jo. Fabri, de Rippa, Megex, Frojon, Plonjon, Leta, Guilliet, Tissocti, Carrerii, Pensabini, Bona, Migerandi.

(*Burgensis.*) — Jo. Charcot, marescallus, parrochie Sancti Gervasii, filius P. Charcot, de Ayria, fuit creatus burgensis mediantibus viij ff.

(*De Lestelley.*) — Fuit lecta missiva mandata per Lestelley.

(84) (*De vino.*) — De vino novo, non excedat venda vini de Soubmont precium unius solidi singulus carteronus.

(*De de Porta.*) — De de Porta, levetur conclusio de eo facta et illa tradatur syndico Fonte tradenda illu. et reverendissimo domino nostro episcopo.

(*De presentacione facta per n. syndicos de uxore n. P. de Fernex.*) — Retulerunt nobiles syndici organo n. Fonte et<sup>1</sup> presentaverunt illu. et reverendissimo domino nostro uxorem n. P. de Fernex et fratres et parentes; qua presentacione facta, prefatus dominus noster eis dixit quod se reddebant suspecto[s] in hoc negotio dicendo prout et dixit: « dabit michi occasionem querendi que nollebam querere », et dixit quod fuerat captus ex conclusione sui consilii et quod adhuc ipsum suum consilium vocare faceret. Ad quem responderunt quod, si placet eidem domino nostro, venient illi honorabiles et probi syndici qui illi rem gestam cum juramento enarrabunt, sibi dato tuto accessu.

*Veneris xxv novembris.* — Fonte, Richardet, Fornerat, Monte; — Ramel, Orsieres, Montyon, Bovier, Navis, de Rippa, Boysson, Migerandi, Megex, Frojon, Nergua, Plonjon, Guilliet, Tissocti, Carrerii, Pensabini, Castronovo, Bona.

Venit P. Rosseti, associatus pluribus macellariis, requirentes eis dare bonum consilium pro elucidatione [controverisie] quam habent cum illustrissimo domino nostro duce (controverisia), apud quem proposuerunt in brevi ire.

(*De n. P. de Fernex.*) — Retulerunt nobiles Fonte et Richardet ivisse ad reverendum dominum vicarium et sibi demonstrasse licteram rescriptam nobilibus sindicis, quem iterum supplicarunt ut velit rememorari precepti per eum facti ipsi nobili Lestelle de expellendo pro tunc existentes infra domum n. P. de Fernex et ejus fratrum ad fines ut relaxetur n. P. de Fernex. Qui respondit quod jam dixerat in consilio quod non recordabatur precepti jam dicti et sic nil aliud dicit.

(*De n. P. de Fernex.*) — Exposuit nobilis Ludovicus Montion, tanquam affinis nobilis P. de Fernex, quemadmodum athenus fuerunt capti in hac civitate primo e. P. Levrierii et tandem Michael, vigil, et inde e. quondam Glaudius Vandelli, qui accusabantur de magnis criminibus et, ex quo non apparebat de illis producta franchesia predicta et bona et rigida sollicitacione, fuerunt respective tanquam male capti relaxati, licet idem Levrierii ac-

<sup>1</sup> *Lisez*: quod.

ulterius pro eadem causa syndici faciant partem contra fidejussores et faciant eos incarcerari donec redditis computis cum reliquorum restitutione. Et supplicetur eidem reverendissimo domino nostro quod decernat licteras captionales, requisicionales et oportunas que portentur apud Chamberiacum, et obtineantur opportune cum clausula ad adducendum cum requisitoria de transeundo per territoria.

Eligitur Berteracti pro prosequendo thesaurarium.

*Recepit Migerandi.*

*Dominico quarta decembris.* — Fonte, Richardet, Forneret, Monte; — Baudi, H. Fabri, Danel, B. Hugonis, Navis, Frojon, de Rippa, Berteracti, Bovier, Boysson, Orseries, Migerandi, Frojon, Nergua, Plonjon, Leta, Carrerii, M. Veronnay, Castronovo, Guilliet, Megex.

Exposuit n. Fonte, consindicus, sicuti facta diligencia de reperiendo Boulet fuit ipse Boulet soll[enniter] cridatus notorie per preconem et fuit advisatum, ne interruptio fieret, quod apponatur custodia in domo sive in circuitu domus et inde fiet inventarium.

2° Exposuit sicuti heri nocte fuit eidem hora satis tarda data una lictera missiva, que hic fuit lecta<sup>1</sup>.

*(De lictera et computis. — Procuratorium.)* — De lictera et computis, prosequatur causa cit[ationis] contra fiscum sumptibus civitatis sub spe rehabendi illas; et quoad conclusionem precedentis consilii, vadant deputati ad illustrissimum dominum ducem cum instructionibus et rescribatur Chamberiacum, et iterum mandetur unus apud Chamberiacum et porrigatur supplicatio lecta et fiat procuratio<sup>2</sup>. Vadat Bramet et ibidem constituerunt procuratores suis et aliorum nominibus et secum adhere[re] volentium, quod recepit Ste. Biolesii in presencia Trenchent, Bise et de Cresto.

*(87) Lune quinta decembris.* — Fonte, Richardet, Forneret, Monte; — Baudi, H. Fabri, Danel, de Rippa, Boysson, Migerandi, Megex, Frojon, Nergua, Guilliet, Tissocci, Carrerii, Pensabini, Castronovo.

*(De ambassiatoribus.)* — Exposuit nobilis Fonte sicuti ex conclusione consiliorum precedentium Nergua et Carrerii sunt electi ad eundem ad illustrissimum dominum ducem, et si[c] videantur instructiones et computorum conclusio.

<sup>1</sup> Il s'agit probablement de la lettre du président du Conseil ducal résident de Chambéry, Louis de Derée, datée de Chambéry le 2 décembre [1524] et adressée aux syndics, gentilshommes et autres de la cité de Genève (P. H., n° 947).

<sup>2</sup> La plainte portée au duc de Savoie contre Boulet par les syndics de Genève et la procuracion donnée par eux, le 4 décembre, à Jean de Puthéo, Antoine de Villa, Catellan Carpinelli, Claude Marchiand et Pierre Trolliet, se trouvent dans le dossier du procès poursuivi devant le Conseil de Chambéry (Archives de Genève: *Procès criminels*, 1<sup>re</sup> série, n° 221; *Procès civils* 1521-1526, portef. XIX; P. H., n° 946. — Arch. d'État à Turin, Genève, catégorie I, paquet 11, n° 21 et 23).

*Martis vij decembris.* — Fonte, Richardet, Forneret, Monte; — Baudi, Orseries, Danel, Navis, de Rippa, Berteracti, Migerandi, Megex, Frojon, Plonjon, Leta, Guilliet, Tissocci, Carrerii, Pensabini, Castronovo, Bona, Nergua.

*(De molendinis.)* — De molendinis, vadant domini syndici ad illu. et reverendissimum dominum nostrum et illi exponent sicuti diligenciam fecerunt de reperiendo si aliqua essent pacta occasione eorundem molendinorum, sed non reperierunt; et ideo fiant humilles supplicaciones ipsi reverendissimo domino nostro quod si sciat aliqua pacta, faciat de illis apparere que tamen ignorant ipsi domini syndici; illa(s) demonstret et observabuntur per communitatem.

*(De lictera Berne contra Paquet.)* — De lictera dominorum Berne, rescribatur quod nostra non interest, cum principem habeamus presulem nostrum, sed possibles favores liberis prebebuntur.

*(De P. Gay.)* — De Petro Gay, observentur precedentes conclusiones de eo facte nec aliter fiat.

*(De Boulet.)* — De Boulet, quia non observat que reverendissimo domino nostro promiserat, non signentur computi ipsius Boulet per auditores donec de omnibus durante tempore sue deputacionis ad onguem reddiderit.

*(Burgensis.)* — Petrus Magnini, parrochie Sancti Leodegarii, boyterius, filius quondam Henrici Magnini, parrochie Parvi Bornandi, admissus in burgensem mediantibus octo ff.

*(Ambassiator.)* — Fonte electus fuit in ambassiatorem, loco Nergua qui ire non potuit propter submissionem factam Johanni Gule, cui fia[n]t instructiones tradite Nerguaz.

*Veneris ix decembris.* — Orseries loco Fonte, Richardet, Monte.

*(Burgensis.)* — Aubinus Rolandi, calvacator regius, de Roant, parrochie Sancti Gervasii, admissus in burgensen mediantibus octo ff. in contentis solvendis.

*(88) (De Boulet.)* — De Boulet, fiant remerciaciones erga dominos de capitulo occasione lictere misse eidem capitulo per Boulet et tandem per ipsum capitulum communicate.

*(De uxore burgensis deffuncti.)* — De relicta burgensis deffuncti, fiat absolucio et consensus pure, licet non satisfecerit; et, si pauper, datur residuum.

*(De Trenta Coste.)* — De dicta Trenta Coste, vadant domini syndici, vocatis consulibus, post prandium ad Insulam et fient que justicia suadebit.

*(De Philippo Regis.)* — De Philippo Regis et alio fidejussore<sup>1</sup>, si submittant se et caveant de se representando et non absentando civitatem, liberentur a carceribus.

<sup>1</sup> Cautions de Boulet, emprisonnés ensuite de la fuite de ce dernier. — Voir le procès de Cartelier dans Galiffe, *Matériaux*, t. II, p. 255.

(*De Nergua.*) — De rotulo Nergua, sciuntur ab eo quantas expensas fecit.  
(*De Biolesii.*) — De Biolesii, commictuntur Megex et Leta.

*Lune xij decembris.* — Orseries, Fornerat, Richardet, Monte; — Baudi, H. Fabri, Danel, Bovier, Navis, de Rippa, Berterat, Megex, Nergua, Plonjon, Leta, Guilliet, Tissocti, Pensabini, Bona.

Venit Glaudius Biolesii a loco Chamberiaci, ad quem erat mandatus, et apportavit duas missivas: unam a d. preside<sup>1</sup> et aliam a procuratore Putheo missas<sup>2</sup>, lectas, et eciam apportavit provisionem factam quam cohactus ut infra apparebit in ejus subscripta relacione<sup>3</sup>.

Prefatus Glaudius Biolesii retulit et ordine successivo enarravit quemadmodum<sup>4</sup>.....

(89) De molendinis, domini sindici iverunt ad reverendum dominum episcopum sed non reperierunt.

*Eadem die duodecima decembris.* — Orseries, Richardet, Fornerat, Monte; — Baudi, Danel, Navis, Boysson, Megex, Plonjon, Leta, Guilliet, Pensabini.

(*De jurisdictione et licteris Chamberiaci.*) — Exposuit n. P. de Orseries sicuti ipsi domini sindici presentaverunt reverendissimo domino nostro episcopo licteras patentes per G. Biolesii apportatas, cum missivis; qui dominus episcopus respondit quod illas presentarent et communicarent suo consilio et se ibidem reperiret; et dixit quod, quoad sue jurisdictionis preservationem et pro illius preservatione, quecunque sua exponet bona et in hoc habet bonum velle; et eis dixit quod simile bonum velle haberent pro manutencione franchesiarum et in hoc non essent pusillanimes.

*Martis xiiij decembris.* — Orseries, Richardet, Fornerat, Monte; — Danel, Navis, Rippa, Berterat, Nergua, Leta, Plonjon, Guilliet, Tissocti, Pensabini, Castronovo.

(*De rotulo Nergua.*) — Dentur Nergua quinque floreni pro contentis in rotulo.

(*De Philippo Regis.*) — De Philippo Regis, si reperiat fidejussorem de reddendo computum bonum horum que in ejus buctica sunt ad opus civitatis et de se representando, consenciatur ejus relaxacioni.

<sup>1</sup> Lettre de Louis de Derée, président du Conseil résident de Chambéry aux syndics et citoyens de Genève, datée de Chambéry le 9 décembre [1524] et par laquelle il les informe que le Conseil ducal a cité Boulet à comparaître devant lui le 16 décembre, et que de Fonte et un autre syndic devront se trouver à l'audience (P. H., n° 947).

<sup>2</sup> Lettre de Dupuis, procureur de Genève à Chambéry dans le procès Boulet, datée de Chambéry le 10 décembre [1524] (P. H., n° 946).

<sup>3</sup> La pièce que Claude Bioley avait été contraint d'apporter à Genève est l'acte du 8 décembre citant Boulet à comparaître le 16 devant le Conseil ducal.

<sup>4</sup> Le reste de la page qui devait contenir ce récit est en blanc; on peut y suppléer par le rapport que les syndics présentèrent à un Conseil élargi le 28 décembre (ci-après, p. 463).

*Veneris xvj decembris.* — Orseries, Richardet, Fornerat, Monte; — Navis, Rippa, Danel, Migerandi, Megex, Frojon, Nergua, Plonjon, Guilliet, Tissocti, Pensabini, Castronovo, Bona, Leta.

(*Burgensis.*) — Franciscus Gueydon, fromagerius, parrochie Sancti Germani, filius Bartholomei Gueydon, de Gieta, mandamenti Flumeti, admittitur in burgensem mediantibus octo ff.

(*Mandatum.*) — Fiat mandatum Glaudio Tornerii, regi collovrine, de summa xiiij ff.

(*De Guyocto carpentatore.*) — De Guyocto, carpentatore, vestem ut vigilles petente, ne trahatur in consequenciam nulla sibi detur et ad id fiant sibi debite remonstraciones.

(*De Boulet.*) — De negotio contra Boulet, alloquatur r. d. officialis.

De Jacobo Comitibus, domini sindici alloquantur d. Grossi, dominum officialem et fiscum.

(*De G. Biolesii.*) — De G. Biolesii, dentur, ultra loquerium equi et expensas, quinque floreni.

(90) (*De Boulet.*) — Fiat rotulus ad partem de hiis que civitas expendet in prosecutione negocii Boulet, pro tempore opportuno rebursacione fienda.

*Martis xx decembris.* — Orseries locumtenens Fonte, Richardet, Fornerat, Monte; — Danel, Navis, Jo. Fabri, Boysson, Berterat, de Rippa, Plonjon, Migerandi, Megex, Frojon, Leta, Tissocti, Pensabini, Castronovo, Bona.

(*Lictera missiva.*) — Fuit lecta lictera missiva mandata per Fonte et Carrerii, ambassiatores ultra montes ad illustrissimum dominum ducem missos<sup>1</sup>.

(*De porterio Rodani.*) — De porterio porte pontis Rodani et Corratierie, remittitur arbitrio n. sindicorum.

(*De reverendissimo domino nostro et licteris presbiterorum.*) — De licteris presbiterorum auctoritate apostolica exequis, vadant nobiles sindici ad reverendissimum dominum nostrum et faciant illi humilles recomendaciones quia vadet ad Sanctum Glaudium, et illi de illis licteris loquantur.

(*De Biolesii.*) — De Biolesii, dantur illi tres ff. pro gratis serviciis, et quamprimum venerit Boulet petat illi laudimium suum scilicet suus<sup>2</sup> quartum denarium; et fiat illi mandatum ut in suo rotulo signato per Megex et Leta, in quo ponantur illi tres ff.

*Veneris xxiiij decembris.* — Orseries, Richardet, Monte; — Baudi, Danel, Navis, de Rippa, Berterat, Megex, Nergua, Plonjon, Leta, Guilliet, Tissocti, Pensabini, Bona, Migerandi.

<sup>1</sup> Lettre datée de Turin, le 14 décembre [1524] (P. H., n° 946).

<sup>2</sup> *Lisez*: suum.

(*Burgensis.*) — Petrus de Loco, affanator, parrochie Sancti Gervasii, filius quondam Anthonii de Loco, parrochie Perrigniacy, fuit admissus in burgensem mediantibus octo ff.

(*De reverendissimo d. nostro episcopo contra P. Veteris.*) — Exposuit nobilis Petrus de Orseriis sicuti in recessu illu. et reverendissimi domini nostri episcopi et principis Gebenn. iverunt nobiles syndici ad eum, se offerendo suis parere mandatis. Qui dixit et se obtulit facere que princeps suis subdictis facere debe(n)t, dummodo subdicti erga eum faciant que debebunt. Et ulterius dixit quod Petrus Veteris iverat ad illu. dominum ducem et plura colloquia tulit que non sunt in utilitatem sue jurisdictionis.

(*De revigillatore.*) — De revigillatore mane in diminucionem penarum animarum in Purgatorio existencium, detur illi unus florenus pro suis festis rutilancius fiendis.

(*De Boulet.*) — De Boulet et ejus bonis, loquatur d. procuratori quod visitet bona, et si sint in eo statu quo pridem illa posuit; et instetur illa tute pro indemnitatem civitatis preservari.

(*De P. Gervasii.*) — De Petro Gervasii, ultra expensas oris dentur illi vij solidi pro singulo die super quibus solvet sui equi loquerium<sup>1</sup>.

(91) *Lune xxvj decembris*, in stupa conventus Rippe.<sup>2</sup> — Montion, H. Fabri, Cartellier, Danel, Jo. Fabri, de Rippa, Nergua, Plonjon, Tissocci, Boysson, Bovier, Castronovo, Pensabini.

(*De lictera missa. — Electio de Monte quod ad ipsum r. d. vadat.*) — Fuit apportata lictera missiva per nuncium expressum per Putheo missa que concernit ordinacionem latam<sup>3</sup>. Fuit conclusum quod domini syndici vadant ad d. de consilio episcopali, quibus mo[n]strent licteram et petatur ab eis quid sit agendum. Et fiat cedula appellatoria que mandetur per nobilem Monte ad id electum sive portetur per eum, cui [d. episcopo] faciat remonstraciones de sua jurisdictione preservata et dicat illi quod, si placet illi, in introductione appellacionis primus incipiet, ut suadet rationis equitas; illum sequeretur communitas pro posse.

*Martis xxvij decembris.* — Richardet, Fornerat, Monte; — H. Fabri, Danel, Navis, de Rippa, Berterat, Boysson, Migerandi, Megex, Leta, Guilliet, Pensabini, Castronovo, Bona, Nergua.

(*De missivis. — Ambassiata.*) — Quia missiva per Putheo transmissa

<sup>1</sup> Gervais revenait de Chambéry, apportant une lettre de Dupuis, datée du 21 décembre (P. H., n° 946), par laquelle celui-ci informe les syndics que les 16 et 17 décembre le Conseil de Chambéry lui a refusé de renvoyer la cause de Boulet devant le vidomne de Genève. Les procès-verbaux de ces deux audiences sont dans le dossier du procès cité ci-dessus, p. 458 n. 2.

<sup>2</sup> Les syndics ne sont pas mentionnés.

<sup>3</sup> Ordonnance rendue par le Conseil de Chambéry le 23 décembre; voir ci-après, p. 464 n. — La lettre d'envoi ne s'est pas conservée.

constat latam ordinacionem in favorem fisci et Boulet, fuit conclusum fiat cedula appellatoria et vadat Bernardus de Monte ad ipsum r. d. episcopum, et quatenus d. episcopus velit insistere in illa, introducatur appellacio coram auctentica persona; que cedula monstretur d. officiali et vicario, et vadat n. Amedeus Girardi et portet caucionem(?) cum testimoniali que monstretur presidi, nec producantur nec ulterius in illa [causa] compareat procurator.

*Mercuri xxviii decembris.* — Forneret, Monte; — Montyon, Cartellier, Danel, de Rippa, Tissocci, Pensabini, Megex, Castronovo, Migerandi, Bovier, Nergua, Navis, M. Versonnay; — Ste. Peccollat, Ste. Macheret, P. Poterel, P. Grassier, Reymondus de Ponte, Roletus de Nanto, P. Fabri, Franciscus Suchardi, Jo. Gando, G. Mallieti, Michael Dorsini, Aymo Suchardi, Franciscus de Fosses, Amedeus Tornerii, P. Vindret, Michael Sept, Franciscus Testuti, Jo. Sept. Aymo Bonnaz, Roletus Bonoz, Matheus Canard, Guillermus Joly, Jo. Rosseti, P. Lullini, Jo. Symonis, Bernardus Beguini, Ja. Bergerat, G. de Ponte.

(*De negotio occasione Boulet quoad consilium Chamberiaci.*) — Exposuerunt supra nominati nobiles syndici tam conjunctim quam divisim sicuti fuerunt [citati] nobilis Fonte, consindicus, et plures alii, vigore certarum licterarum commissionarium a consilio ducali Chamberiaci residente emanatarum ad instanciam fisci ducalis cismontani et Bernardi Boulet, testificaturi de veritate in manibus Nycolay Gigneti, commissarii ad id deputati, sub magnis penis pretextu rixe pridem habite inter nobilem Gladium Richardeti, et dictum Boulet, inter quos prefatus nobilis Fonte ivit metu penarum et deposuit in manibus dicti commissarii; post cujus deposicionem idem Fonte ad verbale mandatum dicti Boulet, asserti procuratoris fiscalis Terniaci, fuit circa diei cripsciculum pedestre ductus ad locum Terniaci satis inhominoise per ipsos officarios Terniaci quos idem Fonte<sup>1</sup> appensate ibidem preparaverat. Ceteri vero citati equidem iverunt ultra dictum pontem et juraverunt de dicenda veritate in manibus dicti Gigneti. Qui tamen, visa injusta captione dicti Fonte, metuentes ne(c) sic in eorum (92) fieret personas, non fuerunt ausi illac redire; et ea causa miserunt Gladium Biolesii cum una supplicacione qua petebant penas revocari, si que essent, cum procuracione. Quodquidem consilium, contrarium supplicatorum, coegerunt calumpniose [dictum Biolesii]<sup>2</sup> ad apportandum provisionem qua citabatur idem Fonte et alter ex syndicis Chamberiaci personaliter comparituri, volendo eum incarcerare. Et preses dixit quod in personam ipsius declarabat penas, si tales non apportaret licteras; et hec gesta fuerunt, solicitante dicto Boulet, qui procuravit se citari per quendam masserium dicti consilii, dictis licteris nondum sigillatis. Et quamprimum intellexerunt per dictum

<sup>1</sup> Lisez: Boulet.

<sup>2</sup> Voir ci-dessus, p. 460.

Biolesii indebite gesta, oneraverunt r. d. Maulacti, viceofficalem Gebenn., cui graciosam dederunt licteram, in qua describebantur inconvincibiles rationes de dicta indebita provisione, cum idem Boulet esset subdictus illi. et reverendissimi domini episcopi et pariter dictus Richardet; et quod etiam cessantibus premissis, que non cessabant ad instanciam dicti Boulet, qui querimoniam de asserta rixa emisit apud illu. et reverendissimum dominum nostrum episcopum et principem, et informaciones sumpte, exortando dictum magnificum dominum presidem ut tales licteras vellet revocare, in quibus continebatur mandatum sub pena centum librarum forcium et liberare fidejussorem dicti Boulet, etiam subdictum ipsius reverendissimi domini nostri, et ultra premissa subvenisse detentioni sue persone. Et ex quo dictus dominus viceofficialis ibat ultra montes, fuit cum eo mandatus P. Gervasii, sellarius, pro apportando revocationem ipsarum licterarum aut missivam quam placeret mandare. Prefatus vero Petrus Gervasii, de precepto dicti procuratoris de Putheo, stetit Chamberiaci duobus aut tribus diebus expectando quod dictum consilium remicteret causam coram officiariis episcopalibus, cum uterque ipsorum foret civis et asserta rixa in civitate. Sed quia dictus procurator dixit eidem Gervasii quod recederet quoniam nichil fieret in illa causa donec translatis festis Natalibus, venit ad hanc civitatem. Post cujus adventum dictum consilium tulit ordinationem xxij hujus qua retinuit causam ad se et mandavit relaxari fidejussorem Boulet detentum, sub pena centum marcharum sive librarum<sup>1</sup>; quam latam ordinationem significavit idem procurator Putheo per unum expressum nuncium per eum hic missum cum lictera missiva, que lictera missiva fuit Lune novissime lapsa in ordinario consilio lecta, super qua fuit oppinatum quod domini syndici demonstrarent et peterent ab eis quidnam esset hoc in negotio agendum. Et in eo fuit electus nobilis Montè, consindicus, ad eundem ad illu. et reverendissimum dominum nostrum episcopum, quatenus domini de consilio illud consulerent et quod fieret cedula appellatoria ad introducendum coram auctentica persona; que tamen appellatio non prosequeretur nisi interveniret consensus prelibati illu. et reverendissimi domini nostri episcopi et principis Gebenn., qui primus esset cum thueri debeat jurisdictionem suam. Qui domini de consilio, scilicet officialis et vicarius, fuerunt oppinionis quod nulla interponatur appellatio nec aliqua cedula appellatoria producat coram ipso ducali consilio; et licet cum difficultate consultarunt interponi appellationem coram auctentica persona, et dixerunt quod reverendissimus dominus noster episcopus habebat amplum velle protegere jurisdictionem suam, dummodo communitas prosequeretur manutencionem suarum franchesiarum. Exposuerunt etiam ipsi domini syndici sicuti receperant unam licteram missivam

<sup>1</sup> En vertu de sa sentence du 22 décembre (dossier cité ci-dessus p. 458 n. 2), le Conseil de Chambéry ordonne, le lendemain, aux syndics de Genève de relâcher Philippe Roy, caution de Boulet, et de lever le séquestre mis sur ses biens (Arch. d'État à Turin, Genève, catégorie I, paquet 11, n° 23).

a n. Fonte et carreria<sup>1</sup>, et unam aliam, quarum receperunt primo licteram ultimo mandatam per ipsos ambassiatore et secundo aliam mandatam per dictum dominum viceofficalem, primo tamen scriptam, quam dumtaxat tradidit idem Maulacti Martis de nocte, que quidem lictere missive fuerunt hic lecte, mandate per ambassiatore et Maulacti — (*Conclusio.*) — Quibus lectis in conspectu ipsorum consiliariorum, fuit conclusum quod postquam domini officialis et vicarius sunt oppinionis ut non detur cedula appellatoria, quod illa non producat, et mandetur ambassiatoribus quod non producant ipsa instrumenta nisi ad informandum ipsum consilium de illicitis perturbacionibus, et interponatur appellatio coram auctentica persona, que non prosequatur donec habita responsione domini nostri episcopi, et petat[n]tur ad cras in majori numero cives et burgenses.

(93) *Jovis xxix decembris.* — Orseries pro Fonte, Richardet, Forneret, Monte; — Baudi, H. Fabri, Navis, Cartellier, Malbosson, Bovier, Boysson, Montion, Danel, Bona, Jo. Fabri, M. Versonay, B. Hugonis, Nergua, Migerandi, de Rippa, Guilliet, Castronovo, Tissocci; — G. Hugonis, Anthonius Chicandi, Bartholomeus Fosson, Ludovicus de Bolo, Jo. Testuti, Jo. Daguini, G. de Ponte, Philippus de Rippa, Jo. Banderie, Georgius Car[re]rii, Tho. Monachi, Reymondus de Ponte, Amedeus Reynaudi, Jo. Gandodi, Franciscus Suchardi, Aymo Julliardi, P. Poterelli, Jo. Catellier, Jo. Colondaz, P. Villiet, P. Regis, Guilliernus Joly, dictus Gallion, Roletus Mistralis, Jo. Panissodi, Jo. Bolardi, Michael Probi, Jo. Pileo Rubeo, G. Mallieti, Jo. Bordon, Glaudius Bessonnet, A. de Pileo Rubeo, Nycodus de Villario, Oddetus Paqueti, G. Pitardi, Luquinus de Pane, Christinus Tombet, P. Malbosson, Matheus Sept, Georgius Lec,<sup>2</sup> Malbosson, Matheus Luciani, Georgius Thevenini, Amedeus Gervasii, Franciscus de Fossis, Amedeus Andreani, [Aymo]<sup>2</sup> Medici, Michael Dorsini, G. de Strata, P. Gervasii, Andreas Chabodi, P. Chatel, Georgius Tappunerii, P. Gardet, Ste. Laurencii, P. Fabri, Michael de Cappella, Johannes Chappuisii, Hugon. Quey, Mermetus de Calcibus, Michael Morelli, G. Magnini, Ste. Peccollat, Jo. Ruffi, Andreas Girardi, Roletus Bonnoz, P. Vindret, Jacobus Mugnerius, P. Grassier, Nycolaus Alliodi, Bernardus Beguini, Anthonius Colini, Philiberlus Matellon, Jo. Taccon, Glaudius Comparret, P. Lullini, Jo. Garini, Roletus de Nanto, Glaudius de Mollario, Petremandus Falquet.

(*De jurisdictione et impedimentis in illa apposis.*) — Exposuit Richardet et ceteri, tam conjunctim quam divisim, ut in precedenti consilio continetur, etiam quomo[do] Boulet auffugit dum ante iverant ad illu. et reverendissimum dominum nostrum episcopum et principem Gebenn., eos decipiendo, dicendo quod iret ante; et etiam fuerunt lictere missive per ambassiatore et procuratorem Putheo misse. Et premissis enarratis, Montion fuit oppi-

<sup>1</sup> Lisez: Carrerii. — Voir ci-dessus, p. 461 et n. 1.

<sup>2</sup> Prénom en blanc

nionis ut antequam aliqua interponeretur appellatio coram auctentica persona et ne(c) illustrissimus dominus dux irritatus dici possit, quod mandetur ad prefatum illu. dominum episcopum et illi supplicetur ut velit mandare dominos doctos apud illustrissimum d. ducem, sive consilium Chamberiaci, qui habea[n]t facere demonstraciones de illicitis perturbacionibus et molestiis que fiunt civitati, enervando jurisdictionem episcopalem et franchises et libertates hujus civitatis, quas placuit prelibato domino duci sua benignitate velle protegere et suo posse augere; et nullum facit dubium quym, demonstracionibus predictis factis, omnia impedimēta tolle[n]tur. Et dixit idem Montyon quod ordinationes late per consilium sunt nulle et per consequens nullitas nunquam in rem transit judicatam. Et narrabunt submissionem factam per Boulet, civem, et eciam Richardet, civem.

(*Potestas consilio ordinario data etc.*) — Rursum fuit per consilium supradictum data potestas ordinario consilio, vocatis secum, si bonum videatur eidem, viginti ex magis apparentibus civitatis, super premissis providendi (94) et concludendi super eciam emergentibus ex eisdem, ut si fierent in consilio generali, que gerenda rata habere voluerunt in quantum concernit negocium Boulet; et quod omnes expense facte et fiende, et dampna per particulares passa et pacienda in eorum bonis supportentur per communitatem, illis bene intellectis per consilium ordinarium sive quinquagenarium, reservatis causis injuriarum particularibus, que per particulares supportentur. Quam oppinionem sequuti fuerunt ibidem astantes, saltem major pars. Tandem exivit a dicto consilio prefatus Montyon, post cujus exitum Michael Nergua [dixit] quod periculum esset pretermictere introduci appellationem et sic erat opinionis ut illa interponatur coram auctentica persona super cedula jam lecta, hinc ad Sabacti, post terciam horam post meridiem; et interim nobilis Monte, consindicus, insequendo electionem de eo factam, vadat ad illu. et reverendissimum dominum nostrum episcopum, cui enarret rem gestam et quomodo jurisdicio perdicionis periculo subjacet nisi remedium apponatur. Tamen fuit conclusum quod appellacio non prosequatur nisi prefatus illu. d. noster episcopus prosequatur negocium et instet in eadem prosecutione appellationis.

*Veneris xxx decembris.* — Orseries, Richardet, Fornerat; — Montyon, Navis, Berterat, de Rippa, Danel, Guilliet, Migerandi, Nergua, Plonjon, Tissocci, Pensabini, Bona, Castronovo.

(*De domino comite.*) — Narravit n. P. de Orseriis sicuti dominus vicedompnus alloquutus fuit illu. d. comitem de hiis que gesta fuerunt circa negocium civitatis ad causam Boulet per consilium Chamberiaci. Qui dominus comes se obtulit servire civitati in omnibus possibilibus et rescribere pro hoc negotio illu. domino duci et consilio Chamberiaci.

(*De de Malodumo.*) — Tres fratres de Malodumo pecierunt eorum fieri relacionem.

Detur unus quarteronus malvatici domino vicedompno et unum alabastrum dragee.

(*De appellacione.*) — De appellacione interponatur secreta cras circa terciam horam per secretarium, instante et requirente procuratore civitatis.

(*De Lestelley.*) — De n. Lud. de Lestelley, domini sindici vada[n]t ad dominos vicarium et officialem, et requirant licenciam ut possit venire.

ANNI MUTACIO SCILICET ANNI MILLESIMI QUINGENTESIMI XXV<sup>ti</sup>.

(96) *Lune secunda januarii*<sup>1</sup>. — Richardet, Forneret, Monte; — Orseries, H. Fabri, Montyon, Cartellier, Daniel, Bovier, Navis, de Rippa, Berterat, Boysson, Migerandi, Megex, Frojon, Nergua, Plonjon, Guilliet, Carrerii, Bona; — Tho. Monachi, Reymondus de Ponte, Michael Sept, Glaudius de Mollario, Jo. Gentilis, Glaudius Mallieti, Jo. Fuserii, Ny. de Villario, Jo. Ballard.

(*Ambassiata Pedemoncium.*) — E. Matheus Carrerii venit et retulit, in ausencia Fonte infirmi, gesta in Pedemoncio per eos et eciam Chamberiaci et legit unum rotulum in quo redegerant petita per eos apud illu. dominum ducem, quem penes se retraxit<sup>2</sup>.

(*Ambassiata.*) — Venit nobilis Monte, consindicus, a sua quam fecit ambassiata apud illu. et reverendissimum dominum nostrum episcopum et principem Gebenn., apud quem fecit humiles recomandaciones et illi enarravit onus suum, scilicet perturbaciones factas hiis novissime diebus per husserium ducalem. Quibus intellectis prefatus illu. et reverendissimus dominus episcopus, egre ferens gesta contra suam jurisdictionem et franchises, [dixit] quod bonum velle habebat de protegendo suam jurisdictionem et pro ea manutenenda, si opus esset, iret ad sanctissimum dominum papam et serenissimum imperatorem pro sui boni juris et franchisesiarum jam dictarum protectione, et quod ipsi de civitate interponerent appellationem coram auctentica persona et se cum eis jungeret. Dixitque prefatus illu. dominus episcopus quod mandaret nobilem Albaleste cum instructionibus apud illu. dominum ducem, quas vidit, que inde fuerunt in consilio episcopali lecte et demo[n]strate, in quibus describuntur verba similia inter cetera: «Ceulx de Geneve ont interposé une appellation.» Fuit advisatum quod Albaleste iterum vadat ad illu. et reverendissimum dominum episcopum, pro aufferendo si possibile illa verba, ne prelibatus illu. d. dux irritaretur ex illis. — (*Conclusio.*) — Et sic fuit conclusum quod requiratur consilium episcopale quod instet apud illu. d. episcopum et dictum Albaleste ad aufferendum ex eisdem instructionibus eadem verba.

<sup>1</sup> Le procès-verbal de cette séance se trouve après ceux des 3 et 5 janvier. Nous le rétablissons à sa place.

<sup>2</sup> La supplique portée au duc par ces ambassadeurs et le procès-verbal de l'audience du Conseil de Chambéry à laquelle ils assistèrent le 28 décembre sont transcrits dans le dossier susmentionné (*Procès criminels*, 1<sup>ère</sup> série, n<sup>o</sup> 221).

(94 v<sup>o</sup>) *Martis tertia januarii.* — Richardet, Forneret, Monte; — Montyon, Danel, Navis, de Rippa, Berterat, Baudi, Migerandi, Megex, Frojon, Nergua, Plonjon, Guilliet, Tissocti, Carrerii, Pensabini, Bona.

(*Ambassiator.*) — Fuit conclusum quod nobilis thesaurarius cum juribus et expletis accedat ad illustrem et reverendissimum dominum nostrum episcopum, existentem in Sancto Glaudio.

(*Donum predicatori.*) — Dentur predicatori quinque floreni.

(*Revocacio procure.*) — Fiat instrumentum quo revocetur Putheo et alii in procuratorio nominati quoad causam existentem in Chamberiaco contra fiscum et Boulet, et constituatur denuo Putheo ad intimandum revocationem duntaxat<sup>1</sup>.

(95) *Jovis quinta januarii,* loco Veneris crastine propter Epiphaniam. — Richardet, Monte, Forneret; — Orseries, Berterat, de Rippa, Danel, Baudi, Bovier, Frojon, Nergua, Cartellier, Migerandi, Carrerii, Bona, Guilliet, Pensabini, Megex, Tissocti, Castronovo, Plonjon.

(*Burgensis.*) — Petrus Calabri, lathomus, parrochie Sancti Leodegarii, filius quondam Aymoneti Calabri, de Corsingio, parrochie de Meynier, admittitur in burgensem mediantibus viij ff., ex quibus Georgius, vigil, respondit duos ff.

(*Burgensis.*) — Johannes Bioleys, aygardenterius, parrochie Sancte Crucis, filius quondam Jacobi Bioleys, de Sier, admittitur in burgensem mediantibus viij ff.

(*Burgensis.*) — Petrus Cugniardi, chappellerius, parrochie Madalenes, filius quondam Jo. Cugniardi, parrochie Magdalenes, admissus pro viij ff. ex quibus pro eo respondit duos Saturninus, vigil.

(*Burgensis.*) — Johannes de Leutraz, filius quondam Johannis, de Esordes, hospes, Sancti Le[o]degarii, admittitur mediantibus viij ff.

(*Burgensis.*) — Philibertus Margolliet, excofferius, parrochie Magdalenes, filius quondam Petri, parrochie de Menthonay in Bornis, admissus mediantibus octo ff.

(*Ambassiator illu. et reverendissimi d. nostri missus ad illu. d. ducem.*) — Venit nobilis Albaleste, missus per reverendissimum dominum nostrum episcopum, et dedit missivam, que lecta fuit; et tandem suam dixit credenciam et eciam legit licteram missivam quam prefatus illu. et reverendissimus mandat apud illu. dominum ducem. Et narravit in sua credencia quod illu. dominus comes rescripsit in favorem civitatis consilio Chamberiaci et mandat unum nobilem vocatum<sup>2</sup> qui veniet ipsum Albaleste reperturum in ipsius Albaleste domo, et simul ibunt Chamberiacum et onus eorum comitate declarabunt; et tandem, dante Domino,

<sup>1</sup> Cet acte de révocation, daté du 3 janvier 1525, se trouve P. H., n° 946.

<sup>2</sup> Prénom et nom en blanc.

ipse Albaleste profisciscetur apud memoratum illustrissimum ducem cum sua missiva et instructionibus. Et narravit lamentacionem factam per ipsum episcopum apud illu. d. comitem.

(*De vigilibus.*) — De vigilibus, qui supplicacionem porrexerunt pro ex[tra]ordinariis in quibus vacaverunt diebus Sabacti in portis et in mercatis, pecierunt fieri donum, fuit conclusum nichil eis detur.

(*De Boulet.*) — De Boulet, sumantur informaciones de rebus per eum extractis ab Ala et exportatis in ejus domum.

(*Intimatio gracie.*) — Fuerunt intimate lictere gracie facte per illu. et reverendissimum dominum Petrum de Bauma, episcopum et principem Gebenn., Aymoni Valentini, barbitonsori, que date fuerunt Gebennis die sexdecima mensis decembris anni millesimi quingentesimi vigesimi quarti, signate per egregium Albaleste et sigillo ipsius reverendissimi domini episcopi cera rubea sigillate.

(96 v<sup>o</sup>) *Dominico viij januarii.* — Orseries pro Fonte, Richardet, Fornerat, Monte; — Baudi, Cartellier, H. Fabri, Bovier, Jo. Fabri, Boysson, Navis, Migerandi, Frojon, Nergua, Plonjon, Guilliet, Carrerii, Pensabini.

(*De filia latro[ne].*) — Exposuit nobilis Monte sicuti heri fuit capta quedam filia eo quod mendose extorserat a Johanne Perrothon, patisserio, panem album ad summam iiiij<sup>or</sup> solidorum cum dimidio, dicendo quod Jacobus Frojonis sibi mandabat. Aliunde extorsit ab uno alio patisserio unam epogniam et dedit sibi intelligere quod eam mandabat (97) querere nobilis relicta Guigonis Prepositi. Et intellexit eam cepisse plures res alias. Et ut sciatur quis sit retractor ejusdem, illam duci fecit ad carceres Insule.

(*De perturbacionibus.*) — Tandem nobilis Fornerat exposuit sicuti heri quidam ducalis consilii Chamberiaci masserius ivit ad ejus molendinum quod habet prope Villam Magnam, quodquidem molendinum ad manus ducales reduxit et mugnerium suum ab eo expulit, et illud clausit sic quod cessat in ipsius grande prejudicium; quamquidem reductionem ad manus [ducales] prefatus masserius hodie infra ecclesiam cathedralem Sancti Petri Gebenn. eidem notificavit et intimavit. Similiter exposuit nobilis Bernardus de Monte, consindicus, quod prefatus masserius ivit ad locum Bone et bona ipsius Bernardi ad manus ducales reduxit et injunxit inquilinis sue domus ut infra quatuor dies haberent vacuare domum suam; quam reductionem sibi notificavit idem masserius infra eandem ecclesiam; et utrumque ipsorum citavit apud Chamberiacum ad undecimam hujus, ad videndum confiscari ipsa bona quorum supra. A quo masserio pecierunt sibi demonstrari mandatum quo sic egerat; qui dixit quod nullum habebat mandatum nisi verbale de dominis de consilio Chamberiaci.

(*Conclusio.*) — Super quo fuit conclusum quod mictatur unus homo, scilicet thesaurarius, ad reverendissimum dominum nostrum, cui omnia notificentur, et mittatur una posta post Albaleste, cui detur duplum testi-

monialis et rescribantur eidem Albaleste novitates facte a discessu. Et tandem domini syndici vadant ad consilium episcopale, cui omnia enarrent et queratur ab eis quid sit in premissis agendum, ut velint consultationem et bonum consilium prebere. Et dicatur domino procuratori fiscali quod vadat ad domum Boulet et sciat si fuit de bonis sigillatis quicquam amotum et si sint adhuc omnia bona in inventario descripta. Et interponatur appellatio alia, et fiat cedula super gestis per dictum husserium.

*Martis decima januarii.* — Richardet, Fornerat, Monte; — Montyon, Danel, Bovier, de Rippa, Jo. Philippi, Navis, Cartellier, s. d. P. Fabri, Migerandi, Megex, Frojon, Nergua, Carrerii, Pensabini, Plonjon, Leta, Castronovo.

*(Burgensis.)* — Stephanus Chappelli, condurerius, parrochie Sancti Gervasii, filius quondam Glaudii Chappelli, parrochie Vionii in Sallacio, admissus in burgensem mediantibus octo ff.

*(Burgensis.)* — Ludovicus Collombi, macellarius, parrochie Sancti Gervasii, filius Andree Collombi, parrochie de Herchant, admissus ut supra.

*(De operibus facti per husserium.)* — Exposuit n. Richardet sicuti, insequendo onus sibi et suis sociis datum, iverunt ad r. d. vicarium et illi enarraverunt opera facti et gesta per hostiarium consilii Chamberiaci, et rogavit ut con[gre]garet consilium episcopale, ut daretur bonus ordo in supradictis negociis.

*(De de Malodumo.)* — Venerunt tres fratres de Malodumo et requisierunt accelerari negocium quod habe[n]t vacuandum cum communitate. D. P. Fabri retulit nonnulla circa ipsum negocium. Fuit conclusum quod domini officialis et ipse viderent et scriberent in iure; et tandem illa viderentur in consilio ibidem.

*(De Nergua.)* — De citacione facta per husserium contra Michaellem Nergua instante fisco sive Boulet, mictat Nergua Chamberiaci et si molestetur ad causam gestorum per eum pro communitate, communitas sumptibus suis prosequatur negocium. Si vero tangat negocium suum aliunde particulare, prosequatur Nergua sumptibus suis, et similiter alie cause injuriarum sumptibus illorum supportentur.

(98) *Veneris xiiij januarii.* — Richardet, Fornerat, Monte; — Baudi, Orseries, Montyon, Navis, Danel, de Rippa, Berterat, Cartellier, Bovier, Boysson, Megex, Frojon, Nergua, Plonjon, Leta, Migerandi, Pensabini, Carrerii.

*(Missive apportate.)* — Fuerunt apportate due missive, missa una per nobilem Albaleste, apportate per Beffani, que vise et lecte fuerunt.

Venerunt tres fratres de Malodumo qui supplicaverunt finem imponi in eorum negotio et dixerunt quod dominus officialis eis dixit quod incombebat civitati edocere de juribus.

*(Rotulus.)* — Fuerunt lecti duo rotuli dati per egregium Fonte et Carrerii.

*(Rotulus.)* — Fuit lectus rotulus nobilis Bernardi de Monte.

*(De de Malodumo.)* — De differencia illorum de Malodumo, querantur in crota et registra si sint aliqua jura concernencia idem negocium; et interim possideat civitas ut possidet, nec permittatur depossessionari, et consultantur jura.

De computis Berterat, adimpleat illos octo menses futuros et fiend[os] de sua admissione, et ex nunc Boysson exigit alabostra pissidis et regat illa; et neominus ipsi ambo visitent hospitalia et pueros, et expellant expellendos; et si[t] idem Boysson exemptus a reddicione computorum donec finito tempore Berterat.

*(De rotulo Fonte.)* — De rotulo Fonte, restituatur sibi et redigat expensas seriatim.

*(De vallibus.)* — De valibus apponendis retro scolam, visitet contorollator cum carpentatore et aponantur valla in locis neccessariis.

*(De domo Longe Male.)* — De domo Longe Male, visitetur et fiant reparaciones opportune.

*Sabacti xiiij januarii.* — Richardet, Fornerat, Monte; — Orsieres, Montyon, Cartellier, Danel, Navis, de Rippa, Berterat, Migerandi, Megex, Frojon, Nergua, Plonjon, Leta, Guilliet, Carrerii, Pensabini, Castronovo, Tissocci.

*(De licteris missis per presidem et Putheo.)* — Venit Nantermetus Tissocci a loco Chamberiaci et aportavit missas: una per d. presidem<sup>1</sup> et alia per Putheo<sup>2</sup> que fuerunt lecte, et qua lictera missiva per eundem presidem apparet quod omnes secure ire (99) possunt apud Chamberiacum et redire secure, libere et impugne. Et dixit quod dominus preses sibi dixit quod si vadant sex aut plus ad locum Chamberiaci, differencia Boulet acelebatur<sup>3</sup> sine strepitu et figura iudicii, et taliter faciet quod civitas contentabitur, et quod preses se obtulit obsequia sibi possi[b]ilia civitati impendere. Super quibus fuit conclusum vadant domini syndici ad dominos de consilio episcopali et omnia enarre[n]t, et secum ducant Nantermetum Tissocci, et sciat ab eis si rescribatur domino presidi.

*(De Philippo Regis.)* — De Philippo Regis et requesta facta per Boysier pro eodem, vadant domini syndici ad dominos vicarium et officialem et sciatur si possit et debeat relaxari; nec relaxetur sine mandato, ne illi consilii Chamberiaci dicerent illum fuisse relaxatum vigore suorum mandatorum. Et dicatur domino contorollatori Boysier graciose conclusio consilii quinquagenarii.

<sup>1</sup> Lettre de Dérée, datée de Chambéry le 10 janvier [1525], assurant la cité de Genève de son bon vouloir (P. H., n° 947).

<sup>2</sup> Lettre datée de Chambéry, 11 janvier [1525] (P. H., n° 946), par laquelle Dupuis rend compte de l'audience du 9 janvier 1525, dont le procès-verbal est dans le dossier mentionné p. 458 n. 2.

<sup>3</sup> Lisez: accelerabitur.

(*De negotio civitatis contra Boulet.*) — Dicatur Danelli qui vadit Chamberiacum quod faciat graciosas regraciaciones apud d. presidem de missiva et debitas remonstraciones de operibus facti.

(*Interjectio appellacionis.*) — Die decima januarii fuit iterum interposita appellacio in ecclesia Sancti Petri et in cappella Domine Nostre, prope turrim magni cimbali, coram r. d. Michaelae Navis tanquam auctentica persona, per n. G. Richardet, Fornerat et Monte et Johannem de Fonte, in presencia Laurencii Choudet, clerici, et Georgii Lec.

